Actiua vita aſſilat lune ꝓpter q̄ttuor. Prio ꝓpt officiū. Ná lune officiū ē inferiora diſponere. ſ. terreſtria: ⁊ h̄ ꝯpetit ei ex tribꝰ. ¶ Primo ex vicinitate q: ea q̄ nō multū diſtāt efficaciꝰ mouet: luna aūt ꝓpingor eſt iſtis inferioribꝰ q̄ꝫ aliqḋ aliud celeſte corpꝰ ⁊ iḋ efficaciꝰ agit in eo. ¶ Scḋo ex virtuoſitate: q: cū ſit infima ꝯgregate ſūt in ea oēs ṽtutes mouētiū ſupiorꝝ. Vn̄ ex ſua ṽtute mouet oīa humida: ⁊ ex lumine a ſole mutuato q̄ſi qdá ſcḋs ſol breuiter agit ⁊ explicat in iſtis inferioribꝰ opatiōes ſolis. Et dico breuiter q: qḋ ſol facit in anno ſm variatiōeȝ humoris ⁊ caloris luna facit in mēſe. ¶ Tertia cauſa ē ex materialitate: q: vt tactū ē. ſ. ca. j. luna vt dicit Ariſto. eſt q̄ſi terreſtris nature. ſ. corpulēte ⁊ mālis. Vn̄ ꝓpter ꝯformitatē terreſtria magis variat q̄ꝫ aliqḋ celeſtiuȝ corpoꝝ. Sic etiā vita actiuoꝝ ē circa terrena ⁊ tpalia ordináda ⁊ diſponēda. Et ſicut ex dictis colligit luna reſpectu terreſtriū hȝ vicinitatē: virtuoſitatē: celeritatē ⁊ mālitatē: q̄ oīa cōpetūt actiuis qa ſcȝ pmo debēt eſſe indigētibꝰ vicini ſiue ꝓximi ꝑ cōpaſſiōem: Lu. x. Quis tibi videt ꝓximꝰ fuiſſe illi q incidit i latrones: At ille ait: Qui fecit miſcḋiam in illum. ¶ Scḋo debēt eſſe ſupioꝝ ṽtutibꝰ pleni ꝑ imitationē: q: ſeq debēt veſtigia ſctōꝝ: pcipue in laborádo ⁊ patiēter tolerádo: Jaco. v. Exēplū accipite fr̄es exitꝰ mali ⁊ lōganimitatis laboris ⁊ patiētie ꝑ ꝓphetas ⁊c̄. Tertio debent eſſe feſtini ꝑ ſubleuatiōis celeritatē: Prouer. iij. Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere cras dabo tibi cū ſtatiȝ poſſis dare. Et Ecc̄j. iiij. Ne ꝓtrahas datū anguſtianti ⁊c̄. ¶ Quarto illi debēt actiue vite pcipuis miniſterijs deputari q ſunt magis māles ⁊ groſſi et ad ꝯtēplatiōem minus idonei: Ephe. vj. Secularia iudicia ſi habueritis: ꝯtemptibiles q ſunt in eccl'ia illos ꝯſtituite ad iudicandū. Scḋo actiua vita aſſilat lune ꝓpter dominiū. ná luna ſpecialiter macula habita humidis dominat ⁊ ſignificat ſuꝑ ea vt ſuꝑ pluuiá ⁊ aquaꝝ inundationes. Dicit eñ Beda ꝙ qn̄ luna apparēs in ſūmo corniculo ſuo maculis qbuſdá nigreſcit pluuioſum mēſis ptendit exordiū. Itē dicit Meſallat ꝙ ſi eclipſis lūe fuerit in ſignis aq̄ticis q̄ ſunt tria. ſ. ſcorpio: cancer ⁊ piſcis nimiá ſignificat abūdantiá pluuiaꝝ. Itē ꝓpter humiditatis dominiū ſignificat ſpāliter luna ſuꝑ cerebrū ſicut ſol ſuꝑ cor. Ita actiuus bonus cōpaſſiōe plenꝰ affluit abūdária humoꝝ et pluuiaꝝ. i. abuūdātiá lachrymaꝝ iplēs illud Ecc̄. vij. Ne deſis plorátibꝰ in cōſolatione ⁊ cū lugentibꝰ ambula. Sic eñ faciebat Job q dicebat: Flebá quōdá ſuper eo q afflictꝰ erat ⁊ cōpatiebat anima mea paupi: Job. xxx. ¶ Tertio actiua vita aſſimilat lune ꝓpter aſpectū: q: ſ. luna creſcens vel decreſcens in lumine qn̄q aſpicientibꝰ apparet arcualis: quandoq circularis: ſic bonꝰ actiuus ad vtrūqȝ ſtatum debet ſe habere: Philippē. iiij. Scio abūdare: ecce luna creſcēs: ⁊ penuriá pati: ecce luna decreſcēs: Tob. iiij. Si mltū tibi fuerit abūdāter tribue: ecce augmentū: ſi exiguū tibi fuerit libēter illḋ exiguum ipartiri ſtude: ecce lune decremētuȝ. Sȝ tūc actiuꝰ ē arcualis qn̄ ſe ꝓxio ꝑ miſericordiá flectit ſiue pcēdo ſiue cōpatiēdo. Tūc aūt ē circularis qn̄ poſtq̄ꝫ ad exteriora exiuit ſe ad ſemetipm interiꝰ ſollicite reducit. Tal' eñ ē circulatio ab eodē in idē: Ezech. j. Aialia ibát ⁊ reuertebát. ¶ Quarto aſſilat actiua vita lune ꝓpter multiplicitatē noim. hȝ eñ lūa tria noia ſm poetas. ná vocabat ꝓſerpia eo ꝙ ſeminibꝰ q̄ iaciunt i terra dr̄ eſſe dea. Vn̄ dr̄ ꝙ qn̄ luna pmo incendit optimū eſt ſemina iacere: q: tūc virtutes planetaꝝ colligit q̄s inferioribꝰ influit. In hoc aūt exēplo colligit ꝙ actiue vite ꝯgruit elemoſinaꝝ ſemina iacere ex qbꝰ ſi abundāter ſpargātur copioſus fructus colligit celeſtiū pmioꝝ: ⁊ ecōtrario ſi iaciūtur auare ſm illud. ij. Coꝝ. ix. Qui parce ſeminat parce ⁊ metet. Vel h̄ ꝙ luna ſemi-

na ſonet oñdit ꝙ illi q̄ actiue vite deſer
uiũt ꝑcipue debẽt aſſiſtẽ ſeminãtibꝰ vbũ
dei. Nã a qbꝰ recipiunt ſpũalia debẽt re
pendi tꝑalia. Vñ Apo.j. Corinth.ix. Si
ſpũalia vob̄ ſeiauimꝰ nõ eſt magnũ ſi car
nalia vr̃a metamꝰ. Itẽ luna vocabat dia
na.i. dea ſiluaꝝ ⁊ nemoꝝ: qꝛ feris de no-
cte paſcua q̄rẽtibꝰ i nemoribꝰ luis bñficiũ
admĩſtrat. Et iõ gẽtiles vocauerũt lunã
deã venatoꝝ: qꝛ venatio fit in ſiluis: ꝓpt̃
qḋ dianã cũ arcu depingebãt eo ꝙ vena
tores arcubus vtebãtur. Et ex hoc acci-
pitur ꝙ q̄ vite actiue deſeruiunt ꝑcipue
ſubuenire debẽt ſolitariaꝫ vitam ducen-
tibus: vt nõ oporteat eos ꝓpter victum
querendũ vagari ⁊ a ſua ſolitudine exi-
re. In cuius rei exẽplum xp̄s populũ in
ſolitudine pauit. Mat.ix. ¶ Itẽ luna vo
cabat lucina: vñ ꝑ ſincopã dr̃ luna: de q̄
Virg. Caſta lucina ⁊c̃. Nã antiq̄tus cole-
batur a v̾ginibꝰ ⁊ ſeruãtibus caſtitatem.
Ex quo ẽt colligit ꝙ ꝑcipue meritoriuꝫ
eſt per actiuã vitã ſeruire ⁊ ſubuenire ſa
cris v̾ginibus ⁊ monialibꝰ caſte viuẽtibꝰ
ne ꝓꝑ victũ cogant exire ⁊ a ſuis clauſtrꝭ
diſcurrere. Iteꝫ actiua vita aſſilat colli. ꝑ
mo ꝓꝑ ordinẽ ꝑoritatis. Eſt.n. coll' pes
mõtis. Nã ꝑ colleꝫ aſcendimꝰ ad mõtem
qꝛ.ſ. ꝑ vitã actiuã ad cõtẽplatiuã venimꝰ
Jacob.n. poſt lyc cõnubiũ ꝑ quaꝫ actiua
vita ſignat ad Rachel ꝑuenit ãplexuꝫ ꝑ
quã cõtẽplatiue vite formoſitas figurat.
Scḋo ꝓꝑ fructuũ ſuauitatẽ: abũdãt.n. in
collibꝰ ſani ⁊ ſapidi fructꝰ: ꝓꝑ h̄ ꝙ colles
plus q̄̃ valles ſolaribꝰ radijs patẽt: ẽt ce
leſti ibre ⁊ rore abũdãtiꝰ madẽt. Sic abũ-
dãt actiui hoies fructibꝰ meritoꝝ. Ma-
gna.n. ſicͥ Greg. dic̄ ſũt actiue vite meri-
ta q̄ ſũt vt fructꝰ ſani ꝓꝑ itẽtõis ſincerita
tẽ. Nõ ſũt.n. fructꝰ corrupti: vt oꝑa hy-
pocritaꝝ. Itẽ ſũt fructꝰ ſapidi ꝑ charitatꝭ
ſuauitatẽ. Ipi.n. ſt̄ q̄ radijs ſol'.i. doctri-
nis ⁊ exẽplis xp̄i illuſtrãtur ⁊ q̄ rore cele
ſtis gr̃e abũdãtiꝰ ꝑfũdunt. ¶ Tertio ꝓꝑ
graminũ ſalubritatẽ. Sũt.n. ſicͥ Cõſtãtinꝰ
dic̄ i collibꝰ ſalubria g̃mina ſiue herbe ꝓꝑ
aerꝭ ſbtilitatẽ ⁊ puritatẽ. Hec g̃mina vi-
rẽtia ſt̄ v̾tutũ multaꝝ exẽpla q̄ i actiuis
virꝭ ꝯſpicimꝰ valde ad imitãdũ ſalubria:
hñt.n. puritatẽ aeris.i. mũdiciã cordis: ⁊
ẽt ſbtilitatẽ.ſ. diſcretõis. ¶ Itẽ actiua vi-
ta q̄ miſericordie itẽdit oꝑibꝰ aſſilari ꝑt
mõti garizi. Nã garizi vt dic̄ Hie. mõs
eſt iuxta hiericho cui ex aduerſo ẽ mõs
Ebal. In his duobꝰ mõtibꝰ maledictões
⁊ bñdictiões ꝑplo iſrãli t̾rã ꝓmiſſiõis ꝓ-
mulgate ſt̄: vt ꝑ bñdictões ꝓmouẽnt ad
bonũ: ⁊ ꝑ maledictões retraherent a ma
lo. Vñ ſex tribꝰ in garizim ꝓmulgabãt bñ
dictiões ⁊ ſex alie in Ebal maledictiões.
Modus ergo garizim ex quo bñdictio
nes ꝓmulgãtur meritũ eſt opeꝝ miſeri-
cordie que ad vitã actiuã pertinent. Vñ
in die iudicij benedicti ꝓnũciabũtur a
chriſto: ſꝫm illud Mat.xxv. Venite bene-
dicti ⁊c̃. Et cõgrue ſex tribus erãt que be
nedictiones pronunciabãt: qꝛ miſericor-
die opera ſex ibidẽ a chriſto cõputãtur
ꝓpter que electi dei paternã benedictio
nem merent. Eſuriui inq̄t ⁊ dediſtis mi-
hi mãducare: ſitiui ⁊ dediſtis mihi bibẽ:
hoſpes erã ⁊ collegiſtis me: nudus ⁊ co-
opuiſtis me: iſirmꝰ ⁊ viſitaſtis me: i carcẽ
erã ⁊ veniſtis ad me. Econtra aũt mons
Ebal ex quo ꝓnũciate ſũt maledictões ſi
gnat auariciã ⁊ crudelitatẽ ipioꝝ q̄ oꝑa
miſericordie ſubtraxerũt quibꝰ.ſ. iudex
dicit. Ite maledicti ⁊c̃.

## ¶ Capitulum quartum.

AMor eſt multiplex.ſ. ſpi-
ritualis carnal' tꝑalis ⁊ cõ
munis. Amor ãt ſpũalis
.ſ. charitas aſſilat veneri
q̄ eſt planeta celeſtis. Vñ ⁊
a paganis dea dicebatur
amoris ex eo ꝙ icitat ad amãdũ. Dic̄ aũt
Ptolomeꝰ ꝙ ſub venẽ ꝯtinet via amor
amicitia ⁊ ꝑegrinꝰ: ⁊ ſignat lucrũ ⁊ gaudi
um: q̄ oia cõueniũt amori charitatꝭ. Nã
ipa charitas via ẽ q̄ ad celeſtia gradimur
amor q̄ deo ꝯnectimur: amicitia q̄ ſimul
ꝯiũgimur. Itẽ ipa ẽ baculꝰ ꝑegrinãtiũ: lu
crũ negociãtiũ ⁊ gaudiũ deo fruẽtiũ. Itẽ
amor ſpũal' aſſilat caliditati t̾re. Abũdat
eni ſic amor diuinus in aĩa ſicut calor in
terra.ſ. ex tribus ſꝫm ꝙ ex tribꝰ ꝯtingit ꝙ

vna terra ſit calidioꝛ altera. Pꝛio quidē
ex radioꝝ ſolꝭ multiplicatōe. Sol.n. plus
oībꝰ coꝛpibꝰ celeſtibꝰ emittit foꝛtes radi
os ꝑꝑ ſuā magnitudinē coꝛpis ⁊ ſpiſſitu
dinē magis foꝛtē materiā hn̄tē ⁊ lumē
magis calidū: ⁊ qꝛ ipſe nālꝭ mouet ſphe
rā ignis ſicut ſphera ſtellaꝝ mouet ter
rā: ⁊ ſphera lune mouet aquā: ⁊ ſphera
alioꝝ quinqꝫ planetaꝝ mouet aereꝫ. Et
ideo radij ſolꝭ maxīe calefaciūt vbi mul
tiplicātur vel reflectūtur. Quaſi āt radij
ſolis ſunt exēpla ſaluatoꝛis q̄.ſ. nos illūi
nāt ꝑ inſtructionē: qꝛ oīs xp̄i actio nr̄a ē
īſtructio vt dicit Apo.i. Inflamāt ꝑ imi
tationē. Vn̄ apo. Eph.i. Ambulate in di
lectiōe ſicut ⁊ xp̄s dilexit nos. Sicut er
go abūdat caloꝛ i terra ex radioꝝ ſolis
multiplicatiōe: ita ⁊ feruoꝛ amoꝛis i aīa
ex exēploꝝ xp̄i īſpectiōe ⁊ imitatiōe. Se
cūdo vna regio ſiue terra calidioꝛ ē alte
ra ex vēti īflatōe. Nā qꝛ vētꝰ auſtralꝭ cali
dus ē: aqlonaris v̄o fridus: iō locꝰ auſtra
li vēto expoſitꝰ calidioꝛ ē q̄ȝ aqlonari ap
tus. Quaſi āt auſter calefaciēs ⁊ ꝑturbās
aerē ē ſpūſſanctꝰ. de q̄ dr̄. Abachuc.iij.
Deꝰ ab auſtro veniet: q aīaȝ foꝛtiꝭ cōmo
uēs ⁊ calefacit ꝑ dilectōeȝ ⁊ ꝑturbat ad
cōpūctōeȝ. Iob.xxxviij. Nōne veſtimen
ta tua calida ſunt cū ꝑflata fuerit t̄ra au
ſtro. Tertio quoqꝫ vna t̄ra vꝉ locꝰ calidi
oꝛ ē q̄ȝ aliꝰ ex loci ſituatōe. Nā t̄ra q̄ ē vi
cinioꝛ mari meridionali ē calidioꝛ q̄ȝ t̄ra
q̄ ē vicina aqlonari. Silr̄ ille q familiari
oꝛ ⁊ ꝓpinquoꝛ eſt hōi ſcō feruentioꝛ ſit ⁊
melioꝛ q̄ȝ ille q cū pctōꝛe ꝯuerſatꝛ: nā vita
ſcōꝝ ē vt mare meridianū. Mare qdē ē
cū amaricātur meroꝛe. Ezechielꝭ.iij. Abij
amarꝰ in idignatiōe ſpūs mei. Sꝫ meri
dianū eſt cū adurunt amoꝛe. Eccli.xliij.
In meridiano exurūt t̄rā. Peccatoꝛ āt
eſt vt mare aqlonare. Mare qdē ꝑꝑ in
qetudinē coꝛdis. Yſa. lvij. Impij q̄ſi ma
re feruēs qd̄ qeſcere nō pōt: ſꝫ aqlonare
eſt ꝑꝑ ſubiectionē demonis. Eſt.n. pctōꝛ
ſubiectꝰ diabolo ⁊ obedit ei q̄ dixit Yſa.
xiiij. Sedebo in mōte teſtamēti in lateri
bus aqlonis: aſcēdā ſuꝑ altitudinē nubi
um ⁊ ero ſilis altiſſimo. Ps. Ab aqlone ⁊
mari ⁊c. ¶ Sꝫ ē notādū q̄ aſtrologi po
nūt tres alias cās: quare quaſdā regiōes
⁊ terras dicūt calidiſſimas eſſe. Vna ē ex
ſolis appꝛopinquatiōe que ē ex breuita
te diametri. Vn̄ ꝑꝑ imēſitatē caloꝛis ter
ra illa ē ihabitabilꝭ vltra eqnoctialē: qd̄
dicūt ꝑꝑ ecētricitatē ſphere ſolꝭ. Et hoc
ꝑtinet ad xp̄i icarnatiōeȝ quādo.ſ. ipſe ſol
iuſticie nobis maxīe appꝛopinquauerat
diametro noſtre nāe ſe induens. Vn̄ ibi
erat breuiata maxima diſtantia q̄ erat in
ter nos ⁊ deū ⁊ ibi apparuit breuitas dia
metri: qꝛ fuit verbū abbꝛeuiatū in carne
⁊ hec ꝓpinquitas ſolis.i. xp̄i multū debꝫ
nos ad eius amoꝛē iflāmare Apo. Ro.
xiij. nūc ꝓpioꝛ eſt noſtra ſalus q̄ȝ cū credi
dimꝰ ⁊c. ¶ Scd̄a cā ē ex ſolꝭ māſiōe vt in
ꝑ̄ncipio capꝛicoꝛni: ⁊ i ꝑ̄ncipio cācri vbi
ꝑꝑ recuruationē Zodiaci ſol vr̄ ſtare in
eodē loco. Tūc.n. Zodiacꝰ girās minimā
ꝑtē variat d̄ circulo eqnoctiali q̄ ſol q̄ſi
vr̄ ſtare ꝑꝑ qd̄ caloꝛ ꝯfoꝛtatꝛ i locis ſuꝑ
poſitis illꝭ gradibus: ⁊ hꝫ cā referꝛ ad xp̄i
paſſiōeȝ: tūc.n. verꝰ ſol ſtetit imobilꝭ cruci
.ſ. affixꝰ: ⁊ hꝫ xp̄i māſio fuit i duobꝰ ſolſti
cijs: qꝛ.ſ. eiꝰ affixio duplr̄ fcā fuit.ſ. ex ꝑte
ſuꝑioꝛi i mā̄ibꝰ. ⁊ ex ꝑte iferioꝛi i pedibꝰ.
Vn̄ hꝫ affixio ⁊ māſio xp̄i i cruce ſuꝑ oīa
dꝫ i nob calorē amoꝛis accēdē: ita vt aīa
nr̄a liq̄ſcat i lachꝛimis. Exo.xvj. Cū inca
luiſſet ſol liq̄fiebat.ſ. māna.i. mēſ dulcedi
ne duotōis plena. Tertia cā ex ſolꝭ oppō
ne.ſ. qn̄ ē oppō ſolis ad zenit capitū: vt
ſub cācro vbi ſol nō d̄clinat a capitibꝰ: ⁊
hꝫ referꝛ ad xp̄i reſurrectōeȝ vꝉ aſcēſionē
vbi ſol xp̄s ſuppoſitꝰ ap̄puit oībꝰ capitibꝰ
ꝑ ꝑtātē ⁊ auctoꝛitatē: vn̄ dix. Data ē mi
hi oīs ꝑtās in celo ⁊ in t̄ra. Itē fuit ſuꝑ
poſitꝰ oīum capitibꝰ etiā loco in aſcēſio
nē cū aſcēdit ſuꝑ oēs choꝛos celoꝝ: vbi
etiā nunq̄ȝ amplꝰ declinare pt̄ ꝑ moꝛtē ⁊
iō amplꝰ a capitibꝰ.i. aplis q fuerūt capi
ta fideliū.i. ꝑ̄ncipes nō declinabit vlteriꝰ
ſicut ipſe dixit. Mat.xxviij. Ecce ego vo
biſcū ſū oībꝰ diebꝰ vſqꝫ ad ꝯſūmatiōeȝ ſe
culi q̄ oīa dn̄t nos i amoꝛe xp̄i accēdē.ſ. ⁊
icarnatōis ꝓpīqtas ⁊ affixiōis acerbitas
⁊ exaltationis dignitas. ¶ Itē amatoꝛes

aſſimilatur terre: que q̃uis ſit frigida ſ3 nām ſuā: tamē intra ſe ignē tenet incluſu3. Sic amatores dei q̃uis ſint fridi circa tpalia .i. negligētes ⁊ contēnētes ea: intus tñ circa deū ⁊ ſpūalia ſūt ignei ⁊ feruētes. ps. Ignē ↄburētez in terra ipoꝝ. Hic eſt ignis ſpūalis cōburēs ⁊ cōſumēs pctā de quo Lu. xij. Ignē veni mittere i terra ⁊c. Itē amor ſpūalis ſiſs eſt ignitioni vaporis q̃ ſepius appet i aere. Sūt.n. decē modi talis ignitōis repñtātes decē effect⁹ diuini ⁊ ſpūalis amoris. Pria.n. īpreſſionū taliū vocat̃ colūna ſiue ignis ppendicularis. Hec.n.ē qdā ignis q iterdū appet in ſupiori regiōe aeris ad modū colūne piramidal' hñs latitudinē iferius ⁊ ſupi⁹ tēdēs in acumē. Et rō eſt qr generat̃ ex vapore multū ſicco ⁊ calido. Vñ trāſit in duas regiōes aeris .ſ. iſimā ⁊ mediā: qr frig⁹ eaꝝ nō pt ↄuertē ipm: ⁊ iō trāſit ad regionē ſupremā: ⁊ qr talis vapor eſt incq̃lis hñs iferi⁹ multas ptes terreſtres dilatabiles: iō iferi⁹ in baſi de neceſſitate dilatat̃: ⁊ qr terreſtre abūdās repugnat eleuatōi ⁊ eq̃litati aliaꝝ ptiū: ⁊ calidū iteꝝ ↄtrigēs dilatat i reficiēdo plus calidū: cōtinue plus ⁊ plus tēdit i acutū. Vñ efficit̃ ſicut dcm̄ eſt vt colūna piramidalis: ⁊ pp lōgitudinē vr̃ de ſupiori dmiſſū ſicut ppendiculū qd iferi⁹ h3 maſſa3 ⁊ cōtinue vſq3 i ſublime conū. In h igit̃ qꝛ talis colūna ſupi⁹ eſt acuta cū acuti ſit penetrare p3 qꝛ repñtat ppriū effectū amoris: qui eſt penetrare ad itima. Penetrat eni amās vſq3 ad iteriora amati: ⁊ iō de ſpūſancto q eſt diuin⁹ amor dicit Apo. j. Corinth. ij. qꝛ ſcrutat̃ pfūda dei. ¶ Itē in h qꝛ talis vapor pmā ⁊ ſcdā3 regionē aeris trāſcendit ⁊ in trā ſe figit repñtat ſublimitatē amoris ſpūalis. Sūt.n. q̃ſi tres regiōes: mūdus: ifern⁹: ⁊ celū. Quidā igitur hoies ſūt q vident̃ deū diligē ſolum pp tpalia bona: ⁊ iſti ſūt in regiōe infima. Quidā vō diligūt deū vt euadāt eterna ſupplicia: ⁊ iſti ſūt i regiōe media. Quidā diligūt deū pp celeſtia pmia ſiue pp ſeip3 qr ipſe erit merces nr̃a: ⁊ iſti ſūt i regiōe ſuprema. Vñ iſti hñt ignē ſublimē .i. amorem excellētē. ¶ Itē i eo qꝛ tal' pyramis ſupi⁹ ſe reſtringit: repñtat amore3 pfctm̄. Nā l3 amor ſctōꝝ iferi⁹ ergā primos dilatet̃ ſupi⁹: tñ in deū ſe totū reſtringit ⁊ vnit: qr qcqd h iferi⁹ amant ſolū pp deū amāt. ¶ Ite3 i eo qꝛ tal' colūna nō eſt breuis: ſ3 lōgitudinē h3 ſignat diuturnitatē amoris p ptinuitatē. Nā oī tpe diligit q amic⁹ eſt vt dr̃ Eccle. xvij. Scda ipreſſio ignea vocat̃ lācea: q̃ ē qdā ignis lōg⁹ ſbtil' in altū erect⁹. Eſt.n. ex vapore multū ſicco ⁊ calido ⁊ icq̃lr calido ⁊ ſbtili. ſ3 ſbter nō hñs multa treſtria q̃ dilatari poſſint. Vñ pp lōgū ſbtile qd ptēdit figure vocat̃ lācea: ⁊ ſtat erecta acumē hñs ſupra ſe ſic ignis ppēdicularis. Huic ergo ↄpetit alius effect⁹ amoris q ē vulnerare: lācea.n. hoies ad vulnerādū vtunt̃. Daniel. xij. Erāt ābo vulnerati amore ei⁹. Hoc vulnus amoris eſt fortis penetratio cordis. Hec igit̃ fuit lācea q̃ cor xp̄i vulnerauit: ſigde3 ipe vulnerat⁹ ē pp inigtates nr̃as qd totū fecit amor. Vide ergo qꝛ xp̄s ex charitate vulnerat̃. Vide etiā qꝛ ⁊ nos a deo ex charitate vulneramur ⁊ flagellis plerūq3 pcutimur: ipe.n. vulnerat ⁊ medet̃: qr.ſ. ei⁹ vulnera nō ſt ad occidēdū ſ3 poti⁹ ad ſanādū: ⁊ iō meliora ſt vulnera diligētis .ſ. xp̄i q̃ frauduleta oſcula .ſ. blādimēta odiētis .ſ. diaboli vr̃ mūdi. ¶ Tertia ipreſſio vocat̃ cādela ardēs: h ē.n. flāma qdā q̃ qñ appet i aere vr̃ q̃ſi rotūda ⁊ ſpherica. Fit.n. ex vapore multū calido ⁊ ſicco: q ē eq̃lr ſubtilis ⁊ bñ tenuis: eq̃lit̃ apt⁹ iſlāmatōi q̃ eq̃lr aſcēdit i oib⁹ ptib⁹ ⁊ ē eq̃lr diſgregabil' calore i oēs ptē dimēſionis: ⁊ ſic efficit latū q̃ſi rotūdū natās i ſupficie aeris. Vñ l3 ſit latū i ſupficie: tñ vr̃ rotūdū ⁊ ſphericū pp lōgingtatē nr̃i viſus. Hic ē terti⁹ effect⁹ amoris .ſ. iſlāmare ⁊ ardē. Cāti. viij. Fortis ē vt mors dilectio dura vt ignis emulatio: lāpades ei⁹ lāpades ignis atq3 flāmaꝝ. Talē ardorē hēbat Johānes baptiſta de q̃ dñs dixit Johānis. v. Ille erat lucerna ardēs ⁊ lucēs. Tal' ardor amoris eleuat aīa3 ad culmē pfectōis Vñ ⁊ figurā ptēdit circularē ⁊ ſphericā q̃ ſm philoſophū ē pfectiſ

ſima figuraꝝ. Et iō charitas ab apl'o dr̄
vinculū ꝑfectōis. Coloſen. iij. ¶ Quarta
ipꝛeſſio ſiue ignitio vocat̄ aſub aſcēdēs:
fit.n.ex vapoꝛe aſcēſo eq̄lr̄ ſubtili. Sȝ cū
extēdit̄ ad ꝑtē vnā ꝯhit̄ i aliā. Aliqñ āt ē
vapoꝛ eq̄lr̄ ſubtil':ſȝ nō ē bñ cōtinuꝰ nec
adherēs ſibi:ſȝ vna ꝑs eiꝰ aliquātuluȝ ē
diſtās ab alia:⁊ tunc vr̄ aſub aſcēdē poſt
aſub ſic̄ ſi eleuarent̄ ſcītile de foꝛnace.
Hic ē q̄rtꝰ effectꝰ amoꝛis.ſ.eleuare. Facit
eni aſcēdere aiam ꝑ pꝛofectū virtutū:ſȝ
iſte motꝰ ſiue ꝓfectꝰ in feruētioribꝰ eſt cō
tinuus:in tepidioꝛibꝰ eſt diſcōtinuꝰ ⁊ q̄ſi
per tēpoꝛa frequēter īterruptꝰ.ꝓs. Ibūt
de virtute in virtutē. ¶ Quinta ignitio
vocatur ignis diuiſus. Hec eni generat̄
ex vapoꝛe nō vehemēter calido ⁊ ſicco:
⁊ iō nō pōt trāſire mediā regionē aeris:
q2 frigidiſſima: ⁊ iſ vapoꝛ eſt diſgregatꝰ
⁊ ꝓpter caloꝛē quē hȝ quādo occurrit in
aere inferioꝛi frigida nubes fugiēdo cō
fricat partē ad partē:⁊ ex cōfricatiōe in
flāmatur: ⁊ q2 diſgregate ſūt ꝑtes vr̄ diui
ſus ignis:⁊ q2 fugit nubē frigidā tāgētē
ſe:iō videt̄ diſgregatim egredi: velut ſi
ſtuppa exſuflet̄ ex cāna. Hic aūt eſt alius
effectus amoꝛis.ſ.ſeꝑare. Illi.n.qui ſunt
in amoꝛe nō multū feruētes nec multū
eleuati in ſpū debēt ſe ſeꝑare a vicijs:fu
giēdo quātuȝ poſſint occaſiōes peccato
rū:⁊ tales ſt̄ multi ſeculares boni quos
amoꝛ dei facit fugere nubē frigidā.i. ma
liciā carnis vel peccati. In eis aūt licȝ ſit
ignis amoꝛis:eſt tñ quodāmō diuiſus ꝓ
pter mltaꝝ reꝝ curas ⁊ ſollicitudies q̄s
illos hēre oȝ. ¶ Sexta ipꝛeſſio vocat̄ cā
dela deſcēdēs. Hec.n.ē ex vapoꝛe ſilr̄ nō
multo calido ⁊ ſicco nec penetrare valē
te mediā regionē. Eſt tñ tal' vapoꝛ bñ cō
tinuꝰ ⁊ expulſus ex frida nube tangēte ⁊
eſt modicus:ſȝ bñ cōpactꝰ nec multꝰ: ſed
cōtinue cadit:ſed nō diuidit̄:⁊ ꝑꝑ cōtinu
um caſū vr̄ quaſi ſtella cadēs. Hic ē alius
effectꝰ amoꝛis.ſ.hūiliare. Nā lȝ i ſanctis
dei ſit amoꝛ dei cōtinuus tñ qñ tāgunt̄ a
tētatione carnis vel mūdi vel diaboli ti
mentes ſe nō eſſe cōpactos bñ.i. firmos
bene:⁊ reputātes ſe modicos.i.nō multe
virtutis humiliant̄ ⁊ depꝛimūt ſeipſos.
Nichilominꝰ tamē ſemꝑ cōtinuāt q̄ bñ
inceperūt. Aliqñ tamē ꝑꝑ cōtinuos ipul
ſus tribulationū vel tētationū ipſis q̄ſi
videt̄ timendo ⁊ dubitādo ꝙ q̄ſi a deo
ceciderūt:qđ totū pertinet ad eoꝛuȝ hu
militatē ad quā amoꝛ dei eos inclinat.
¶ Septima ignitio vocat̄ lumē ꝓcedens
Hec eſt ex vapoꝛe cōtinuo calido ⁊ ſicco
⁊ bñ continuo:in quo eſt multa materia
cōglobata ⁊ foꝛtis:cui nihil i aere obuiat
ſȝ accēdit̄ ex cōfricatiōe ſui:⁊ ſtat qñqȝ in
aere:⁊ hoc ē qđ vocāt hi qui diſcurrūt
de nocte lumē pꝛecedēs. Hic eſt aliꝰ cha
ritatis effectꝰ.ſ.deducēdo illuminare qđ
eſt nobis neceſſariū in via tenebꝛoſa hu
ius mūdi. Vñ diuinus amoꝛ figuratꝰ eſt
in illa colūna ignis que populū dei ꝓce
debat de nocte:⁊ de quo ēt in.ꝓs.dr̄. Ex
pādit nubē in pꝛotectionē eorum igneȝ
vt luceret eis ꝑ noctē. Et i eodē. Eduxit
eos in nube diei ⁊ tota nocte illumina
tione ignis. ¶ Octaua ignitio vocat̄ vul
go ſtella cadēs:ſȝ a philoſophis aſub de
ſcendēs. Hec eni aſub deſcēdens ē ex va
poꝛe cōſimili ſicut lumen pꝛecedens: cui
tamen occurrit aliquid deſuꝑ expellens
ipm inferius:⁊ ideo videt̄ cadēs ſiue de
ſcendens. Hic eſt alius effectꝰ amoꝛis ſci
licet inclinare per miniſterium vite acti
ue. Vnde neceſſitas pꝛoximoꝛum occur
rens expellit ſiue retrahit amicos dei ab
arce cōtemplationis inclinans illos ad
miniſterium infime actionis ſcilicet ad
obſequendum pꝛoximis. ¶ Nona ipꝛeſ
ſio vocatur dꝛaco volās:⁊ hec eſt in nu
be calida ad latus vnum:⁊ frigida ad ali
ud. Vnde tunc ꝓpter conuenientiam ad
calidū attrahitur ad illud: ⁊ ibi incen
ditur:poſt pꝛimam autem parteȝ fumat
anteq̄ incenditur ⁊ dilatatur in medio
⁊ incuruatur pꝛopter incenſionē partis
vnius ⁊ extinctionē alterius verſus hu
midū ⁊ frigidū. Vnde efficit̄ velut dꝛaco
volās:q2 anterioꝛ ꝑs incēſa vr̄ velut ſpi
ramen dꝛaconis. Media aūt icuruata ꝑ
hoc ꝙ attrahit̄ a pꝛia parte curuat ſe vt
ſerpēs ⁊ volat ſꝑ ad illud latus vbi co

ruſcat ip̄ȝ latus calidū eo ꝙ ſiſe attrahit
ſiſe̅r ꝯriū expellit cōtrariū. Hic eſt alius
effect⁹ amoris q̄ facit q̄ſi volādo ad deuȝ
feſtinare. Nā ſicut iſ̄ draco aere⁹ hȝ vnū
latus. ſ. an̄rius calidū: poſteri⁹ vō fridū.
Sic amatores dei hn̄t qdē feruorē ſpiri
tus: ſed cū frigore. i. fragilitate carnis ꝓꝑ
qd̄ dn̄s dixit ꝙ ſpūs ꝓmpt⁹ eſt: caro autē
īfirma. Feruor igiť ſpūs iſlāmat vehemē
ter ⁊ ſuſpiria ad deū facit: ſed frig⁹. i. īfir
mitas carnis īcuruat ⁊ trahit ad infima.
Sed tn̄ ex iſta pugna volare cogiť aīa q̄ꝛ
ex carnis anguſtia ſpūs magis incēdiť ⁊
carnē poſt ſe violēter attrahēs in deum
velocius tēdit. ¶ Decima ignitio vocať
aſub quādoqȝ apparēs qn̄qȝ nō: ⁊ hec ē
ex vapore ſicco ⁊ iſlāmabili medio mō ꝑ
tingēte ad regionē mediā ⁊ nō penetrā
te ip̄am: q̄ꝛ ex frigore loci expelliť: ⁊ quia
ſub ip̄o nō ſūt multe nubes: iō incēdēs
nubē occultať ⁊ penetrās nubē app̄et ite
rū: ⁊ iſte eſt aſub terti⁹. Hic ē alius effect⁹
amoris. ſ. vtrāqȝ vitā alternādo aliquan
do vacādo actiue aliqn̄ cōtēplatiue quā
doqȝ latere ad cōtēplādū qn̄qȝ apparere
ad obſequēduȝ: hec. n. opȝ fieri ⁊ illa nō
omittē. ¶ Itē nota ꝙ amor ſpūalis cre
ſcit ⁊ minuiť ſicut cupiditas mūdi creſcit
⁊ decreſcit. Cui⁹ exēplū eſt q̄ꝛ decreſcente
vmbra creſcit calor ⁊ creſcēte minuiť: ⁊
ſic decreſcēte amore tp̄aliū creſcit feruor
charitatis ⁊ ecōuerſo eo creſcēte minuiť
⁊c. Hiere. s. Ve vobis q̄ꝛ declinauit dies ⁊
ꝓlixiores facte ſūt vmbre veſperi: ⁊ hoc
eſt q̄ꝛ abūdauit iniq̄tas ⁊ refriguit chari
tas. Mat. xxiiij. ¶ Amor carnalis aſſilať
veneri. Nā venus vt dicit Ptolo. ex ꝑ
te corꝑis diſpōit ad pulchritudinē: ⁊ ad
voluptates tact⁹ olfact⁹ guſtus ⁊ audit⁹ i
clinat ⁊ ip̄ellit ⁊ veſtiū mulicbriū īciſores
efficit. Dom⁹ eius ſunt libra ⁊ thaur⁹: re
gnat in piſcibus: ſȝ in v̓gine regnū ei⁹ de
ficit ⁊ abſcedit. Sic etiā amor carnaľ ad
pulchritudinē corꝑis aſpicit: ſenſuū vo
luptates exq̄rit: ſiue tactuū ſiue odoruȝ
ſiue ciboꝝ ſiue cātionū ornamēta ⁊ mu
lieres appetit. Aliquādo ēt iuſtos viros
q̄ deſignātur ī libra ꝓꝑ equalitatē iuſticie
quia in libra exiſtēs ſol facit eq̄noctiā: ⁊
viros fortes q̄ deſignantur in tauro ag
greditur ⁊ īficit. Regnat aūt maxime in
piſcib⁹. i. in hōib⁹ ſub aq̄s deliciaꝝ viuēti
bus: ſed in v̓ginibus. i. in ꝯtinētib⁹ deficit
vigor ei⁹. ¶ Amor tp̄alis ꝓſperitatis im
pedit dulcedinē cōtēplatōis: ⁊ priuat fru
ctum boni oꝑis. Cui⁹ exēplū app̄et in ro
re. Cadit. n. aliqn̄ ros fluens ⁊ viſcoſus
ad modū mellis ſuꝑ herbas ⁊ folia ar
boꝝ. Sole aūt agēte in ip̄ȝ euaporat hu
midū ⁊ terreſtre ſiccū cōburiť ⁊ efficiť q̄
ſi farina ſpſa: que a ſua ſiccitate ſiccat her
bas ⁊ īducit ſterilitatē. Quaſi. n. dulcedo
roris eſt delectatio ꝯtēplatōis: quā calor
ſolis. i. amor tp̄alis ꝓſperitatis hūidum
deuotiōis educēs ⁊ terreſtrē affectū ac
cēdens ⁊ mentē ad vana ſꝑgēs tollit ⁊ a
fructu bōi oꝑis aīaȝ ſterilē reddit. ¶ Itē
amor cōis ꝓut. ſ. ⁊ ſpūalē ⁊ ſenſibilē amo
reȝ īcludit aſſilatur radio. Primo q̄ꝛ radi
us hȝ penetrare. Vn̄ in ꝑſpectiua diſtin
guitur triplex radi⁹. ſ. rect⁹ confract⁹ ⁊ re
flexus. Rect⁹ ſiue ꝑpendicularis eſt: q̄ a
corꝑe radioſo emiſſus rcō ⁊ lineari mo
tu ſine obliq̄tate aliq̄ petit centrū: ⁊ huic
aſſilatur ſpūalis hō q̄ tot⁹ eſt rect⁹. Vnde
Cāticoꝝ. j. Recti diligūt te. Et iſte petit
centrū. j. cor. Deuteronomij. vj. Diliges
dn̄m deū tuū ex toto corde tuo ⁊c. ¶ Cō
fractus radi⁹ ſiue collateralis eſt: q̄ a cor
pore lumioſo egrediens ⁊ aliqd̄ diapha
num inueniens nō ꝑfecte obediens nō re
cte īcedit: ſȝ ad aliquā ꝑtem diuertit. Et
taľ obliq̄tio dř radij ꝯfractio: ⁊ huic ra
dio ꝯfracto aſſilať amor ſocial ſiue ciuiť
q̄ nō ē amor totaliť rect⁹ q̄ꝛ frequenť ñ ē
ꝓꝑ deum: ſiue ſcd̄m deū: ſed vtplīm hȝ re
ſpectū ad aliqd̄ mūdanū. ¶ Reflexus āt
radi⁹ eſt q̄ dū a ſuo p̄ncipio recte vľ ob
lique ꝓgrediť dū corp⁹ denſū īcurrit re
percutiť ⁊ repelliť: nec trāſitus ei dať. Vn̄
cū nō p̄t ſe diffūdē in an̄riora ad poſteri
us neceſſe eſt vt redeat ⁊ ſe ibi multipli
cet. Et talis repercuſſio dř radij reflexio.
Huic aūt radio reflexo aſſimilať amor
vtilis q̄. ſ. reflectiť ad ſeip̄m. Vn̄ ſi proxi
mum vel aliq̄d diligit nō ex hoc ꝓficit in

terius.ſ.in deum tendendo: ſed potius
retrocedēdo in ſeipm redeundo. Eſt eti/
am talis amor carnalis qui ſolū ad cor/
pus proximi pcedit: ⁊ interius ad aiaꝫ n̄
trāſit: ſed potius retrocedit dū aliū cor/
poraliter ad delectamētum ſui vel ppriū
cōmodū diligit aut amat. ⁋ Sexto amor
aſſimilat radio: qr radius hꝫ colorare: nā
radius ſolaris dū in nube rorida ſoli op
poſita includit diuerſos colores in ipſa
nube ⁊ aere opatur: ſicut pꝫ in arcu cele/
ſti. Ita ſilr ⁊ amor qui dū in aia tenera ⁊
molli intendit: diuerſas ibidē paſſiōes ⁊
affectōes optur quib⁹ vꝫ paſſionib⁹ ipſa
aia velut quibuſdā coloribus tingitur.
Unde ſicut ipſe arcus celeſtis hꝫ colores
rubeū iacinctinū ceruleum ⁊ viridē. Iſti
eni colores in eo principaliter nobis ap
parent. Ita ſilr etiā ex amore cauſant in
aia paſſiōes plures. Sed precipue q̄tuor
.ſ. zelus exceſſus odiū ⁊ morbus. Primo
eni amor hꝫ cāre zelum. Vn̄ beat⁹ Dio. di
cit. iiij. cap. de diuinis noibus q̄ de⁹ appel
latur zelotes ppter multū amorē quem
hꝫ ad entia: zelus ergo quocūqꝫ mō ſu/
matur ex intēſiōe amoris cātur. Mani/
feſtum eſt eni q̄ quāto aliq̄ virt⁹ tēdit in
aliqd tāto fortius repellit oē contrariuꝫ
vel repugnās. Cū ergo amor ſit qdā mo
tus in amatū vt Aug. dicit in lib. lxxxiij.
qōnū: intēſus amor querit excludere oē
qd ſibi repugnat. Unde in amore ꝯcupi/
ſcentie qui intenſe aliqd cōcupiſcit mo
uetur ꝯ oē illud qd repugnat cōſecutiōi
vel qete fruitiōi ei⁹ qd amat. Et hoc mō
viri dn̄r zelare vxores ne ppter ꝯſortiū
aliop̄ ipediat ſingularitas quā in vxore
querūt. Silr etiā qui querūt excellētiam
mouētur ꝯtra oēs qui excellere vident:
quaſi ipediētes eop̄ excellētiaꝫ. Et hmōi
eſt zelus inuidie: de quo dicit in. ps. No/
li emulari in malignātib⁹ neqꝫ zelaueris
faciētes iniqtateꝫ. Amor aūt amicitie q̄/
rit bonū amici: ⁊ ſm hoc aliqs dicit zela
re p amico quādo ea que dn̄r vel ſiūt cō
tra bonū amici hō repellere ſtudet. Et p
hūc ēt modū aliqs dicit zelare p deo qn̄
ea que ſūt ꝯ honorē vel volūtatē dei re
pellere p poſſe conat ꝑꝫ illd. iij. Reg. xix.
Zelo zelatus ſuꝫ p dn̄o deo exercituū: ⁊
Jo. ij. Sup illud zelus dom⁹ tue comedit
me: dicit gloſa q̄ bono zelo comedit qui
quelibet praua q̄ viderit corrigere ſata/
git: ſi neqt tolerat ⁊ gemit. ⁋ Scdo amor
cauſat exceſſum. Unde Dionyſi⁹ dicit. iiij.
capitulo: de diuinis noibus q̄ amor di/
uinus extaſim facit: ⁊ q̄ ipſe deus ppter
amorē eſt extaſim paſſus. Dicit aūt exta/
ſim pati cū extra ſe ponit. Quia eni vt di
cit Augu. Aia verius eſt vbi amat q̄ vbi
animat: qn̄ aliquis intenſo deſiderio vel
amore fert i aliquod: extra ſe quodāmo
do rapitur: ⁊ ſi illud ſit ſupra ſe quodaꝫ
modo ſupra ſe rapit: ita q̄ ſeipaꝫ trāſcē/
dit ⁊ excedit. ⁋ Tertio amor cāt odium
Nā amor conſiſtit in quadā cōueniētia
amātis ad amatū. Odiū vo cōſiſtit in qua
dam repugnātia vel diſſonātia: pri⁹ autē
conſiderat qd cōuenit rei: q̄ qd ei repu/
gnat: qr per hoc aliqd eſt repugnās q̄ im
pedit vel corrūpit qd eſt ꝯueniēs. Unde
neceſſe ē q̄ amor ſit prior odio ⁊ cā ei⁹: nā
nihil odio habet niſi p hoc qd repugnat
ei qd amat. ⁋ Quarto amor cauſat mor
bū ſiue lāguorē. Canticop̄ ij. Fulcite me
floribus ſtipate me malis: qr amore lan/
gueo. Nā amor peccati lāguidā facit ani
mam ex eo q̄ facit ipſam deteri⁹ ſe hēre:
qr coarctat ipſaꝫ ad rē ſibi incōueniētem:
vn̄ legit ⁊ deteriorat ſm illud Oſee no/
no cap. Facti ſūt abhominabiles ſicut ea
que dilexerūt. Qn̄qꝫ āt ſi ſit vehemēs le/
dit etiā corpus pp exceſſuꝫ imutationis
corpalis. Dicit ēt amor cāre languorē qr
cauſat triſticiā de abſentia amati. Unde
Tullius in. iij. libro de Tuſculanis qōni/
bus triſticiā egritudinē nominat. ⁋ Ter
tio amor aſſimilat radio: qr radius habꝫ
inflāmare. Nam ex ſubito ⁊ ꝯtinuo mo
tu radiorum contingit aerem circūfuſū
igniri: maxime cū concurrunt radij in lo
co fractionis Nam radij ibi multiplica/
ti ⁊ coanguſtati dū mutuo conculcantur
calor ibi in tātum aliquando generat q̄
aer circūfuſus ſepius inflāmatur: vt pa/
tet in criſtallo: ex cuius oppoſitiōe cōtra

radios ſolis ſtuppa incēditur vel ignit:
Jta fit ex recordatiōe continua vel vi/
ſione rei dilecte feruor inflāmatur amo
ris. Et iſte ardor ab amicis dei deriuat
etiā ad circūſtātes:q̄ ſibi appropinquā/
tes ad amorē diuinū ſepius accendunt.
ps. Jgnis a facie eius exarſit ⁊ carbones
ſuccēſi ſunt ab eo. Precipue autē hec in
flāmatio cōpetit charitati: de qua dr̄ Cā
ticorum. viij. Fortis eſt vt mors dilectio:
dura vt ignis emulatio. Lāpades eius
ignis lampades atq̄ flāmarꝝ: aque multe
non poterunt extinguere charitatem.

## ¶ Capitulum quintum.

Angeli aſſiīlant celo aq̄o ſi
ne criſtallino. Vnde ipſi in
telligūtur ꝑ aquas que ſu
per celos ſūt. Aſſimilātur
ergo illi celo propter tria.
¶ Primo ratione inuiſibi
litatis. Nā illud vocat ꝓprie celū .i. cela/
tū: q̄ .ſ. ē nobis inuiſibile ⁊ ocultatū. Eſt.n.
nona ſphera quā nō videm⁹. Et hoc cō/
petit angelis quorꝝ natura incorꝑea ⁊ in
tellectualis: licet in ſe maxime ſit cogno/
ſcibilis: tamē nobis quorꝝ cognitio orit
a ſenſu eſt inuiſibilis ⁊ occulta. Nā ita ſe
habꝫ ītellectus noſter ad manifeſtiſſima
nature: cuiuſmodi ſunt nature angelorꝝ
ſicut oculus nocticoracis ad lumē ſolis:
vt dicit phs. ij. Meta. Sapien. ix. Que in
celis ſunt quis inueſtigabit. ¶ Scd̄o ra
tione perſpicuitatis ſiue luminoſitatis ꝓ
pter quā .ſ. quandoq̄ vocatur celum cri
ſtallinum: q̄ eſt vniformiter ad modum
criſtalli perſpicuū ⁊ luminoſuꝫ. Angeli
aūt ꝑſpicui ſunt ꝑ mūdiciā. Vnde beatus
Dionyſi. vocat angelum preclariſſimuꝫ
ſine macula. Jtē ſūt luminoſi ꝑ ſapiētiaꝫ
⁊ eſt in eis lumen triplicis ſapientie. Sa/
pientie innate; quia per ſpecies innatas
ſiue concretas omnia cognoſcunt q̄ ſūt
a deo ꝓducta vt dicit Aug. Jtem ſapien
tie inſpirate. Suſcipiunt enim angeli di/
uinas inſpiratōes ⁊ illuminatiōes quas
beatus Augu. vocat theophanias. Jteꝫ
lumē ſapiētie beate que vocat in eis co
gnitio matutina ab Auguſtino ſm̄ ꝙ co

gnoſcūt res in verbo: cognitioneꝫ autē
rerū in ꝓpria natura vocat ipſe Aug. co
gnitionem veſpertinaꝫ. ¶ Tertio ratiōe
mobilitatis: vocāt eni illud aqueū ꝓpter
mobilitatē. Mobilitas aūt ēt angelo at/
tribuitur: q̄ ſicut dicit Damaſc. angelus
eſt ſubſtātia intellectualis ſemꝑ mobilis.
Et dr̄ angelus ſemꝑ mobilis rōne natu/
re intellectiue ⁊ voluntatis. Nā quippe
cū ſit creatura hꝫ eē mutabile: inquātum
omne creatū eſt vertibile ī nihil: niſi ma
nu omnipotētis teneretur. Reſpectu ēt
intellectus dr̄ ſemꝑ mobilis accipiendo
motū equoce ꝓut intelligere motus dici
tur: q̄m angelus ſemꝑ eſt actu intelligēs:
nō q̄nq̄ actu q̄nq̄ potētia ſicut nos. Et
lꝫ angeli quātū ad cognitōeꝫ qua cogno
ſcunt res in v̄bo oīa ſimul ītelligāt ſicut
etiā de nobis dicit Aug. xv. libro de trini
tate ꝙ in patria nō erūt volubiles cogi/
tationes nr̄e ab alijs in alia eūtes atq̄ re
deūtes. Sed oēm ſcientiā noſtraꝫ vno ſi
mul cōſpectu videbimus: tamē ea cogni
tione qua cognoſcūt res in ꝓpria natura
nō oīa ſimul intelligūt. Vnde ibi ē viciſſi
tudo intelligentie. Et ideo Aug. dicit ꝙ
oē ens creatum hn̄s intellectū intelligit
vnū poſt aliud: ⁊ talis ſucceſſus ē vt mo
tus q̄dā: beat⁹ Diony. iiij. cap. de diuinis
noībus ponit triplicē motū .ſ. circularē
rectū ⁊ obliquū. Circularis ē ab eodē in
idē cētrū imobile. Et hunc motū hn̄t in
quātū recipiūt illuminatōes a deo: ⁊ ꝑ il
las reuertunt in deū. Motu aūt recto
tūc mouent quando ꝓcedunt ad ꝓuidē
tiā ſubiectorꝝ recte oīa trāſeuntes ⁊ non
reuertūtur ab eodē in idē: ſed de vno in
aliud. Motus aūt obliquus eſt in ange/
lis cū per cognitōeꝫ inferiorꝝ quib⁹ ꝓui/
dent reflectūtur in deū principiū ⁊ fineꝫ
pulchri ⁊ boni. Jtē in volūtate mobilis
eſt angelus: q̄ nō oīa ſimul vult: ſed mo
do vnū: mō aliud. Dr̄ āt angelus localr
moueri equoce: ſicut ⁊ eſſe in loco .ſ. ꝑ cō
tactum virtutis. Nō quidē q̄ iſte vel cō
tactus iſte ſiue motus loco cōmēſuretur
ſicut accidit corꝑi: ſed dicit moueri locali
ter inquātū ſucceſſiue virtus ei⁹ applica

tur ad diuerſa loca. Vñ iſte motus pōt ē
cōtinuꝰ ⁊ diſcōtinuus: ſcḋꝫ .n. ꝙ locum di
uiſibileꝫ ad quē applicatur nō pōt ſimul
totū dimittere: ſed ſucceſſiue ſic dr̄ motꝰ
diſcōtinuus: vl̄ totū ſimul dimittere ⁊ al
teri loco ſe applicare ſic dr̄ cōtinuꝰ. Vnde
ad hos celoꝝ .i. angeloꝝ motꝰ pōt referri
illud Joelis .ij. Moti ſunt celi ⁊c̄. ¶ Iteꝫ
angeli aſſilant̄ igni. ps. Qui facis ágelos
tuos ſpūs ⁊ miſtros tuos ignē vrentē: ⁊
iſta ſilitudo q̄druplicit̄er pōt accipi. Pri
mo ſi cōſideremꝰ ignis ſubam. Scḋo ſi cō
ſideremus eiꝰ eminentiá .ſ. quo ad ſitum.
Tertio ſi cōſideremus eiꝰ potētiá. Quar
to ſi cōſideremus eiꝰ refulgētiá. ¶ Prio
eni ignis inter oia elemēta hꝫ ſubaꝫ ſub
tiliorē. Vñ ſuba ignis ꝓp ſuá ſubtilitateꝫ
repñtat nobis tria de angelis. Prio eo
rū imaterialitatē: ꝓpterea qꝛ ignis ē ma
xime inter elemēta formalis. Nam mini
mū hꝫ de mā ⁊ plurimū de forma. Ange
lus aūt lꝫ ſm Diony. nihil de mā hꝫ vt
dicit Dio. de diui. no. ꝙ itellectuales ſbe
.i. angeli vitá hñt ideficiētē: ab vniuerſa
corruptiōe mā ⁊ gñatione múde exñtes.
Hñt tñ aliqd loco māe .ſ. potētialitatem
cū nō ſint actꝰ purꝰ vt deꝰ. Vñ angelus dr̄
eē cōpoſitꝰ ex potētia ⁊ actu: ſiue ex q̄ ē ⁊
qḋ eſt. Sicut igit̄ ignis iter cetera elta mi
nimū hꝫ de mā ⁊ plꝰ de forma: ita ágelꝰ
iter oēs creaturas itellectuales minꝰ hꝫ
de potētia ⁊ plus de actualitate. Vñ áge
li qdē dñr ſube ſiue forme ſepate .ſ. a mā.
¶ Scḋo ignis repñtat angeloꝝ icorpeita
tē. Ná ꝓp ſuá ſubtilitatē ignis q̄ſi nō vr̄
hēre corpulentiá. Vñ additꝰ alteri corpi
non videt̄ ipm augere vt appet in ferro
vel lapide ignito: quod tamen nō videt̄
eſſe maius q̄ nō ignitū: cū tamē oē quá
tum additū q̄to faciat ipꝫ maiꝰ ⁊ oē cor
pus nāle ſit quātū: nec etiá videt̄ ignis q
eſt i ferro aliū locū q̄ ipꝫ ferrū per ſe oc
cupare: vel maiorē locū ſimul cū ipo cor
pore q̄ ferrū ſolū: que oia cuidá icorpei
tati: imo vt verius dicá ſubtilitati ipiu ē
ignis atteſtátur. ¶ Itē ꝓpter ſuá ſubtili
tatem ignis eſt incluſibilis: qꝛ ſicut dicit
Dio. xv. cap. celeſtis hierarchie ignis nō

pōt teneri: qꝛ ꝓpter ſuá ſubtilitatē ⁊ mo
bilitatem penetrat oē corpꝰ. Hoc igitur
cōpetit angelis ex eo ꝙ de ſui nā nō ſolū
ſūt icorpei. Propt̄ qḋ dicit idē Dionyſi.
iiij. cap. eccleſiaſtice hierarchie ꝙ ágeli ſic
imāles ſic icorpales itelligunt̄: ſꝫ ēt non
ſūt corpibꝰ alligati vt .ſ. in corpibꝰ incluſi
velut aie hūane teneantur. Vñ angeli in
ſcriptura ſpūs nomiant̄ ſm illud Heb. j.
Oēs ſūt admiſtratorij ſpūs ⁊c̄. Spūs aūt
carneꝫ ⁊ oſſa nō hꝫ: vt dicit̄ Luce. xxiiij.
Et iō ſuba angeli nō ſolū nō eſt corpꝰ ſed
nec ēt alicui corpi vnita eſt vt forma: qḋ
eſſet nāliter in corpe detineri. Aſſumūt
tñ ad tēpꝰ vt ex ſacra ſcriptura pꝫ inter
dū angeli corpa hoibus apparētes: ſicut
Aug. teſtat̄ .xvj. de ciuitate dei dicēſ ꝙ an
geli in aſſūptiſ corpibꝰ apparuerūt. Abra
he. que nō ſunt eis nāliter vnita: in qua
cūqꝫ figura appareát: ſed formát ſibi illa
cū volūt ex aere. Et aſſumunt ſibi hmōi
corpa cū nobis apparēt angeli nō ꝓpter
ſe: ſed ꝓpter nos .ſ. vt familiariter cū ho
minibus cōuerſando demōſtrent intelli
gibilē ſocietátē quá hoies expectát cum
eis habendá in futura vita. Itē hoc ipꝫ
ꝙ angeli corpa aſſumpſerūt in veteri te
ſtamēto fuit quodá figurale indicium ꝙ
verbū dei aſſumptuꝝ eſſet corpus hūa
num. Oēs eni appitōes veterꝭ teſtamen
ti ad illá apparitōeꝫ ordinabant̄ qua ipe
filius dei appuit in carne. Eſt etiá notádū
ꝙ ſicut in ſacra ſcriptura ꝓprietates reꝝ
intelligibilium ſub ſimilitudine reꝝ ſen
ſibiliū deſcribūtur: ita corpora ſenſibilia
que angeli aſſumūt diuina virtute ſic for
mátur ab eis: vt cōgruūt ad repreſentan
dū angeli ꝓprietates: ⁊ hoc corpꝰ ē aſſūe
re. Habemus ergo tres rōnes quare an
geli cū icorpei ſūt in corpibus tñ nobis
appent .ſ. tū ad oſtendēdū futurá nobis
ſocietatē: tū ad figurandū xpi incarnatio
nem: tū ad tradenduꝫ nobis per ſenſibi
lia de ſeipis cognitionē. ¶ Tertio ignis i
ſua ſphera propter ſui ſubtilitatē eſt no
bis inuiſibilis: vnde Dio. dicit in ſupradi
cto capl̄o. xv. ꝙ ignis eſt incōtēplabilis
oculis carnalibus .i. inuiſibilis ꝓpter ſuá

ſubtilitatē. Nā lucidum non vr̄ a ſeipſo
niſi ſit in mā ſpiſſa. Unde dicit̄ inuiſibilis
ꝑut eſt in materia tenui. Et in h̄ ignis re
preſentat angeloꝝ inuiſibilitatē: qꝛ ſicut
de ſe ſūt icorꝑales: ita ēt ſūt inuiſibiles ap
ꝑent nobis viſibiles vt dcm̄ eſt de igne ꝑ
ut eſt in mā ſpiſſa. Quod qdē ſic veꝝ eſt
Quia tūc angeli ſumūt corꝑa in qbꝰ viſi
biliter cōſpectibus noſtris apparēt. For
mant igit̄ talia corꝑa ex ipa v̄tute diuina
quātum neceſſariū eſt ad corꝑis aſſumē-
di formationē. Nā lꝫ aer in ſua varieta-
te manēs figurā nō retineat vel colorē:
tn̄ quādo cōdēſat̄ figurari ⁊ colorari ꝑt
ſicut appet in nubibꝰ. Ad oñdēdā igit̄ ꝓ
priā inuiſibilitatē quā angelus ex ſe hꝫ dix̄
angelus Raphael Tobie. Videbar qdē
vobiſcum māducare ⁊ bibere: ſed ego ci
bo inuiſibili ⁊ potu q ad hoībꝰ videri nō
pōt vtor. Quia. n. ex eiſdē nutrímur ex
qbus ſumus ſicut in ſcdo de aia phūs di
cit: ſicut angelus eſt ex natura inuiſibili ita
etiā inuiſibili vtitur nutrimento. ¶ Itē
ignis inter oīa elementa hꝫ eminentiam
altiorē. ſ. quo ad ſitum. Unde Dionyſius
dicit ꝙ ignis eſt altus. ſ. quo ad locū pro
priū qui eſt ſuper oīa elemēta. ſ. imedia
te ſub orbe lune. Et hec altitudo ſitꝰ cō-
petit igni ratione leuitatis: qꝛ locus leui
um eſt ſurſū ſicut grauiū deorſū. Ex hac
aūt altitudine ignis oſtēdit̄ angeloꝝ ſub
limitas quo ad ſex. Primo quo ad ſitū
localē: qꝛ ſicut ſphera ignis eſt locata ſu-
per omnes ſpheras elemētorum: ita an
gelica natura creata ⁊ locata eſt ſuꝑ oēs
ſpheras celorum. ſ. in celo empyreo qđ
ſtatī factū vt dicit Strabus angelis eſt
repletū. Celum autē empyreū ſupremū
celum eſt: ꝓpterea ſuper illud Deutero
nomij. Dñi dei tui eſt celū celi. Dicit Iſi
do. ꝙ ſupremū celū eſt celum angelorū.
Nā quia ex creaturis corꝑalibus ⁊ ſpiri
tualibus vnū vniuerſum eſt conſtitutū
ſic create ſūt creature ſpūales ꝙ ad crea
turam corporalem aliquem ordinē ha
bent ⁊ toti creature corporali preſident:
vnde conueniens fuit ꝙ angeli in ſupre
mo corꝑe crearent̄ tanꝗ toti nature cor

porē preſidētes. Attēdendū eſt autē ꝙ
ignis lꝫ ſit in ſūmo locatus: tn̄ virtute ſo
lis mouet̄ ⁊ deſcēdit ad mixtionē alioꝝ
inferioꝝ. Quodlibet. n. elemētū hꝫ in ce
lo aliqđ mouens ipm ſicut terra moue
tur ab orbe ſtellaꝝ fixaꝝ: ⁊ ideo diuerſe
rerū ſpēs in ipſa generātur: vñ diuerſe
figure terreſtrium reſpondent diuerſis
imaginibus ſtellaꝝ. Aqua v̄o ab orbe lu
ne ſicut pꝫ in fluxu ⁊ refluxu maris. Ignis
v̄o ab orbe ſolis. Aer v̄o propter multi
tudinem motuum in ipſo ab alijs qnqꝫ
planetis qui ſunt multorum motuū. Si
cut ergo ignis quāꝗ ſit altus: tamē v̄tu
te ſolis deſcēdit ad mixtionē iferioꝝ: ſic
etiā angeloꝝ plurimi quāꝗ fuerint in ce
lo creati vel locati: iuſſu tn̄ ⁊ ordinatōe
dei deſcēdūt ⁊ veniūt in mūdū ad rerū
tēporaliū adminiſtratōē: ⁊ hūane ſalutiſ
ꝓcuratōē: vnde Apoſt. Hebre. i. dicit ꝙ
omnes ſūt in miniſteriū miſſi ꝓpter eos
qui hereditatē capiūt ſalutis. Ex hoc tn̄
ꝙ Apoſto. dicit omnes nō accipiendū eſt
ꝙ oēs vr̄ angeli mittant̄ in miniſteriū
qꝛ ſm̄ Diony. quatuor ſuperiores ordi
nes cherubin ſeraphin troni ⁊ dñatōes
nūꝗ ad extrēius miſteriū mittunt̄: ſꝫ ſo
lū qnqꝫ iferiores. ſ. virtutes ptātes prin
cipatus archāgeli angeli. Nihilominꝰ tn̄
ſolum primi tres ordines dr̄ aſſiſtētes.
reliqui v̄o ſex ordines dr̄ miniſtrātes.
Vñ dñationū ordo inter miſtrantes cō
putatur nō tanꝗ exequēs miſteriū: ſed ſi
cut diſponēs ⁊ mādās quid ꝑ alios fieri
debeat: ſicut architectores in edificijs ni
hil manu operātur: ſed ſolū diſponūt ⁊
ꝑcipiūt quid alij debēt operari. Dicit er
go apls oēs mitti: non qꝛ ſuꝑiores vt di
ctum eſt ad executōē miniſterioꝝ mittū
tur: ſed qꝛ iferiores qui mittūtur ab eis
miniſterijs illuminātur. Vel itelligitur ꝙ
ſpūs illi q ſunt ad miſteria deputati oēs
ꝓpter eādem cauſam ſunt adminiſtrato
rij. i. in miſterium miſſi. ſ. propter eos q
hereditatē capiūt ſalutis: quis vr̄ oēs
angeli ſint tales. Et lꝫ angeli veniētes in
mūdū exeāt a celo empyreo: in nullo tn̄
derogat̄ ex hoc eoꝝ dignitati: qꝛ licet ſic

eis celum empyreū ex quadā cōgruētia deputatū: nihil tñ ꝓpter hoc dignitatis recipiūt ab eo: ⁊ iō quādo actu nō sūt in celo empyreo nihil eoꝝ dignitati ſubtrahitur ſicut nec regi quādo nō actu ſedet in ſolio regali. ¶ Itē ex angeloꝝ occupatione exteriori cōtemplatōis iterne puritas nullatenus ipedit: qꝛ duaꝝ operationum: quaꝝ vna eſt regula ⁊ rō alteri⁹ vna nō ipedit: ſed iuuat aliā. Vñ cū angelus ꝑ ſolā intellectualem actionē regulat ſuas actiones exteriores: ſequitur ꝙ interior actio ex ipſis exterioribus actibus ipedimentū nō hēat: ſed potius iuuamentū. Et iō Greg. dicit in. ij. mora. ꝙ angeli ſic foris nō exeūt ꝙ interne cōſolatiōis gaudiis priuent. Secūdo ex altitudine ignis oſtēdit angeloꝝ ſublimitas quo ad ſufficientiā ſubſtātialem. Nā ita ſufficiēs eſt ſibi ignis ſubſtātia ꝙ abſqꝫ alicui⁹ nutrimēti vel mãe extranee ſubſidio ꝑ ſe ſubſiſtere ⁊ ꝯſeruari pōt: vñ Dio. dic̄ ꝙ ignis eſt altero nō idigēs. Hoc aūt non cōpetit igni: niſi ꝑut eſt in loco ꝓprio ⁊ altitudie ſphere ſue. Nā ex̄ locū ſuū idiget aliena mã ad ſui multiplicatōeꝫ ⁊ cōſeruatiōeꝫ. Silr̄ igit̄ angeli ſt̄ forme ꝑ ſe exñtes ſubſiſtētes corꝑalis materie adiūctione non indigētes ſicut indiget hūana aīa corpore: quo ad tria. Pꝛio quãtū ad ſpēi cōſtitutionē: qꝛ lꝫ aīa poſſit ſubſiſtere ꝑ ſe ſine corꝑe ſicut pꝫ de aīabus ſeꝑatis: non tñ hꝫ cōpletā rōnē vel eēntiā ſpēi humane cū ipa ſit ps hūane ſpēi: vñ hō dr̄ qđ ꝯpoſitū eſt ex aīa ⁊ corꝑe. Et iō Aug. xix. de ciui. dei ꝯmēdat varronē q hoieꝫ nec ſolā aīam nec ſolū corpus: ſed aīaꝫ ⁊ corpus arbitrabat̄. Sꝫ āgelus hꝫ ēt ſine aliquo corꝑe ꝑ ſe cōpletuꝫ eſſe in ſpē. Et iō cōiter tenet̄ ꝙ intelligētia. i. angelus nulli corꝑi vnitur vt forma: ſed tñ ſicut motor: ⁊ h̄ mō vnit̄ corꝑi celeſti. ¶ Iteꝫ aīe hūane indigēt corꝑibus ad ſui multiplicationē ſiue indiuiduatōeꝫ. Nā ſicut dic̄ Auic. ipoſſibile ē eē multiplicatōeꝫ idiuiduoꝝ ſub vna ſpē niſi ex diuerſitate materie: qꝛ ex diuerſitate pricipioꝝ formalium ſequit̄ diuerſitas ſpēi. Cū igit̄ aīe nō habeāt materiaꝫ ex̄ qua ſunt: oꝫ ꝙ i eis ſit multiplicatio ſm̄ diuiſionē mãe i qua ſunt. ſ. ſm̄ diſtinctionē corpoꝝ. Angeli āt qꝛ nec mãm habēt ex qua ſunt: nec etiaꝫ mãm cuius ſint forme nō multiplicātur ſm̄ diuiſionē alicui⁹ mãe: vñ eſt i eis multiplicatio ſolū ſm̄ diuiſionē formalē ad quā ſequit̄ ēt diuerſitas ſpēi: vñ ꝑfectio mãe angelice reqrit qđē multiplicatiōem ſpēꝝ: ſꝫ nō idiuiduoꝝ ſb̄ eadē ſpē: ⁊ iō pꝫ ꝙ nō idigēt ãgeli corꝑib⁹ ad ſui multiplicationē ſicut aīe hūane. ¶ Tertio idigēt aīe hūane corꝑibus ad itellectualē perfectionē ꝓpter h̄ ꝙ aīa hūana iperfecta eſt de ſe ⁊ in potētia exñs infima in gñe itelligibilium ſubſtātiaꝝ nō habēs in nã ſua plenitudineꝫ ſcie: ⁊ iō idiget vniri corꝑi vt a rebus ſenſibilibus per ipſius corꝑis ſenſus ſciaꝫ acqrat. Sed angeli ſūt ꝑfecti in nã itellectuali ita ꝙ ñ idigēt cognitionē accipe a reb⁹ ſēſibilib⁹: vñ nō itelligūt ꝑ ſpēs a reb⁹ acceptas: ſed ꝑ ſpēs cōnãles ſcꝫ ſibi a deo in ſua creatiōe iſuſas: vnde Dio. dicit in. vij. cap. de diuinis noib⁹ ꝙ angeli nō cōgregāt diuinā cognitōeꝫ a rebus diuiſibilibus aut ſenſibilibus. Et iō pꝫ ꝙ ꝓpter intellectualē pfectionē ſeu cognitionē nō indigent vniri corporibus. ¶ Tertio oñdit̄ angeloꝝ ſublimitas ex altitudine ignis quo ad ipaſſibilitatē corꝑalē. Nā ignis vt i altitudine loci ſui nō eſt noxiaꝝ vl̄ turpiū paſſionū receptiuus: ſicut eſt t̄ra aq̄ ⁊ aer q̄ freqūēter iſiciūtur ⁊ fedātur ſordib⁹ ⁊ imūdiciis ⁊ fetorib⁹ alioꝝ corpoꝝ: vñ Dio. dic̄ ꝙ ignis nō ē recipiēs pedeſtrē. i. ignominioſaꝫ ſb̄iectionē: qꝛ cū ſit in ſuꝑmo loco nō pedibus cōculcat̄ ſeu territ̄: ſicut terra que ē in iſimo: nec ſūt ſuꝑ ipm̄ imundicie ſicut ſuper terrā vel aquā. Et nota ꝙ quanto corpus eſt in loco eminētiori tāto eſt nobilius ſm̄ nãm: qꝛ hꝫ plus de ſpē: ſpecies eni eſt in terminis vt dicit phs: ⁊ iō ignis ſm̄ altitudinē loci ſui nō recipit cōtumeliam minoratōis. Siliter angeli cum ſint immãles ⁊ incorꝑei: nãm habēt impaſſibilem: vñ corꝑeis ac ſenſibilib⁹ paſſionibus nō ſubduntur neqꝫ minorant̄. Et iō

⁊ ꝓpter nãm quaꝫ ſuſcepit paſſibilem
dicit fuiſſe ab angelis paululũ minorat⁹
ſm illud. ps. Minuiſti eũ paulo min⁹ ab
angelis. ¶ Quarto oſtẽdit ignis ſublimi
tatem angeloꝝ quo ad noticiã itellectua
lem. Nã ignis vt Dio. dicit eſt ſurſuꝫ la-
tus. Hoc aũt cõpetit igni: inquãtũ eſt ex-
tra locũ ſuũ: qꝛ nãliter ad locuꝫ ſuũ qui
eſt ſurſũ redire conaꝛ. Sic angeli ſm itel
lectũ mouenꝛ ſurſũ in deum: accipiendo
motũ, nõ ſm qđ eſt act⁹ iꝑfecti. i. exiſtẽ-
tis in potẽtia: ſed ſm quod eſt actus ꝑfe
cti. i. exiſtẽtis in actu. Dicit. n. ſic Dio. iiij.
cap. de diui. no. ꝙ mẽtes angelice itelligẽ
do mouenꝛ ⁊ ſic angeli ſurſuꝫ ferunꝛ: qꝛ
quecũqꝫ itelligẽdo cognoſcũt in deũ re-
ferũt. Diſtinguit. n. in eis Aug. iiij. ſuper
Geñ. ⁊. xj. đ ciuitate dei duplicẽ cognitio
nẽ reꝝ. ſ. matutinã ꝓut. ſ. cognoſcunt pri-
mordiale eẽ reꝝ: ⁊ hoc ꝓut res ſũt i ver-
bo: ⁊ ꝑ talẽ cognitõeꝫ manifeſtũ ẽ ꝙ ſur
ſum ferũtur. Itẽ veſptinaꝫ ꝓut. ſ. cogno-
ſcunt eſſe reꝝ creataꝝ ſꝫ qđ in ꝓpria nã
cõſiſtũt. Nã eſſe reꝝ creataꝝ fluit a ver-
bo ſicut a quodaꝫ ꝑmordiali ꝑncipio. Et
hic effluxus terminaꝛ ad eſſe reꝝ qđ in ꝓ
pria nã habẽt ⁊ in hac etiã cognitõe ange
li beati referunꝛ in deuꝫ: qꝛ cognoſcẽtes
creaturã nõ in ea figunꝛ: ſed hoc ipm re-
ferunt ad laudẽ dei: in quo ſicut in prin
cipio oia cognoſcunt. Et hinc eſt ꝙ Ge-
neſis primo in creatione reꝝ poſt veſpe
ram nõ nominatur nox: ſed mane qꝛ ma
ne ſit finis precedentis diei ⁊ initium ſe-
quẽtis: cũ dicit factũ eſt veſpere ⁊ mane
dies vnus: ⁊ ad ſignũ ꝙ ipſi angeli cogni
tionẽ precedẽtis operis ad laudẽ dei re
ferunt. ¶ Quinto oſtẽdit ignis angeloꝝ
eminẽtiaꝫ quãtũ ad obedientiã miniſte-
rialem. Nã ignis vt dicit Dio. eſt ſemper
mobilis: alia aũt trãſlatio dicit ſemp mo
tus. Semp aũt moueri nõ cõpetit igni ſꝫ
ꝓpriũ motũ: ſed ſm qđ eſt ſurſũ in ꝓpria
ſphera ⁊ moueꝛ motu celi: qꝛ nõ ſolum
eſt veꝝ in orbib⁹ ꝙ iferior mouetur mo-
tu ſuperioris. Sed etiã in oibus corpori
bus attingit inferius motus ſuperioris
q̃ntum poteſt. Vñ quodlibet elemento-
rum mouetur ab aliquo orbiũ. Ignis ãt
a ſole ⁊ marte vt dicit Rabbi Moyſes
Et motus talis nõ eſt rectus: ſed circula
ris: ⁊ ſic põt eſſe ſemꝑ nõ a virtute itrin-
ſeca ſemꝑ mouẽte: ſed a v̄tute extrinſeca
⁊ iſte eſt motus inãlis igni ſꝫ qđ ẽ in ſpẽ
ſua: ſꝫ nãlis ſm qđ eſt elementũ: qꝛ aliter
nõ poſſet venire ad mixtõem niſi ex qua
libet parte deferreꝛ per radios ſolis. Si-
cut ergo ignis eſt ſemꝑ mobilis ſiue mo
tus ſm Diony. Sic ẽt angelus dicit eſſe
ſubſtãtia ſemper mobilis ſm Damaſ. qđ
quideꝫ qualiter intelligẽdum eſt expoſi
tum eſt ſupra in principio huius capituli.
¶ Item ſicut ignis in ſphera ſua moue
tur motu celi. Sic etiam angelus ad pe-
ragendi miſteria mouetur motu volun-
tatis dei: vñ. ps. Benedicite domino om
nes virtutes eius: miniſtri eius qui faci
tis voluntateꝫ eius. Et quantum ad hãc
obedientiã miniſterioꝝ inueniunꝛ angeli
⁊ ſi nõ ex nã ſua. tamẽ ex dei prouidentia
ſemꝑ mouentes ⁊ ſemper moti. Mouẽt
enim orbes angeli ſm philoſophos: mo
tu ſempiterno: ⁊ ſic ſunt mouentes: ſed
qꝛ hoc faciunt diuine voluntatis impe
rio qđ ſemꝑ exequũtur: ideo ſunt quodã
modo ſemper moti: eo mõ quo ille cui⁹
imperio aliqđ fit dicit eſſe mouens ad il
lud. ¶ Sexto oſtendit ignis excellentiaꝫ
angeloꝝ quo ad diſparẽtiam viſualem:
dicit enim Dionyſius quinto capitulo li
bri celeſtis hierarchie ſm antiquiorem
tranſlationẽ ꝙ ignis eſt reſiliens qđ po
teſt intelligi tripliciter. Vno modo reſili
ens a loco infimo. Videmus enim ꝙ flã
m· ignis in candela ſi aliquis inclinet eã
deorſum ſtatim reſilit ⁊ reflectiꝛ ſurſum
ſcꝫ verſus locum ſuum naturalem qui ẽ
ſurſum. Sic etiam angeli lꝫ quãdoqꝫ mi-
niſtrãdo deſcendunt ⁊ viſibiliter inter-
dum appareant: completis autẽ miniſte
rijs diſparent ⁊ ad ſumma reſilire ſiue re
dire dicũtur. Vnde angelus Raphael ex
pleto miſterio dixit Thobie ⁊ filio ſuo.
Tempus eſt vt reuertar ad eum qui me
miſit. Vos autẽ benedicite dominum ⁊c.
Tho. xij. Et cũ hoc dixiſſet ablatus eſt a

annis per vnū gradū: q̄uis hunc motū ſtellaꝝ ignoraſſe videt̄ Ariſtoteles q ſup ponit in ſecūdo de celo celū ſidereū eſſe vltimā ſpherā: cui attribuit vnicū tantū motū ⁊ vniformē: ⁊ in eo eſſe ſtellas fixas ⁊ immobiles aſſeruit: ſicut clauos in rota. Unde p̄dictus ſtellaꝝ motuſ adhuc nō clare patebat aſtrologis contēporaneis ariſtotelis. Primi eni͂ qui hūc p̄cepert ⁊ tradiderūt poſteris fuerūt Abrachis ⁊ Felix: vt Ptolome⁹ refert a quibus ⁊ ipſe habuit: Et hi fuerūt poſt Alexandrum magnū. Dictus vero Ptolome⁹ fuit p⁹ tp̄a chriſti circa tp̄s Adriani imp̄atoris: quē ipſe Ptolome⁹ in ſuo libro almageſti ſepius nominat. ¶ Terti⁹ mot⁹ firmamenti ſiue celi ſtellati eſt motus acceſſionis ⁊ receſſionis qui fit in .lxxx. annis per vnū gradū ſm̄ abbategni. Et ita etiā ſimiliter fideles eccleſie hoc triplici motu mouent̄. Primus motus eſt mot⁹ nature: ⁊ iſte eſt ab oriēte in occidentem .i. a natiuitate ad mortē: ⁊ iſte eſt curſus naturalis q: om̄es morimur: Ap̄ſ. j. Corint. ix. Om̄es quidē currūt. Secūdus eſt penitētie ab occidēte in orientē .i. ab occaſu peccati ad ortū gratie p̄ quā efficiunt̄ ſtelle fixe ⁊ fulgide: Deut. j. Eſtis hodie ſicut ſtelle celi. Tertius ē glorie: ⁊ iſte ē acceſſionis ⁊ receſſionis: quo recedim⁹ a miſeria mūdi ⁊ accedim⁹ ad felicitatem paradiſi. Itē recedim⁹ a corp̄is mortalitate ⁊ accedimus ad vite eternitatē: Dan̄. xij. Qui docti fuerint fulgebūt quaſi ſplendor firmamēti: ⁊ q ad iuſticiā erudiunt multos erunt ſicut ſtelle in p̄petuas eternitates. ¶ Septimo q: firmamentū .i. celū ſtellatum ſp̄āliter elemēto terre dn̄at̄. Unde i terra diuerſe res generant̄ ⁊ diuerſe imagines in eis figurant̄ ſm̄ diuerſitatē ſtellarū ⁊ cōſtellationū. Similiter eccleſia dominiū ⁊ auctoritatē h₃ ſup̄ terrā ſup̄ eoſ id eſt q viuūt in terra nō ſolū ſp̄ūalē de qua dn̄s dixit Matth. xvj. Quodcūq₃ ligaueris ſup terrā erit ligatum ⁊ in celis. Sed inſup̄ vt quidā dicūt h₃ p̄tātē tp̄alē cū tp̄ale ordinet̄ ad ſp̄ūale. ¶ Itē eccleſia aſſimilat̄ monti ſyon. ¶ Primo quidem q: mons ille fuit magne ſublimitatis: et ſic eccleſia magne ſublimitatis eſt q̄tū ad tēp̄alē ⁊ ſp̄ūalē auctoritatem: Iſa. ij. Erit mons dom⁹ dn̄i .i. eccleſie auctoritas ⁊ dominiū in vertice montiū ⁊c̄. ¶ Secundo q: mons eſt magne fortitudinis ⁊ firmitatis: ⁊ ſic eccleſia magnā fortitudinem ⁊ firmitatē habuit ꝯ p̄ſequētiū ſeueritatē: Iſa. xxvij. Urbs fortitudinis noſtre ſyon ⁊c̄. ¶ Tertio q: fuit fons magne vbertatis: ⁊ ſic eccleſia p̄pter meritoꝝ chriſti et ſanctoꝝ fecunditatē: pſ. Lauda deū tuū ſyon q̄m ꝯfortauit ſeras portaꝝ tuarū benedixit filijs tuis in te. ¶ Quarto q: fuit mons magne amenitatis: ⁊ ſic eccl̄ia h₃ magnā amenitatē in varietate diuerſoꝝ ſtatuū: Apoca. xiiij. Agnus ſtabat ſup̄ra montē ſyon ⁊ cū eo centū quadragintaquattuor milia. ¶ Quinto q: fuit mōs magne ſeueritatis: ⁊ ſic eccleſia ſecura ⁊ intrepida eſt p̄pter dei ⁊ angeloꝝ cuſtodiā et p̄tātem. Et ideo dicit̄ Iſa. x. Noli timere popule meus habitator ſyon ⁊c̄. ¶ Sexto q: fuit motus magne ſanctitatis: qd̄ eccleſie etiā cōpetit p̄pter ſacramentorū efficaciā ⁊ virtutē: ⁊ ideo dr̄ ibi eſſe ſaluatio p̄pter ſacramēta ſalutis: Iſa. xlvj. Dabo in ſyon ſalutē. Et Abdie. j. In monte ſyon erit ſaluatio. ¶ Septimo fuit mōs p̄fecte eruditiōis: ⁊ hoc magis eccleſie cōpetit p̄pter euangelice legis p̄fectionem: Iſa. ij. De ſyon exibit lex.

## Cap̄lm xxvi.

Electi dei rep̄ſentant̄ in conſtellatione iſtaꝝ ſtellaꝝ que vocant̄ pleiades p̄pter q̄ttuor. ¶ Primo p̄pter nūerum. Nā ſm̄ Grego. pleiades a pluralitate dicte ſūt. Sūt eni͂ ſeptē ſtelle que inter genua tauri ſite et vicine ſibi ſunt ⁊ diuiſe a ſcinuicē. Unde per eas oim̄ electoꝝ vniuerſitas inſinuat̄ que int̄ vite preſentis tenebras ſp̄ūs ſeptiformis gratie lumine nos illuſtrāt qui a mundi origine vſq₃ ad eius terminū diuerſis tēporibus miſſi quaſi diſtincti ſunt ⁊ cōiuncti p̄ intentionē mentis. Un̄ Job. xxxviij. Nunqd cōiungere valebis micantes ſtel

las Pleiades. Vel ſeptem ſtellis decorat
conſtellatio Pleiadum. q: .vij. virtuti-
bus fulget vniuerſitas electoꝝ ſcʒ qua-
tuoꝛ cardinalibus que ſunt. iuſticia tem
perantia fortitudo ꝛ prudentia. Et trib⁹
theologicis. ſcilicʒ fide ſpe ꝛ charitate.
Que quidē virtutes ꝛ ſi ſint inter ſe diſti
cte adeo tamen ſunt confederate ꝛ ꝯiun
cte in anima vt nūꝗ poſſint haberi ſepa
rate. Vnde ſm doctrinaʒ ſtoicoꝝ quaʒ
in hac parte approbat doctrina ſanctoꝝ
virtutes ſic connexe ſunt ad inuiceʒ. vt q
vnaʒ habet omnes pariter habeat. ꝛ qui
vna caret omnibus carere neceſſe eſt.

¶ Secundo pp eaꝝ ortum. Vernali. n. tē
pore Pleiades oriunt ꝛ quāto aer sereni
oꝛ eſt ꝛ frigidioꝛ tāto ab alijs ſtellis meli
us diſcernunt. q: ſ. electi dei maxime per
tribulatiōis frigus ad virtutes cōſurgūt
ꝛ in eis virtutes oriunt. meliuſqʒ ꝗ vir-
tuoſi ſint cognoſcunt qn̄ tribulationū fri
goribus conſtringunt. ¶ Tertio pp aſpe
ctum q: ſ. vna ex illis ſtellis latere vr̄. ita
ſcʒ ꝙ nec ex toto ſe occultat: nec ex toto
ſe manifeſtat. Hec eſt electoꝝ humilitas ꝗ
bona ſua occultare deſiderāt ne illa ven
tus vanitatis diſpergat. Nec tn̄ ex toto
occultant ſed vt tā ſibi p humilitatis cu-
ſtodiā ꝗ alijs per diuinoꝝ operuʒ exem-
pla proficiant. ſic opa in publico faciunt
vt eoꝝ ſemp intētio maneat in occulto.
¶ Quarto pp effectum q: cum ſol p ple
iades iter facit aeris caliditas vernalib⁹
pluuijs tēperatur. ꝛ terra tunc tpis florū
pulchritudine adoꝛnatur. q: ſcʒ electi et
virtuoſi viri ſunt diuino amore calidi ꝛ
deuotis lachrimis madidi. ſemper tamē
ſobrij ꝛ bonoꝛum exemploꝛum odorife-
ris floribus redimiti.

## ¶ Capitulum. xxvij.

Elemoſynarius ꝛ miſe
cors ſimilis eſt monti
oliueti. Naʒ mons oli
ueti ſm Aug. fuit mōs
chriſmatis ꝛ vnctionis
pinguedinis ꝛ refectio
nis medicaminis ꝛ cu-
rationis. Et hoc propter abundantiā olei
ibi creſcentis. q: oleuʒ eſt vnctuoſuʒ vir
tuoſum ꝛ delicioſum. ¶ Primo eniʒ ele-
moſyna ſanctificat tribuentem. ꝛ hoc ſi-
gnificatur in vnctione chriſmatis de qua
dicit Exo. xl. Omnis vnctionis oleo con
ſecrabis. Hoc enim eſt oleum miſericor-
die ꝛ pietatis quo omnia conſecrantur.
q: ſicut dicit Apoſtolus prima. Thimo.
quarto. Pietas ad omnia valet. ¶ Item
elemoſyna reficit eſurientem. ꝛ hoc ſigni
ficatur in olei impinguatione. De qua di
citur in Pſalmo. Impinguaſti in oleo ca
put meum. Et nota ꝙ erat oleum quo i-
ungebatur tabernaculum ꝛ hoc eſt oleū
idest pietas elemoſyne coꝛpoꝛalis. ꝗ re-
fouetur tabernaculum ventris ſiue coꝛ-
poꝛis. d quo dicitur Exo. quadrageſimo
Aſſumpto vnctionis oleo vnges taber-
naculum. Aliud vero oleum erat quo i-
ungebatur caput. ꝛ hoc eſt elemoſyna ſpi
ritualis per quā inungitur caput mētis
de quo ibidem premittitur. Oleum vn-
ctionis fundes ſuper caput eius. Et d h
oleo ēt habet Heſter. ij. ꝙ oportebat ꝙ
puelle que ſeruabantur regi ſex mēſibus
oleo vngerentur ꝛc̄. Iſte puelle ſunt ani
me deuote que chriſto regi ſeruātur que
oleo inunguntur ſex mēſibus qn̄ ſolicite
inſiſtunt ſex elemoſynaꝝ ſpūalium operi
bus que in hoc verſiculo cōtinentur. Cō
ſule caſtiga ſolare remitte fer oꝛa. ¶ Ter
tio elemoſyna curat egrotantem ſcʒ pec
catoꝛē. ꝛ hoc deſignatur in vnctionis me
dicamine de quo Matth. vj. Vngebant
oleo multos infirmos ꝛ ſanabantur. Si c
oleo miſericoꝛdie ꝛ elemoſynarum ſanāt
tur ꝛ curantur vulnera peccatoꝛum.
Thob. iiij. Elemoſina ab omni peccato ꝛ
a moꝛte liberat ꝛc̄.

## ¶ Capitulum. xxviij.

Exaltationem ſuper-
boꝝ ſemper ſequi-
tur deiectio ſʒ illud
Prouer. xvj. Ante
ruinaʒ exaltatur coꝛ
Vnde ſuperbi ſimi-
les ſunt planetis: q:
ſicut planeta habet i

auge ſua aſcenſum ⁊ exaltationem ſic in
oppoſito augis deſcenſum ⁊ depreſſionē
vnde ſicut dicit Plinius. A centro terre
abſides altiſſime ſunt. Saturno in ſcor-
pione. Joui in virgine Marti in leone.
Soli in geminis. Veneri in ſagittario.
Mercurio in capricorno medijs ptibus
⁊ econtra ad terre centrum humillime
atqȝ proxime. Alij etiam dicunt ꝙ qui-
libet planeta ſicut in aliquo vno ſigno ha
bet regnum ⁊ gloriam ſuam ſic in aliquo
alio abiectionem ⁊ triſticiam. verbi gra-
tia. Nam ſicut dicunt ſol hȝ gloriaȝ ſuā
in .xix. gradu arietis ⁊ caſum in eodē gra
du libre. Per ſolē ergo intellige munda-
na ſapia refulgētes. qui extollunt in arie
te in alioꝝ ducatu ꝙ ſuas opiniones ⁊ cō
ſilia multi ſequant. Aries. n. apud paſto-
res ꝯſueuit eſſe dux gregis. Sȝ iſta gloria
annihilat in libra. i. in diuina ſapia oīa re
cto pondere librāte ⁊ pōderante. vñ apo
ſto. dic̄ Corin. iij. ꝙ ſapia huius mūdi ſtul
titia ē apud deū. ¶ Jtē venus gloriā ſuā
hȝ in piſcibus. xxviij. gradibus. ⁊ caſuȝ ſu
uȝ ſiue triſticiā ſuā in ꝯſimili gradu ſigni
oppoſiti. ſ. vginis. Intellige ergo p vene-
rē eos q carnali pulchritudine ſūt venu
ſti. q in piſcibus. i. in delitijs corpis gloriā
tur volentes. ſ. molliter viuere in aqs de
liciaꝝ. Sȝ gloria coꝝ in virgine deficit. qr
caſtitas ſiue vginitas ī ipſis delicijs perit
Bernard⁹. Perit humilitas in diuitijs.
caſtitas ī delitijs. Apo. Thimo. v. Vidua
q̄ in delitijs eſt viuens mortua ē. ¶ Jteȝ
Mercurius in vgine. xv. gradib⁹ gloriat
⁊ cadit in piſcibus totidē gradib⁹. Mer
curius q gloriat in vgine ſignificat hoīeȝ
honeſtū q ſupbit ⁊ extollit de carnis ca-
ſtitate. quē qñqȝ de⁹ in piſcibus aquaꝝ. i.
in tētatiōib⁹ ꝯcupiſcētiaꝝ cadere pmittit
vt humiliet. vñ Phil. iij. Gloriamini in
xp̄o nō in carne. ¶ Jtē luna erigit in tau
ro trib⁹ gradib⁹ ⁊ totidē cadit in ſcorpio
ne. Per lunā intellige terrenā ptāteȝ. q̄ ꝑ
cipue luna terreſtribus dñans in tauro
erigit dū p ſupbiā in tyrānidē ꝯuertitur.
Sed in ſcorpione deijcit. qr oīs tyrānus
in fine male deprimit. Scorpio. n. cauda
ideſt fine percutit. ¶ Jtem Saturnus in
libra regnat. cadit in ariete. per Saturnū
intellige abundantiam temporalem. Nā
ſaturnus a ſaturādo ē dict⁹. Cuius vxor
a paganis fingitur fuiſſe vocata Ops ab
opulentia. ſ. qr hanc tribuit mortalibus
hec regnat in libra ideſt in mēſura vel tē
perantia. qr ſine temperantia ⁊ menſura
ēt ſi abundet non durat tpalis ſubſtātia.
Sed in ariete. i. in morte penitus annul-
lat. Pſalmiſta. Dormierūt ſomnū ſuuȝ ⁊
nihil inuenerunt oēs viri diuitiarū. Eſt
autem mors velut aries duobus corni-
bus ideſt modis percutiens qr eſt mors
naturalis ⁊ violenta. ¶ Jtem mars erigi
tur in Capricorno vigintiſepteȝ gradib⁹
⁊ cadit totidem in cancero. Per martem
intellige humanam fortitudinem que in
capricorno erigitur ideſt i ſtrenuitate bel
lorum fulget ⁊ aſcendit. Sed in cancro. i.
in tpe pacis occultatur ⁊ marceſcit. Naȝ
cancer non eſt aīal belligeꝝ ſed in cauer-
nulis ſe abſcondit. Vel fortitudo huma-
ni corporis in Capricorno. i. in iuuentu-
te aſcendit ⁊ claret. Eſt. n. caper aīal ſupe-
riora petens Sed in cancro. i. in ſenectu-
te retrocedit ⁊ deficit. Eſt. n. cancer aīal re
trogradiens. ¶ Jtē iuppiter ſm̄ quoſdā
regnat in Cancro ⁊ in capricorno facit d
ſcenſum. Alij vero dicūt ꝙ Juppiter eri
gitur ⁊ caput draconis in geminis trib⁹
gradib⁹ ⁊ cadit in Sagittario totidem.
Per Jouē intellige gloriā humanā que
erigitur in geminis. qr in diuitijs ⁊ hono
ribus creſcit. Sed in Sagittario ideſt in
pſecutione vel deiectione cadit vbi etiaȝ
caput draconis. i. ſupbia q̄ eſt caput pecca
ti deijcitur. ¶ Jtem cauda draconis erigi
tur in Sagittario tribus gradibus ⁊ ca-
dit in geminis totidem. Per caudā dra-
conis intellige fraudulentiam ⁊ aſtuciaȝ
hominis. Hec eſt enim cauda draconis
ideſt quedaȝ imitatio demonis qr homi
nes inuidi atqȝ fraudulenti poſt diabolū
vadūt. Hec in Sagittario ideſt in lingua
de qua Hieremie. ix. Sagitta vulnerans
lingua eorum aſcendit tribus gradibus
Primus eſt mentientium Jſaie. ix. Pro

pheta docens mendatium ipſe eſt cauda Secundus eſt in detrahentibus Apocalypſis.ix. Caude eorum ſimiles ſerpentibus. Serpenti enim proprie detractor aſſimilatur. ſm illud Eccleſiaſtici.x. Sicut ſi mordeat ſerpens in ſilentio. Ita nihil minus eo habet qui occulte detrahit. Tertius gradus eſt in blandientibus Apocalypſis nono. Habebant caudas ſimiles ſcorpionum Greg. Scorpiões ſunt oēs blandi ⁊ malicioſi qui bonis quidem in facie non reſiſtunt. ſed poſt dorſum portant. vnde venena fundunt. Hec cauda in geminis cadit. quia mala ⁊ fraudulenta ligua dupliciter obmuteſcit. Vno modo quando non auditur. Alio mō quando aſpere reuellitur vel repellitur. Ecci. xxvii. Sepi aures tuas ſpinis ⁊ noli audire linguam nequam. Ille ſpinis aures ſepit qui male loquēti aſperis ⁊ increpatorijs verbis reſiſtit. Sed ille non audit q aurem ab ipſo abducit.

¶ Capitulum.xxix.

Feruor penitentie vel fidei ſuſcitat furorem fortem perſecutionem diaboli. Nam diabolus quanto videt hominem exurgere vel agere feruentius tanto eum perſequitur acrius. Dicunt enim naturales ꝙ in magno eſtu fiunt fortiſſimi venti ſicut in diebus canicularibus. venti enim qui tunc fiunt licet raro tali tempore fiant tamen fortiſſimi ſunt eradicantes arbores ⁊ edificia ſubuertentes Et eſt ratio quia tunc non eleuatur niſi vapor groſſus ⁊ qꝛ calor fortis qui tunc eſt expellit a ſe frigus vndiqꝫ ad vnū locum. ideo illud frigus impetuoſe pellit vaporem. ⁊ ſic tempus illud eſt cauſa fortium ventorum. Quod ergo in magno eſtu fiunt fortiſſimi venti repreſentat ꝙ in magno mentis feruore exurgunt contra eam perſecutiones vehementiſſime. Iob.xxxviij. Diuiditur eſtus ſuper terram qui dedit vehemētiſſimo imbri curſum. vehemens enim imber cum forti vento eſſe conſueuit. Poſt eſtuꝫ ergo ſequitur vehemētia imbris. qꝛ poſt feruorem mentꝭ ſequitur procella tētationis. Sed eſt notandum. ꝙ eſt duplex canis celeſtis ſcꝫ canis qui lucet ad pedem oriētis. ⁊ alius canis ē qui lucet ad pedes geminorum verſus cācrum ad meridiem. Et de vtroqꝫ verum eſt ꝙ in diebus canicularibus fiunt venti. Sunt aūt illi dies calidiſſimi cū illi canes oriuntur cū ſole quando ſunt ſub radijs ſolis. qꝛ tunc eſt quadruplex cauſa caloris. Vna quia ſol eſt in domo ꝓpa ſcꝫ in leone. Alia cauſa ē directa oppoſitio ſolis ad habitabilem noſtrā Tertia eſt ex reflexione circuli: qꝛ diu radij morant̄ circa eundem locuꝫ circuli ſignorum. Quarta eſt ex cōiunctione duarum ſtellarum calidarum Alio autem tempore dicti canes oriūt̄ helice ſub radijs ſolis quādo ſol ꝑcedit eos. ita ꝙ mane in aurora videri poſſūt hoc autem ē ſole exiſtente i ꝑncipio virginis. tunc enim ſunt venti naturalit̄ ꝓpter qualitates tēporis cōnaturales vētoque ſunt frigiditas ⁊ ſiccitas non ſic ī petuoſi. In occaſu quoqꝫ iſtorum canuꝫ etiaꝫ fiunt venti ſed aliter. Nā canis occidit coſmice in hyeme ſole exiſtēte i ꝑncipio capricorni. ⁊ qꝛ tunc frigus ſtrigit terram magis de nocte ꝙ̄ de die non fiunt venti niſi de die quādo ſol apit terram ⁊ eleuat vapores. Occaſus autē canum helycus eſt quando in eſtate occultantur ſub radijs ſolis a viſib⁹ hominū ⁊ tūc ſunt dies caniculares. Sic ergo patet ꝙ tam in ortu ꝙ̄ in occaſu canuꝫ ſiue coſmico ſiue helyco fiunt vēti ⁊ tāto fortiores quāto canes dicti ſunt calidiores. In duplici ergo cane accipit̄ duplex feruor ſcꝫ fidei qui fuit a principio naſcētis eccleſie ſub radijs ſolis idest ſub apoſtolis ⁊ diſcipulis xpi. ⁊ tunc flauerūt maximi vēti idest fortiſſie perſecutiones fuerūt Iterum poſt ſolis occaſum. i. poſt xpi tēpora ⁊ apoſtolorum adhuc fuerūt vēti perſecutionum in alijs fidelib⁹ ⁊ martyribus. Vnde dicitur de eccleſia ſub ſimilitudine dom⁹ Mathei.vij. Flauerūt vē

ti ⁊ irruerunt in domum illam ⁊ nõ ceci/
dit. fundata. n. erat ſupra firmã petram
ideſt xp̃m: Alius v̾o feruor eſt penitentiũ
⁊ tunc ẽt ſole xp̃o aperiẽte terrã. i. aiam
⁊ eleuãte vapores cõpunctionũ ⁊ oratio
num ſequunt̃ venti magnaꝝ tentationũ.
vñ dr̃ prouer. xl. Qui conturbat domuꝫ
ſuam poſſidet ventos. ⁊ eſt ſenſus: q con
turbat domum ſuã. i. conſciam ſuam per
compunctionẽ peccatoꝝ poſſidet vẽtos
. i. impulſus tentationũ. Sed p̃cipue ſoli/
tarijs qui occultati a viſibus hoium fer/
uent amore celeſtium fiunt vẽti calidi tẽ
tationũ ⁊ tribulationũ quas diabolus ſu
ſcitat eis. vñ Job. j. Uentus vehemens ir
ruit a regione deſerti. regio. n. deſerti eſt
feruẽs vita ſolitarij. ⁊ ibi ẽ vehemẽs vẽ/
tus. i. impetus tẽtationis diaboli. ❡ Jteꝫ
feruor cõpunctionis aſſilat̃ flãme ignis.
Primo qdẽ. q2 flãma ex violẽtia ſui mo/
tus ptes materie in quã agit allidẽdo ad
inuicẽ cõcutit. ⁊ ideo aliqñ quẽdã ſonitũ
facit. Silr̃ hõ compunct⁹ dñ dolenter me
minit. qd per oculos qd p os. qd p cetera
mẽbra ſua deliquit. quaſi ptes ſue mate/
rie adinuicẽ collidit ⁊ aliqñ ſonũ vocis
⁊ doloſi eiulatus emittit Joel. ij. Exilient
ſicut ſonitus flãme ignis ⁊c̃. ❡ Scd̃o q2
flãma tenebroſa pandit ⁊ abdita prodit.
Jta hõ cõpunctus peccata ſua abſcondi/
ta in ꝯfeſſiõe reuelat. Uñ de peccatore q
peccata ſua nõ cognoſcit nec de eis cõpũ/
git nec ꝯfitet̃ dr̃ Job. xviij. Nõne lux im/
pij extinguet̃. ſ. vt peccata ſua nõ videat.
Et ſequit̃. Nec ſplẽdebit flãma ignis eius
q2 nec hꝫ ignẽ fernẽtis cõpũctiõis nec ẽt
flãmã lucẽtẽ reuelate ꝯfeſſiõis. ❡ Tertio
ꝙ flãma ſemper i motu exiſtit. Jta ẽt hõ
ꝯpunctus p motũ boni opis ꝯtinue ſatiſ
facere ſatagit. Et hec ẽ flamma que pur/
gat rubiginẽ peccati. ſ. ſatiſfactio feruens
Nũeri. xxj. Oẽ qd põt tranſire p flãmas
igne purgabit̃. ❡ Quarto q2 flãma viã cũ
offendiculis ſuis oñdit. ⁊ hõ de peccatis
cõpunctus ne amplius offendat vias tu
as diligẽter attendit. vñ Jſaie qnquageſi
mo. Ambulate in lumine ignis veſtri ⁊ i
flãmis quas ſuccẽdiſtis. ❡ Quinto q2 flã
ma materiã cui ſe cõiungit ab infimis ad
ſuperiora trahere nõ deſiſtit. Et ſic cõpũ
ctio feruida aias a terrenis affectibus ab
ſtrahit ⁊ ad celeſtia dſ̃ideria erigit. Et tũ c
aia ad pugnandũ ꝯ tentationes valenti/
or exiſtit. Uñ dicitur Judicuꝫ. xx. Cũ cer
nerent flãmas in ſublime ferri: qui prius
fugam ſimulauerãt verſa facie forti⁹ reſi
ſtebãt. ❡ Sexto q2 qñqꝫ flãmã vehemẽs
vẽtus extinguit ⁊ diſſipat q2 nõnunq̃ cõ
punctioneꝫ tollit vehemens impetus tẽ
tatiõis. ⁊ iõ neceſſaria ẽ magna cuſtodia
ſenſuum ⁊ cautela ſicut claudunt̃ ⁊ cuſto
diunt̃ lampades accenſe ne extinguãtur
Cañ. viij. Lampades eius lãpades ignis
atqꝫ flammaꝝ. ❡ Septimo q2 flamma ex
oi pte rei accẽſe in acutũ ⁊ in conũ tẽdit.
Jta verus penitens a ſupfluis ⁊ illicitis.
imo ẽt a licitis vndiqꝫ q̃tum põt magis
ac magis iugiter ſe reſtringit. Ecci. xxj. cõ
ſũmatio illorum flamma ignis.

❡ Capitulum. xxx.

Fides aſſimilatur riuo q2 flu
it a fonte ideſt a dño per in/
fluxuꝫ reuelatiõis. vñ Apo.
dicit ad Ephe. ij. q⁊ fides do
nuꝫ dei ẽ: ſed nota ꝙ riuus
ẽ immunditiaꝝ purgatiu⁹. Quia. ſ. fides
purgat immũditias erroꝝ vel terrenaꝝ
affectionũ vñ dicit̃ Actuũ. xv. fide puri
ficans corda eorum. Jtẽ riuus ẽ terre fe
cũdatiuus q2 fides fecũdat aiaꝫ merito
rijs opib⁹ Hebre. xj. Sãcti per fidẽ opati
ſũt iuſticiam ⁊ adepti ſũt repromiſſiões
❡ Jteꝫ riuus ẽ potus aialib⁹ adminiſtra
tiu⁹ q2 fides potũ v̾e ſapie adminiſtrat
aiab⁹. Ecci. xv. A qua ſapie ſalutaris po
tauit eum Ezech. xxxiiij. Paſcaꝫ eos in
montib⁹ ⁊ riuis ⁊c̃. ❡ Jtem riuus eſt vi
roris ⁊ pulchritudinis in plãtis conſerua
tiuus q2 fides conſuat in ſanctiſ viroꝛẽ
carnis. i. virginitateꝫ ⁊ pulchritudinem
ſancte conuerſationis. ſicut pꝫ in ſanctis
virginibus que fidei virtute armate cor
rũpi non poterant ſicut roſe ſup riuos
plantate non marceſcunt Ecci. xxxix. q̃ſi
roſe plantate ſuper riuos aquaꝝ. ❡ Jtẽ
riuus eſt lapilloꝛũ ⁊ arenaruꝫ cõgregatĩ

nus.qꝛ fides ē humilium qui in ꝓuis la
pillis ſignātur ⁊ tribulatorum ſiue patiē
tium q̄ ſignant̄ in arenis que ſtant ſub
aquis tribulationū ꝯgregatiua ſcz per
vnitatē dilectiōis ⁊ pacis Pſal. Congre
gans ſicut i vtre aquas maris. Aqua.n.
maris ſunt ale in amaritudine ⁊ tribula
tione poſite que tñ in vtre fidei cōgrega
te ab vnitate dilectionis ⁊ pacis minime
ſepant̄. ¶ Item riuus eſt geniminū mul-
tiplicatiuꝰ. Quia ſcz fides ē multiplicati
ua fidelium ⁊ credentiū. Pſal. Riuos eiꝰ
inebrians multiplicās genimia eiꝰ. ¶ Itē
qꝛ riuus eſt penetrās ⁊ trāſitiuus: qꝛ ſcz fi
des ēt dura corda penetrat ⁊ irrigat. Iob
xxviij. In patris riuos excidit.

¶ Capitulum.xxxj.

Ructus ſpiritus aſſimilari
poſſunt ſignis celi. De qui-
bus dicitur Hieremie.x. A
ſignis celi nolite timere. Et
hec ſimilitudo declarari pt
tripliciter. Primo quidem
per numerū ſignorum. Sunt enim ſigna
celi ſiue zodiaci circulij duodecim nume-
ro. Et ſimiliter Apo. ad Gala. enumerat
duodecim fructus ſpiritus dicens. Fru-
ctus autem ſpiritus eſt charitas: gaudiū:
pax: patientia: longanimitas: bonitas: be
nignitas: manſuetudo: fides modeſtia: cō
tinentia: caſtitas. ¶ Sed notanduz q̄ ho
rum duodecim ſignorum tria dicuntur
eē ignea. ſcz aries: leo: ⁊ ſagittarius. Tria
vero dicuntur eſſe terrea ſcz taurus: vir
go: ⁊ capricornus. Tria vero aerea. ſcilicet
gemini: libra: ⁊ aquarius. Tria aquea. ſcz
ſcorpio: cācer: ⁊ piſces. ⁊ ſic in.iiij. celi par
tibus ordinantur. qꝛ ignea ſunt in orien-
te aerea in occidēte in auſtro terrea in ſe
ptentrione aquea. Ita etiaz ſimili modo
in duodecim fructibus tres ſunt ignei. ſ.
ſm tria que ſunt in igne. Nam ignis ha-
bet illuminare inflammare ⁊ conſolida-
re. Sunt ergo hec tria ignea fides illumi
nans charitas inflammans ⁊ patiētia cō-
ſolidans. Naz fides illuminat intellectū
charitas incendit affectum patientia ve
ro conſolidat per aduerſorum contactū
ſicut ſolidatur incus per malleorum per
cuſſionem. Tres etiam alij fructus ſunt
aerei ſm tres aeris effectus. Nam aer le
tificat modificat ⁊ inflammat. Ex aere.n.
illuminato letificatur affectus. vñ Tho-
bie.v. Quale mihi gaudium erit qui in
tenebris ſedeo ⁊ lumen celi non video.
Item ex temperato modificatur corpus
quia corpus animalis modificatur ſm
temperiem aeris. Si enim aer eſt tempe-
ratus. ⁊ corpus bene ſe habet ⁊ ſi intem-
peratus corpus ſe habet male. Item ex
aere inflammato ferueſcit humor colerī
cus vt pz in eſtate. Sic ergo iſta tria ſunt
aerea gaudium modeſtia ⁊ benignitas.
Nam ex pñtia ſpiritusſancti oritur gau-
dium in interioribus ſeqͥ̄ modeſtia i ex
terioribus. ⁊ etiam benignitas ad ſubue
niendum indigentibus. Benigni enī di
cuntur quos bonꝰ ignis feruere facit ad
bñfaciēdū ꝓximis. Tres aūt alij fructꝰ
ſūt aq̄i ſcz māſuetudo ꝯtinētia ⁊ caſti-
tas. Nam aqua hz frigiditatez lubricita
tem ⁊ coagubilitatem ſed eiꝰ frigiditas
ignez extinguit. ⁊ hoc cōpetit manſue
tudini que iracūdie ardorem cohibet ⁊
extinguit. Nam manſuetudinis ē irā vi
cere ⁊ indignatiōes cohibere vt dic̄ Am
broſius. Itē lubricitas aque coarctat̄ ⁊
reſtringitur terminis alienis ſicut fluxꝰ
maris coarctat̄ litoribus ⁊ fluxus vēaꝝ
in puteis ⁊ fontibus. Eſt.n. humidū bñ
terminabile termīo aliēo vt dicit phs i
li. de generatōe ⁊ corruptiōe. Et hec co-
arctatio cōpetit cōtinēte q̄ fluxuz carnis
reſtringit. Nā cōtinēs patit̄. ſed nō ddu
cit̄ vt phs dicit in Ethi. Coagulat̄ ēt aq̄
⁊ fit imobilis ſicut pz i glatie. Et hoc cō
petit caſtitati. qꝛ caſtus eſt qui neqz patit̄
neqz deducit̄. Tres alij fructus poſſūt di
ci terrei. ſcz pax longanimitas ⁊ bōitas.
Nā terra hz tranqllitatē qꝛ nō agitatur
vl̄ ꝯmouet̄. neqz ab exteriori ſicut aer q̄
vēto agitat̄. neqz ab interiori ſicut aq̄ flu
ctuans. vñ Pſal. Etenim firmauit orbem
terre qui nō cōmouebitur. Et hoc cōpe
tit paci. q̄ ſcz facit vt nec ab exterioribus
perturbemur. neqz interioribꝰ deſiderijs

anguſtientur: vñ. Luce. ij. Angeli dixerũt In terra pax hominib⁹ bone volũtatis. Item terra habet perpetuitatē Eccl. j. Terra aũt in eternũ ſtat ⁊ hꝫ cõpetit lõganimitati. Itē terra hꝫ bonoꝝ fructuũ vbertatē vl' cõicationē. ⁊ hoc cõpetit bonitati qua primus cõicamus in bõis. vñ bonũ ē diffuſiuũ ſuipſi⁹ Apo. In omni bono ope fructificãtes. ❡ Scdo declarat dicta ſimilitudo ſcꝫ ſignoꝝ ⁊ fructuũ per proprietatem noium. Hꝫ. n. quodlibet ſignũ ſuum nomē ppꝛium competens alicui fructuum. Nã primum ſignũ vocat. Aries qꝛ ſicut aries aial iacendo ſuper latus vnũ equaliter mutat vices. qꝛ tanto tempoꝛe iacet ſup latus dextrum quanto ſup ſiniſtrum. Tota. n. eſtate doꝛmit i latere vno ⁊ tota hyeme in altero. Sic ſol exiſtens in illa parte circuli zodiaci. q̄ dicitur Aries facit equinoctium ⁊ equales facit dies artificiales ⁊ noctes. Hoc ãt adaptatur fidei per quam equanimiter ſe habet homo ad diem proſperitatis ⁊ ad noctem aduerſitatis. Nam vera fides nec proſperitatem tempoꝛalē ambit nec aduerſitatem timuit. ſicut patet de moyſe Hebreoꝛum vndecimo fide inquit. Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium Pharaonis filie. Ecce qꝫ proſperitatem non appetijt. ⁊ ſequitur. magis eligens affligi cum populo dei q̄ tempoꝛalem habere iocunditatem. Ecce qꝫ aduerſitatem non timuit. ❡ Scdm ſignum vocatur taurus quia taurus terram ſulcando fecundat ⁊ locupletat ⁊ tunc quando ſol eſt in ſigno tauri terra ē arabilis ⁊ cõgrua agriculture. Et hoc competit paci. Nam pacis tempoꝛe terre coluntur ⁊ ē abundantia frugum ſic etiam dicitur Jacobi. iij. qꝫ fructus iuſticie in pace ſeminatur ⁊c. ❡ Tertium ſignum vocatur gemini quia ſole exiſtente in illo ſigno virtus ad fecundandũ inferioꝛa geminatur: vel quia in eſtate cũ noctes ſunt breuiſſime quando vna pars illius conſtellationis occidit alia pars anterioꝛ oꝛitur ⁊ aſcendit. Et ideo dicunt poete qꝫ illoꝛum geminoꝛum fratrum quos fabule vocant caſtoꝛem ⁊ pollucem vnus celos alius inferos poſſidet. Hec autem cõpetunt charitati que in nobis ſpiritusancto precedente ad fecundandũm vitam noſtram geminatur. ſcilicet in dilectione dei ⁊ proximi. Vnde pars anterioꝛ aſcendit ſuperius ſcilicet amoꝛ dei: alia poſterioꝛ eſt inferius ſcilicet amoꝛ proximi. vnde nec deus ſine proximo nec etiam vere proximus diligitur ſine deo. j. Joan. iiij. Hoc mandatum habemus a deo. vt qui diligit deum diligat ⁊ fratrem ſuũ. ❡ Quartum ſignum vocatur cancer. Cancer enĩ eſt animal retrogradum ⁊ ſol peragrans illam partem zodiaci facit retrogradationem in. viij. gradu cancri ⁊ hoc competit modeſtie ſcilicet vt in exterioꝛibus motibus ⁊ oꝛnatu debitum modum non trãſeat. ſed potius ſe in ipſis in menſuram debitam retrahat Apoſtolus Phil. iiij. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. ❡ Quintum ſignum vocat leo quia ſm Iſido. Leo eſt foꝛtiſſimum animal ⁊ maxime caliditatis precipue i parte anterioꝛi ſcilicet pectoꝛis. Sic ſol itrãs illud ſignũ acrius igniferos radios emittit q̄ faciat in fine quando inde exit. Et hoc competit benignitati ideſt bone ignitati amoꝛis. qua ad benefaciendum alijs inflammamur que intus in coꝛde incipiens plus facit hominem velle facere q̄ poſſit finaliter opere implere Apoſto. ad Ephe. quarto. Eſtote inuicem benigni. ❡ Sextum ſignum vocatur virgo. ⁊ hoc propter ſterilitatem quia ſol illud intrans. ſuo caloꝛe humoꝛes conſumit ⁊ a ſuo fructu terra efficitur ſterilis ⁊ hoc competit caſtitati ⁊ precipue virginali. q̄ caloꝛ diuini amoꝛis adiuncta humoꝛes lubꝛicos ſic in carne conſumit vt ſterilis permaneat a generatione carnali ⁊ vberioꝛ ⁊ fertilioꝛ fiat in fructu ſpirituali Iſaie. xl. Letare ſterilis que non paris ⁊c. ❡ Septimum ſignum vocatur Libra ſꝫ Iſidorum ab iſto inſtrumento ponderandi quia ſol in illo ſigno exiſtens dies adequat noctibus: ſicut res equatur pondere in lance. Vnde ibi fit equinoctium au-

tumnale. Hoc autem manſuetudini com petit que dum iras comprimit mala illa ta a primo equo animo ferre facit. Eph. octauo. In manſuetudine cum patientia ſupportantes. Vel dies nocti equatur q: iuxta nocumentũ illatum penſatur man ſuetudinis meritum. ¶ Octauum ſignuꝫ vocatur Scorpio. quia ſcorpio retro fe rit ⁊ caude aculeo pungit. Sol enim exi ſtẽs in illo ſigno ẽ cã leſiõis ⁊ pũctionis corpis hũani q: tũc declinãs minꝰ cale ſcit. vñ aer diſtẽpatuſ i frigiditate cito le dit ⁊ pũgit. vt dicit Iſidorꝰ. Hoc at cõti nentie competit que ex diſtemperantia carnis tentationis aculeo quandoqꝫ ac triter pungitur. ⁊ licet aliquando ex tẽta tione ledatur non tamen ſi non conſen tit occiditur. Romanorum. viij. Si ſpiri tu facta carnis mortificaueritis viuetis. ¶ Nonum ſignum vocatur ſagittarius q: ſicut ſagittarius emittit ſagittas ſic ſol in hoc ſigno exiſtens ad nos mittit gran dines pluuias ⁊ niues. Hoc autem com petit patientie que grandines perſecutio num pluuias tribulationum ⁊ niues af flictionum ſuſcipit atqꝫ portat. ¶ Deci mum ſignuꝫ vocatur capricornus. q: ſcꝫ caper eſt animal cornibus petẽs ſuperio ra. Naꝫ ibi ſol facit ſolſtitium vernale ⁊ tunc aſcendere incipit verſus ſuperioreꝫ arietem ⁊ verſus cancrum. Hoc autem competit gaudio. Nam nemo habet ve rum gaudiũ niſi qui ſuperiora petit. ve ruꝫ enim gaudiuꝫ eſt qđ non de creatu ra ſed de creatore concipitur. vnde apo ſtolus ad Philip. iiij. Gaudete in domi no ſemper. ¶ Vndecimuꝫ ſignuꝫ dicitur aquarius qui ſꝫ fabulas dicitur fuiſſe pi cerna deoruꝫ manibus eoruꝫ aquã fun dens. ⁊ ideo tenet vrnaꝫ. Sed ſꝫ verita teꝫ dicitur aquarius. q: quando ſol ẽ ibi aer condenſatur in aquas multas ⁊ fiũt pluuie pluſqꝫ alio tempore. ſicut dicit Iſi dorus. Hoc auteꝫ competit bonitati ſcꝫ gratiam ⁊ miſericordiaꝫ abũdanter effũ dere ⁊ preſtare q: bonum eſt diffuſiuum ſuiſpſius. vt dicit Diony. ¶ Duodecimũ dicitur piſcis quia illo tempore fit gene ratio piſciuꝫ ⁊ cõfricatio. q: calore ſolis aſcẽdente ⁊ humores diſſoluente ſolẽt tunc piſces effundere ſemen ſuum. Hoc autẽ cõpetit longanimitati. per quã ho mo ad modũ piſcis ẽt in aqua tribulatiõ onis nõ deficit ſed viuit. ¶ Tertio de claraſ dcã ſimilitudo per diſtinctioneꝫ graduũ ſiue facierum. Nam quodlꝫ di ctorum ſignorum dicitur habere facies .i. partes. Cum. n. quodlꝫ ſignuꝫ diuida tur per. xxx. gradus initium prime faci ei eſt a primo gradu. ⁊ durat vſqꝫ ad. x. gradum. ſcđa vſqꝫ ad. xx. gradũ. tertia fa cies vſqꝫ ad. xxx. Et quelibet facies ſigni datur alicui planete. vbi gratia. prima fa cies arietis datur marti. ſcđa ſoli. tertia veneri. ⁊ ſic de alijs. Sicut ergo quodli bꝫ genus ſignorum continet tres facies ita quelibꝫ xij. virtutuꝫ hꝫ tres modos ſiue tres effectus. Nã primo fides que aſſimilaſ arieti cuius prima facies eſt martis. ſcđa ſolis. tertia veneris. eſt pñ cipium fortitudinis. ⁊ hec eſt facies mar tis. Vnde fidei aſcribitur victoria. Heb. xi. Sancti per fidem vicerunt regna. Et ibidem. Fortes facti ſunt in bello. Item eſt principium luminis ſpũalis. ⁊ h eſt facies ſolis. Io. xij. Credite in lucem vt filij lucis ſitis. Item eſt principium cha ritatis ſicut cognitio ẽ pꝛĩcipiuꝫ amoris vt hec ẽ facies veneris cuius ẽ ad amo rem incitare. ¶ Secũdo pax que aſſimi latur tauro cuius prima facies ẽ mercu rij. ſcđa lũe. tertia ſaturni ẽ etiã triplex eſt itaqꝫ prima pax pectoris ideſt ꝯſcien tie. ⁊ hec eſt facies mercurij qui ſemp co mitatur ſolem q: tunc ẽ conſcientia pa cata quando ſequitur xpꝫ ⁊ ei adheret. ſecũda ẽ pax temporis. ⁊ hec eſt facies ſa turni q: ſaturnus dicitur a ſaturitate ⁊ abũdãtia qꝫ tribuit pax tẽporis. Tertia pax eternitatis. ⁊ hec eſt facies lune. ſꝫ il lud ps. Luna perfecta i eternuꝫ. ¶ Ter tio charitas que aſſimilatur Geminis. cuius pꝛia facies eſt Iouis ſcđa mercu rij tertia lune. Eſt etiã triplex. ſ. incipien tiũ. ⁊ hec eſt iouis. q: ex parte. ſuperiori prius planeta beniuolus ⁊ calidꝰ. Iteꝫ

eſt proficientium ⁊ hec eſt facies mercurij
qui dicitur fuiſſe deus mercatorum pro
pter hoc ꝙ natum vel conceptuꝫ ſub eo
diſponit ad vſum computatõis ⁊ ratio
ciniȷ vt dictum fuit ſupra ca. vij. Merca
torum enim eſt ſemper in lucro proffice/
re. Iteꝫ eſt charitas perfectorum. Et hec
eſt facies lune qꝛ luna dominatur aquis
⁊ charitas perfecta domiatur tribulatio
nibus. Cant. viij. Aque multe non potu
erunt extinguere charitatem. ¶ Quarto
modeſtia que aſſimilatur Cancro. Cuiuſ
prima facies eſt veneris. ſecunda martis
tertia lune eſt triplex. Prima eſt circa ve/
ſtium apparatum. ⁊ hec eſt facies veneriſ
Nam venus vt dictum eſt ſupra in eo/
dem cap. vij. dicitur diſponere natos vt
ſint veſtium muliebrium inciſores vt di
cit Ptholomeus. Secunda ſpecies mo/
deſtie eſt circa exteriores corporis mo/
tus. Et hec eſt facies martis. quia mars
ſm Ptholꝰ. diſponit ad mobilitatem ⁊ le
uitatem. Tertia eſt circa ludum. ⁊ hec eſt
facies lune. quia luna vt idem Ptho. di/
cit exiſtens in ſecundo ſigno poſt aſcen/
dens oſtendit merorem ⁊ triſticiam per
quam ſcilicet temperantur ludi. ¶ Quin
to benignitas que aſſimilatur leoni. cuiꝰ
prima facies eſt ſaturni. ſecunda Iouis.
tertia martis eſt triplex. prima ſcilicet in
ſupportando. ⁊ hec eſt facies ſaturni q in
motu ſuo ẽ tardiſſimuſ: qꝛ homo qui be
nignus eſt tardiſſime mouetur ad irã ꝯ
alium. vnde ſcit ſupportare. Iteꝫ etiã dꝫ
eſſe benignitas in cõmunicando. ⁊ hec ẽ
facies Iouis q omnibus dicitur prodeſ
ſe ⁊ nulli nocere. Iteꝫ in cõuerſando. Et
hec eſt facies Martis. Naꝫ Mars do/
minatur colere. Et ille qui vult benigne
cõuerſari oportet ꝙ dominetur ire. Naꝫ
lꝫ Mars ſit de ſe incenſiuus tamen con/
iunctuſ veneri temperatur. Et ſic homo
cõiunctus proximo vt bene conuiuat ei.
etiã ſi de natura ſua eſſet aggreſtis ⁊ aſp
debet tamẽ ſeipſum per benignitateꝫ tẽ/
perare. ¶ Sexto caſtitas q̃ aſſimilaꝛ vir/
gini. cuius prima facies eſt ſolis. ſecunda
veneris. tertia mercurij eſt triplex. ꝑma
eſt caſtitas virginalis. Et illa ẽ facies ſolꝭ
qꝛ eſt preclariſſima Sapiẽtie quarto. O
ꝙ pulchra eſt caſta generatio cũ claritate.
ſecunda ãt eſt caſtitas coniugalis. Et iſta
eſt facies veneris. Quia licet venus inci/
tet ad amorem tñ eſt temperata in quali
tatibus. Et taliter amor carnalis cõiuguꝫ
ſi ſit temperatus ⁊ honeſtus caſtitas vo/
caꝛ. Tertia vidualis ⁊ hec eſt facies mer/
curij. Nam mercurius cuꝫ ſole graditur
⁊ non longe a ſole recedit. nunq̃ plꝰ tri/
ginta gradibus diſtans ab eo. ⁊ dicitur pre/
eſſe ſeminibus vñ ſignificat vitaꝫ vidua
lem que ſemper dꝫ vacare deo. ſicut legi/
tur de ſancta Anna Luce. ij. ꝙ ieiunijs ⁊
obſecrationibus erat ſeruiẽs dño die ac
nocte. Item dꝫ vacare elemoſynis. q̃ ſũt
ſemina quibus recolligitur fructus eter
nus. De quo ſemine dicit Apo. ij. Corin.
ix. Qui pcẽ ſeminat pcẽ ⁊ metet. ¶ Septi
mo manſuetudo que aſſimilaꝛ libre. Cu
ius prima facies eſt lune. ſcđa ſaturni: ter
tia Iouis. dꝫ eſſe triplex. ſ. in appetitu. vt
ad vindictã nõ excandeſcat Eccĩ. x. Fili i
manſuetudine aĩam tuã ſerua. Et hec eſt
facies lune que tpat calorem ſolis i iſtis
inferioribus. ⁊ ſic mãſuetudo tẽperat fer
uorẽ ire. Manſuetudo enĩ ẽ tẽperantia
irarũ. vt dicit phs in. iiij. Ethi. Iteꝫ dꝫ eẽ
manſuetudo in motu ſiue actu ſcꝫ vt nõ
ĩpetuoſe vel rabide ſed plane ⁊ modeſte
opa ſua pficiat. Et hec eſt facies ſaturni.
Cuius motus nõ ẽ ĩpetuoſus vel rabidꝰ
ſed planꝰ ⁊ moroſus Eccĩ. iij. Fili in man
ſuetudine opa tua pfice. ¶ Tertio dꝫ ha
beri mãſuetudo i auditu. ſcꝫ vt ex ira ve
ritati non ꝯtradicat Eccĩ. v. Eſto mãſue/
tus ad audiẽdũ vbũ. Et hec ẽ facies Io/
uis. Quia Iuppiter vt dicũt aſtrologi in
uenit veridicus in ſuis ſignificatõibꝰ. ⁊ ſi
gnificat ſapiam ⁊ rõnem. Sapia. n. ⁊ ratio
veritati nõ ꝯtradicũt. ¶ Octauo ꝯtinẽ
tia q̃ aſſimilatur ſcorpioni. Cuius prima
facies ẽ martis. ſcđa ſolis. tertia veneris.
ẽ triplex. Vna ẽ a ꝯceſſo ⁊ licito. vt cũ qs
cõtinet ſimpliciter ab oĩ actu venereo. et
a matrimonio. ⁊ talis cõtinens oportꝫ ꝙ
habeat continuũ bellum cũ carne. qꝛ ca/

ro cõcupiſcit aduerſus ſpm̄. Et hec ē faci
es martis qui diſponit ⁊ incitat ad bella.
Secũda ē a turpi ⁊ illicito: ſicut cõtinere
a fornicatione ⁊ adulterio ⁊ ſtupro ⁊ hu
iuſmodi. Et iſta ē facies ſolis: cuiꝰ radius
nõ coinquatur immũdiciis. Tertio ē ab
immoderato ⁊ ſupfluo vſu cibi vl' matri
monij. Et hec ē facies veneris q̃ tempe
rat maliciá: maliciá. ſ. id eſt inordinatam
concupiſcentiam cibi vel actus venerei.
¶ Nono patiẽtia que aſſimilatur ſagitta
rio: Cuiꝰ prima facies eſt mercurij: ſecũda
lune: tertia ſaturni: eſt tripliciter cõmen
dabilis: Primo qñ quis patitur vtiliter
puta quãdo patitur ꝑpter iuſticiá: qꝛ ta
lis patiẽtia acquirit meritũ eterne btitu
dinis: ſm̄ illud Matth. v. Beati q pſecu
tioné patiunt̃ ꝑpter iuſticiá. Talis ē qui
ſequit̃ chriſtũ qui paſſus eſt ꝑpter iuſtifi
catioñe noſtrá. Hec eſt facies mercurij q
vt dictũ eſt ſequit̃ motu ſuo ſolem. Chri
ſtus eñ eſt ſol iuſticie. Secũdo quãdo qs
patitur libẽter. i. voluntarie. j. Petri. iiij.
Nemo veſtrũ patiat̃ quaſi homicida et
fur: qui. ſ. iuite patiunt̃. Apl's. ij. Cor. xij.
Libẽter gloriabor in infirmitatibꝰ meis.
Et hec eſt facies lune que ſuo motu ecli
pſat̃: Talis ē qui ſua volũtate patit̃. Ter
tio quãdo quis patit̃ firmiter ſiue longa
nimiter vt. ſ. nõ deficiat ꝑpter paſſionis
diuturnitaté: Apl's Eph. iij. Obſecro voſ
ne deficiatis in tribulationibꝰ. Et hec eſt
facies ſaturni qui hꝫ motũ longũ ⁊ diu
turnũ: ⁊ cõplet curſum ſuum in. xxx. an
nis. ¶ Decimo gaudiũ ſanctorꝫ quod aſ
ſimilatur capcorno: cuius pma facies eſt
iouis: ſecũda martis: tertia ſolis: eſt tri
plex. Primo ꝙ quis gaudeat de pſperi
tate proximi: ſicut membrũ de cõmoditate
cõmẽbri ſui. j. Cor. xij. Si gl'iatur vnum
membrũ cõgaudent oĩa mẽbra. Et hec ē
facies iouis de quo dicũt aſtrologi ꝙ hꝫ
exaltatioñe ⁊ gaudiũ ſuũ in geminis tri
bus gradibꝰ. Ná dũ qs gaudet de bono
proximi gaudiũ geminat̃: ⁊ hec debet habe
re tres gradus: qꝛ debet gaudere de bo
no proximi ſpũali: corpali: tempali. Secun
dũ eſt gaudere de aduerſitatibꝰ mundi: p
hoc eñ homo cõſociat̃ chriſto. j. Pet. iij.
Cõicantes chriſti paſſionibꝰ gaudete. Et
hec eſt facies martis: quia mars erigitur
et exaltat̃ in capcorno: ⁊ ibi eſt gloria ſua
ſiue gaudiũ: vt dictũ eſt. ß. ca. xxviij. Qua
ſi eñ capcornus eſt mundus cornibus. i.
aduerſitatibus ſuis nos impetens ⁊ pcu
tiens in quo vir ſanctus nõ conturbatur
ſed gaudet: Jaco. j. Oĩne gaudiũ exiſtima
te fratres chariſſimi cum in tẽptationes
varias incideritis. Tertiũ eſt gaudere de
nixu ſiue exercitio interioris habitꝰ vir
tuoſi: Prouer. xxj. Gaudiũ eſt iuſto face
re iudiciũ. Et hec eſt facies ſolis q gloriá
luminis ſui quod valde eſt gaudioſũ nõ
habet ab extrinſeco ſed a ſeipo: Pſ. Om
nis gloria eius ab intus. ¶ Vndecio bo
nitas que aſſimilatur aquario: Cuiꝰ pri
ma facies eſt veneris: ſecunda mercurij:
tertia lune: eſt triplex. ſ. delectabilitatis:
honeſtatis ⁊ vtilitatis. Vnde ambroſi. in
lib. de officijs diuidit bonum in tria. ſ. de
lectabile quod ſolũ ratione delectatõnis
eſt appetibile: vnde tale quandoqꝫ poteſt
eſſe ⁊ noxiũ ⁊ proficuũ: honeſtũ ⁊ inho
neſtum: ſicut patet in amore coniugali et
in vſu matrimoniali: Et hec eſt facies ve
neris. Item in bonũ honeſtũ quod ex ſe
ipo habet rationẽ appetibilis ſicut ſapiẽ
tia: Et hec eſt facies mercurij. qui dicitur
diſponere ad ſapientiá. Item in bonum
vtile quod. ſ. eſt appetibile in ordine ad
aliud: Et hec eſt facies lune: que multum
cõfert iſtis inferioribus. Quia ſicut dicit
Baſilius: Ipa eſt decor noctis: mater ro
ris: miniſtra humoris ⁊ dominatrix ma
ris. ¶ Duodecimo lõganimitas. i. perſe
uerantia in bonis que aſſimilat̃ piſci: Cu
ius pma facies eſt ſaturni: ſecũda iouis:
tertia martis: cauſat̃ ex tribus: Primo ex
abundantia virtutis: quia q̃to aliqs plꝰ
habet de virtute tãto plus tolerat diffici
le: Et hec eſt facies ſaturni: qui vt dictuꝫ
eſt dicit̃ a ſaturitate id eſt abũdãtia. Se
cundo ex temperantia operis: quia q̃to
quis moderatiꝰ agit tãto diutius durat
Et hec facies iouis eſt planeta tempera
tus in ſuis qualitatibus. Tertio ex ma

gnanimitate cordis:⁊ hec eſt facies mar/
tis qui diſponit ad animoſitatē. Et ſic pa
tet quomodo fructus ſpiritusſancti aſſi/
milantur ſignis celis quibus ſcꝫ fructibus
per ipſm ſpiritū virtutes celorū ideſt ce/
leſtium mentiū perficiūtur ⁊ firmātur in
bono: Unde Pſ. Verbo domini celi fir/
mati ſunt ⁊ ſpiritu oris eius omnis vir/
tus eorum.

Capitulum xxxij.

Gloriam eterne beatitudi
nis repreſentat celum em
pyreū. Oportet enim lo/
cum et locatum inuicem
continuari. Unde cum ce
lum empyreum ſit locus glorie beatorū
oportet q eorum ſtatui conformetur.
Et iſta conformitas attenditur quantū ad
ſeptem. Nam primo celū empyreū dicit̄
propriū dei habitaculū. De hoc enim ipſe
deus dixit Iſa. lxvj. Celum ſedes mea et
terra ſcabellum pedū meorum Hec enim
duo corpora in mundo maxime repſen/
tant dei eternitatē ⁊ immutabilitatē ſcilꝫ
corpus ſupremū quod vocamus empy/
reum: quia illud ſolū inter ſpheras cele/
ſtes ponimus immobile: ⁊ ideo aſſimilat̄
ſedi in qua ſedes quieſcit. Et corpus infi
mum. ſ. terra qđ a ſuo ſitu nunquam mouet̄.
Et ideo aſſimilat̄ ſcabello qđ etiā oportꝫ
eſſe quietū ⁊ firmū: Eccl. j. Terra in eter
num ſtat. Quia i celo empyreo maxime
refulget diuine virtutis operatio. Ideo
ſpecialiter dicit̄ ibi eſſe ſedes dei ⁊ habita
tio dei: Pſ. Dñs in celo ſedes eiꝰ. Et hic
eſt q homines orare volētes manus ad
celū leuant tanquam dominū eius. Hoc aūt
competit bene glorie beatorū: in quibꝰ de
us immobiliter habitat ita vt nunquam ab
eis ſeparet̄: ⁊ ideo replet eos leticia eter/
na ⁊ gloria ſm illud Pſ. In eternum ex/
ultabunt habitabis in eis ⁊ gloriabūtur
in te. ¶ Secundo celum empyreū eſt cla/
ritate lucidū. vnde empyreum dicitur ce
lum igneum nō ab ardore ſed a ſplendo
re. Conueniens enim eſt (ſm Baſiliū) vt ſic
damnati habent extremas tenebras: ita
beati habeant extremā lucem. Et hoc eti

am competit beatis quorū mens per lu/
men infuſum glorie confortata ⁊ eleuatū
ineffabile ⁊ increatū lumen attingit: ſm
illud Pſ. In lumine tuo videbimus lu/
men. Repreſentat etiam illud ſplendidiſ
ſimū celum claritatē glorioſam quā cor/
pora glorioſa poſt reſurrectionē habe/
bunt: Sapien. iij. Fulgebunt iuſti ſicut ſol
in regno patris eorū. ¶ Tertio celum em
pyreum eſt capacitate maximū. Nam in/
fra ſe includit omnia corpora. Et hoc eti/
am competit beatorum felicitati que ſcili
cet includit ⁊ continet omnia deſiderabi/
lia: Unde Boetius dicit q beatitudo eſt
ſtatus omniū bonorum aggregatione p/
fectus. ⁊ ideo ibi ſatiabitur ſolū humanꝰ ap
petitus: ſm illud Pſ. Satiabor cum ap/
paruerit gloria tua. ¶ Quarto eſt figurā
ſphericum. Figura autē ſpherica cum ca
reat initio ⁊ fine repreſentat eternitatem
dei: quā beati participant ipſum deū per
eſſentiam videndo ſm illud Joan. xvij.
Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſo/
lum deum verum ⁊c. Et ideo beati dicū/
tur eſſe in vita eterna id eſt in vita inter/
minabili ⁊ perfecta. Nam eternitas eſt
interminabilis vite tota ſimul ⁊ perfecta
poſſeſſio: vt Boetius dicit in. v. de con/
ſolatione. Unde quia beati habent vitā
interminabilem ⁊ intranſmutabilē non
ſolum ſm eſſe ſed etiam vlterius ſm ope
rationem: quia quantum ad illam operatio
nem qua verbum vident nō ſunt in ſan/
ctis volubiles cogitationes: vt Auguſt.
dicit. xv. de trinitate. Et ideo dicitur Da/
nie. xij. q erunt quaſi ſtelle in perpetuas
eternitates. ¶ Quinto eſt ab omni motu
quietum. Nam ſi eſſet motū motus eiꝰ
deprehēderetur per aliquod corpus ap/
parens ſicut deprehenditur motus alia/
rum ſpherarum quod minime apparet.
Et ideo celum empyreum eſt omnino qui
etum. Unde Baſilius dicit in. ij. hexame/
ron q remuneratio que pro dignis ope/
rationibus reſtauratur in ea luce que eſt
extra mundū quietis domiciliū ſortiet̄.
Sic etiam ſtatus beatorū vltimo fini in/
herentiū eſt ſtatus omnimode quietis et

paci: ſm illud Pſ. Poſuit fines tuos pacem ⁊c. Habent eñ quietem ab omni labore ſm illud Apoca. xiiij. Amodo iam dicit ſpiritus vt requieſcant a laboribus ſuis. Item ab om̃i moleſtia vel inquietatione: Pſ. In pace in idipſũ dormiã et requieſcã. Sed nota ꝙ quãuis celũ empyreũ ſit immotũ: habet tñ ſm aliquos influentiam ſuper alia corpora que mouentur: ſicut etiã ſupremi angeli qui aſſiſtunt habent influentiã ſuper medios ⁊ vltimos qui mittuntur quãuis ipſi non mittantur. Influit autẽ celũ empyreum in primum mobile non ad tranſiens ⁊ ad veniens p motũ ſed ad fixum ⁊ ſtabile puta virtutem continendi ⁊ cauſandi vel aliud huiuſmodi ad dignitatẽ pertinens. Similiter beati qui ſunt in patria influunt nobis qui ſumus in via ſuffragia et beneficia multa: ⁊ precipue ſpiritualia que ſunt fixa ⁊ ſtabilia bona. Unde Iob hortatur hominẽ viatorẽ dicens: Uoca ſi eſt qui tibi reſpondeat ⁊ ad aliquẽ ſanctorũ conuertere: Ioan. v. ¶ Sexto eſt a difformitate remotuȝ. Eſt eñ totaliter vniforme nõ habens partiũ difformitatẽ ſicut celũ ſtellatũ. Quod etiã competit beatitudini ſanctoꝝ nõ quidẽ ex parte beatorũ cum beatitudo vnius ſit maior ꝙ̃ beatitudo alterius: ſm illud. j. Coꝛ. xv. Stella differt a ſtella in claritate. Et ſic ex parte beatoꝝ eſt ibi quedã difformitas graduuȝ: propter quod dixit chriſtus Io. xiiij. In domo patris mei manſiones multe ſũt. Sed ex parte dei beatificantis qui eſt beatitudinis obiectũ: ex cuius cognitõne ſaluus aliquis efficitur ⁊ beatus: ſȝ illud Auguſti. in. iiij. confeſ. Beatus qui te nouit etiã ſi alia ignoret. Ipſa beatitudo ſanctorum eſt ſimplex ⁊ vniformis: Quia lȝ dicantur eſſe ibi congregata om̃ia bona: tñ illa congregatio bonorũ eſt in deo: non p modũ cõpoſitionis ſed per modũ ſimplicitatis: quia que in creaturis multiplicia ſunt in deo preexiſtunt ſimpliciter ⁊ vnite. Et hinc eſt ꝙ diuina beatitudo vna et ſimplex exiſtens: nihilominus omnẽ beatitudinẽ complectitur: Quia quicquid eſt deſiderabile in quacunqȝ beatitudine vel vera vel falſa totum eminẽtius in diuina beatitudine preexiſtit. De contẽplatiua eñ felicitate habet certiſſimã ⁊ continuam contemplationem ſui ⁊ alioꝝ omnium. De actiua vero gubernationem totius vniuerſi. De terrena autem felicitate que conſiſtit in voluptate: diuitijs: poteſtate: dignitate ⁊ fama: ſm Boeti. iij. de cõſo. habet gaudiũ de ſe ⁊ de omnibꝰ aliis pro delectatione: pro diuitijs om̃imodam ſufficientiã quã diuitie promittunt: pro poteſtate omnipotentiã: pro dignitate om̃e regimen: p fama ãmiratione totius creature. ¶ Septimo celũ empyreum eſt ſitu ſupremũ: quia a cẽtro maxime remotum: Iſa. lv. Sicut exaltãtur celi a terra ⁊c. Ita etiã beatitudo ſanctoꝝ eſt ſummum: om̃ia bona tranſcendenſ. Nam quãtum ad obiectum eſt ſummũ bonum ſimpliciter: ſed quãtum ad actum in creaturis beatis eſt ſummũ bonum non ſimpliciter ſed in genere bonorum participabilium a creatura. Et tanta eſt excellentia illius btitudinis quã deſignat celi empyrei excellentia localis: qđ vt dicit Apoſto. j. Coꝛ. ij. Nec oculus vidit nec auris au. ⁊c.

Capitulum xxxiij.

Gratia gratum faciens aſſimilat primo mobili ppt̃ q̃tuor. ¶ Primo quia illud celũ eſt empyreo celo immediatũ. Celum eñ empyreũ deputatũ glie beatoꝝ idipſm repñtat. Sic ergo illud celũ imediate ſe hȝ ad empyreũ ita grã imediate ſe hȝ ad gliam: ſicut motus ad terminũ: vel ſicut impfectũ ad pfectũ: Ro. vj. Grã dei vita eterna. ¶ Scđo quia illud celũ eſt in ordine celoꝝ mobiliũ decimũ. Nã ſm Ptol. ⁊ ſm Meſallath in lib. de ſphera mota: ⁊ ſm Alphetragi. in aſtrologia noua: ſupra firmamentũ. i. celum ſtellatum qđ eſt octaua ſphera oȝ ponere aliam ſpheram nonam quã vocamus celum criſtallinum in quod reducit motus orbis ſignorum qui eſt ab occidẽte in oriẽtem. Et ſimiliter ſupra hanc oȝ ponere ſpherã decimam in quã reducit

motus diurnus qui eſt ab oriente in occidentē. ⁊ hec decima ſphera (vt dicunt) eſt primū celū mobile. Hic igit ordo ſiue numerus huius ſphere que. ſ. eſt decima cōpetit etiā gratie ſine qua decem pcepta decalogi nō implētur. Ipa eñ eſt lucerna cum qua decima dragma pdita per peccatum. i. humana natura recuperatur id eſt: iuſtificat: Lu. xv. Unde Apl's ad Timot. iij. Juſtificati ergo xp̄i heredes ſum⁹ ſm ſpem vite eterne. ¶ Tertio qꝛ hec ſphera decima inter omes ſpheras mobiles obtinet principatū. Eſt eñ primū mobile et ideo nō habet niſi vnicū motū. ſ. diurnum. Oportet eñ multitudinē ab vnitate cauſari. Et natura (ſicut dicit ph's i. ix. de aialib⁹) nō trāſit de extremo ad extremum niſi per mediū. ⁊ ideo nō eſt ſaltus nature ab eo quod habet vnicū motum ad aliud qd̄ habet tres niſi per medium qd̄ habet duos. Cū ergo in ſphera ſtellarum fixarū dephenſus ſit ab aſtrologis triplex motus vt dictū eſt. ſ̄. ca. xxx. ſcilicet diurnus ab oriente in occidentem ſupra polos mundi. Et alter ſtellarum fixarum econtrario ab occidente in orientē. Tertius acceſſionis ⁊ receſſionis ptꝫ ſm predicta ꝙ ſphera ſtellarum fixarū nō poteſt eſſe primū mobile ſed oportet ante eam eſſe alias duas ſpheras. ſ. vnam que habet tm̄ duos motus ſcꝫ diurnū ab oriente in occidentem: ⁊ decliuū qui eſt ecōtrario ab occidente in orientem: ⁊ iſta eſt ſphera nona. ⁊ aliā decimā ante iſtaꝫ que habeat tantū vnicū motum. ſ. diurnum. Illud enim quod eſt primum in genere corporum mobiliū nō poteſt eſſe multiforme ⁊ varium in motibus: quia ab vno motore primo ⁊ ſimplici in eo quod mouetur ab ipo nō poteſt eſſe niſi vnus motus. Quia ergo diuina gratia id eſt quo anima primo mouetur ad iuſticiam: recte in celi primo motu deſignatur. Eſt etiam motus gratie vnicus inqm̄tum nō inclinat niſi ad bonum. Malum eñ quia multipharie contingit (vt dicit Dionyſius) habet motus multiformes. Ipſa eñ gratia eſt qua deo vnimur. Et eſt motus eius diurnus id eſt lucidus ⁊ veorꝫ. Neſcit enim tarda molimina ſanctiſpiritus gratia. ¶ Quarto firmamentū ſiue celum ſtellatū eſt omniū motuum cauſatiuum ⁊ menſuratiuū. Nam illud quod eſt primū in aliquo genere eſt cauſa ⁊ mēſura aliorum: Quare cum motus localis ſit primus motuum vt philoſophus pbat. Et inter motus morales gratia eſt p̄mus motus omniū virtutum ⁊ motuuꝫ qui ſunt in nobis ad actus virtuoſos et interiores. Omnes enim virtutes gratuite cauſantur a gratia: ſicut omnes potentie anime ab eſſentia anime. Unde gratia eſt in ipa eſſentia anime: virtutes autem ſunt in potentijs tanq̄ in ſubiecto. Item gratia illuminat animā ad cognoſcendū defectus ſuos quos peccati tenebra occultat. Nam ſicut adueniente lumine ſolis fugatur tenebra noctis ⁊ pulchritudo vniuerſi apparet. Ita cum gratia illuminat animā videt defectus ſuos quos primo nō videbat: ſicut atomi in radijs ſolis apparent ⁊ in vmbra nō. Ita minima peccata in conſciētia illuminata: Ps̄. Accedite ad eum ⁊ illuminamini. Sed nota ꝙ ſicut ſol nō illuminat cecos q̄uis oriatur ſuper bonos ⁊ malos: Ita nec gratia peccatores: quia peccatores ſunt in contraria diſpoſitione ſcilicꝫ per obſtaculuꝫ peccati. Joan. j. Tenebre eum nō comprehenderunt. ſ. lucem gratie. ideo dicitur Epheſ. v. Exurge qui dormis. Item gratia aſſimilatur rori. ¶ Primo quia ros ex alto manat. generatur eñ ros in alto flante vento calido id eſt auſtro. quia gratia deſcendit nobis infundente ſpirituſācto. Non eſt eñ ros (teſte ph'o) niſi pluuia pauca. Auſter autē rorem gignit quē aquilo ſua frigiditate diſpergit. qꝛ gratiā quā de⁹ hoibus infundit diabolus ſi pōt eā corrūpit dum culpā contrariā gratie introducit. Dicit tamē Baſilius ꝙ luna eſt mater roris. quia. ſ. domina noſtra in luna ſignificata toti⁹ gratie ipetratrix extitit. Et ideo quicquid ros gratie i nobis facit totū pōt dici opus virginis. ¶ Secūdo qꝛ ros ſerenitatē ⁊ temperiē amat.

Nam ros nō generat̄ niſi in ſereno ⁊ tē-
pore tēperato qꝛ ſi nō ſit ſerenū impedi
tur appropinquatio ſolis vaporē eleuā-
tis qui eſt materia roris. Si aūt eſt eſtus
conſumit̄ ipſe vapor ſubtilis. Vapor enim
roridus ſubtilior eſt inter vapores hūi-
dos:⁊ ideo eleuat̄ ad ſupremū interſticiū
aeris excluſiue:qꝛ ille locus tēperatus ē
anime pulchritudo perdita ꝑ peccatum
reſtituit. ¶ Itē penitētia aſſimilatur cry-
ſtallo. ¶ Primo per aſpectū. Nā criſtall⁹
eſt clarus ⁊ ita paruus ꝙ lraꝝ omnium q̄
ſub eo ſunt eſt manifeſtatiuus. Hec ergo
claritas ſit in penitēte ꝑ confeſſiōis mun-
diciam. Nam dum penitētia que in con-
ſcientia latebant peccata manifeſtat ipam
miro modo purificat ⁊ clarificat. ¶ Item
cryſtallus eſt luminis ſuſceptiuus qr aīa
ꝓ̄niam luminis grē ſit ſuſceptiua. ¶ Itē
eſt colore aqueus. Sic penitēs eſt plorati-
uus ⁊ lachrymoſus. Apoc.xxij. Oſtendit
mihi flumen aque viue ſplendidū tanꝙ̄
cryſtallū. ¶ Secūdo ꝓpter generationis
modū. Generatur eñ cryſtallus ex aqua
que ꝑ multa annoꝝ ſpacia in cryſtalli du-
ricia vertit. Vñ vt Greg. dicit habet ex aq̈
fluxibilitatē: ſed per frigoris virtuteꝫ in
cryſtalli vertitur firmitatē. Eccȷ.xliij. Ge-
lauit cryſtallus ab aqua. Nō tñ (vt dicit
Diaſco.) ſola vi frigoris ſed etiam ratiōe
terree ſiccitatis. Sic penitentes licet ſint
a principio molles ⁊ fluxibiles et proni
ad relabendum propter quod oportꝫ ꝙ
ſemper ſint pauidi: tamen poſtea per ꝑ-
fectam perſeuerantiam in penitentia effi-
ciuntur fortes ⁊ ſolidi. Vnde dicit Gre-
gorius ꝙ in via dei a timore incipitur vt
ad fortitudineꝫ perueniatur. j. Corinth.
xv. Prius quod animale eſt deinde qḋ
ſpirituale. Hec enim ſoliditas precipue
ſit vi fragilitatis ideſt continentie que re-
frigerat ardorem libidinis ⁊ reſtringit flu-
xibilitatem carnis. Iteꝫ ſit virtute terree
ſiccitatis ideſt abſtinentie corporalis que
deſiccat humorem veneris. ¶ Tertio ꝓ-
pter virtutis effectum. Nam cryſtallus
habet virtutem inflammatiuam repleti-
uam: ſitis extinctiuam: ⁊ dolorum viſce-
rum expulſiuam. Inflammatiuam qui-
dem quia ſi exponatur radijs ſolis adeo
flammam rapit vt fungus aridus ſiue ſti-
pula ibi poſita incendatur vt dicit Iſido-
rus. Sic ⁊ cor penitentis radijs ſolis id-
eſt chriſti exemplis vel verbis vel inſpi-
rationibus ſic aliquando incenditur vt
aliquos ſibi per exemplum proximos ſi-
bi incendat. Repletiuam virtutem ha-
bet: quia ſi tritus bibatur vbera lacte re-
plet vt dicit Diaſco. Similiter vbera mē-
tis ſcilicet intellectum ⁊ affectum penitē-
tis gratia penitentie adimplet lacte dulce-
dinis conſolatōis. Vnde de Auguſtino
ad penitentiam conuerſo legitur ꝙ non
ſatiabatur illis diebus pre dulcedine mi-
rabili conſiderare altitudinem conſilij tu-
per ſalutem generis humani. Item ha-
bet etiam cryſtallus ſitim ſedare vt dicit
Diaſco. Sic penitentia ſitim extinguit in-
ordinati appetitus vitiorum. Item cry-
ſtallus valet etiam portatus contra coli-
cam ⁊ viſcerum paſſionem ſi nō aſſit con-
ſtipatio. Similiter penitentia remorſum
⁊ amaritudinem interiorem conſcientie
expellit poſtꝙ̄ ipſum peccatum purgauit
niſi aſſit conſtipatio ideſt duricia ⁊ dila-
tio ſatiſfactionis. ¶ Item penitentia aſſi-
milatur nitro. Nitrum enim ſm Diaſc.
eſt quaſi lapis ſubalbidus et perſpicuus:
Cuius virtus eſt diſſolutiua ⁊ attractiua
ac abſterſiua ⁊ humoris ſuperflui cōſum-
ptiua. Et ſimiliter penitentia duriciam
peccati diſſoluit: gratiam dei attrahit: ſor-
des conſcientie abſtergit: ⁊ ſuꝑfluos hu-

mores in abſtinentia conſumit. Item ſm
Plinium nitrum eſt vena terre ⁊ eſt cali/
dum ⁊ ſiccum leue rubeum ⁊ album vel
citrinum. Que etiam omnia penitentie cō/
petunt per effectum: quia penitētia men
tem inflāmat ⁊ ideo calida corpus exte/
nuat ⁊ ideo ſicca: conſcientiam exonerat
⁊ ideo leuis: verecundiam cauſat ⁊ ideo
rubea: conſcientiam mundat ⁊ ideo alba:
vultum deformat ⁊ aliquando etiam ad
litterā citrinat per ieiunium: quia ieiuna/
re in eſtate ſm medicos inter alia que fa/
cit eſt q vultum citrinat: ⁊ ideo citrina.
¶ Item penitētia aſſimilatur auripigmē
to. ¶ Primo quia auripigmentū habet
virtutem dealbatiuā. Habet enim (vt di
cit Diaſc.) fulguris naturam. i. calefactiuā
⁊ deſiccatiuam. Unde ſi aliquod metallū
apponatur ipſum ſua virtute in album
tranſmutat. Similiter penitentia dū cor
calefacit per offenſe meditationē: ſm il/
lud Pſ. Concaluit cor meum intra me ⁊
in meditatione exardeſcet ignis. Et deſic/
cat per triſticie conſumptionē: Quia ſpi/
ritus triſtis exiccat oſſa: vt dicitur Pro/
uer. xvij. Dealbat conſcientiam per culpe
purgatōnem. Iſa. i. Si fuerint peccata ve
ſtra vt coccinum velut lana alba erunt.
¶ Secundo quia habet virtutem curati
uam. Nam auripigmentū vt dicit Plini
us conuenit medicine. Habet enim vir/
tutem diſſoluendi attrahendi ⁊ mundifi
candi. Unde valet malum anhelitum ha
bentibus ſi fumus eius capite inclinato
accipiatur. Sic etiam penitētia curat pec
catorum īfirmitates: diſſoluit corda du/
ra ⁊ attrahit ea ad bona opera: mundifi/
cat anime intima. Et ſi quis inclinato ca/
pite ideſt mente humili ⁊ deuota fumum
eius ideſt penam ſatiſfactoriam iniunctā
ſibi recipiat: anhelitum malum ideſt ma/
lam vitam vel malū peccandi vſum cor/
rigit ⁊ rectificat. ¶ Tertio quia habet vir
tutem depilatiuā. Nam ex auripigmēto
fit vnguentū depilatoriū quādo cum cal
ce ⁊ vino decoquitur. Similiter peniten/
tia cū calce. i. cum feruore ⁊ puritate: qa
calx eſt alba ⁊ feruorē ignis in ſe cōtinet.
Et cum vino compunctionis lachrymo
ſe de quo in Pſ. Potaſti nos vino com/
punctionis. Aufert pilos ideſt deſideria
carnis extinguit. Pili enī ex carne proce/
dentes deſignant appetitus carnales.
¶ Quarto quia vim habet vnguium re/
nouatiuam. Habet enim auripigmentū
naturā inciſiuam ⁊ corroſiuam. Unde et
vngues facit cadere deformes vt creſcāt
meliores. Quaſi autē vngues deformes
ſunt inordinati mores qui ex vſu quaſi
inſeparabiliter inherent peccatori: ſic vn
gues tenaciter inherent carni. Sed tanta
eſt vere penitētie virtus q vngues vete/
res ideſt priſtinos mores deformes facit
derelinquere ⁊ i. meliores immutare ſm
illud Ro. vj. In nouitate vite ābulem⁹.
¶ Item penitētia aſſimilat̄ illi gemme q̄
dicit̄ argarites que eſt argēto ſimilis. Ha
bet enī ſtigmata aurea: cuius forma qua
drangulata eſt: ⁊ habet fortitudinē ada/
mantis: ⁊ putat vulgus tale nomen ſibi
impoſitū eo q frenet iras ⁊ impetus ani/
morū. Sic hō penitēs debet eſſe argēte⁹
per cōſciētie claritatē: ſed ſtigmata tribu/
lationū habere aurea per patiētie ꝑcioſi/
tatē formā quadrangulatā per opationū
pluralitatē. Habet enī penitētia quattu/
or angulos. i. quattuor opa exteriora. ſ.
cōfiteri ieiunare orare et elemoſinas da/
re. ¶ Itē debet fortitudinē habere. i. con
ſtantie firmitatē. Et talis penitētia ē que
frenat ⁊ placat iram dei ⁊ impetū furoris
ſcʒ iudicij ſui.

Capl'm xxvij.

Penitens debet aſſimilari
adamanti. ¶ Primo rati/
one paruitatis: q eſt lapis
paruus ⁊ modicus. Nūq̄
cū in magnitudie nuclei
auellane inuenit̄. Sic penitens debet eſſe
paruus per humilitatem ſcʒ reputatiōe
ſui ſe paruificando. Matth. xviij. Niſi
conuerſi fueritis ⁊ efficiamini ſicut par/
uuli non intrabitis in regnum celorum.
¶ Secūdo ratione claritatis. Nam ada/
mas lʒ habeat colorē ferrugineum tū hʒ
ſplēdorē cryſtallinū. Sic hō penitens li/
cet ſit deſpectus in colore. i. in apparētia

exterior:habet tamē mūdicie interioris
⁊ gratie ſplendorē. ℭ Tertio ratione ſoli
ditatis. Nam tante ſoliditatis eſt ꝙ nulli
violētie cedit:qꝛ nec ferro frāgit nec igne
ſoluit immo nec vnꝙ̄ caleſcit. Et cū ſit in
uictus ignis ferriqꝫ cōtemptor rūpit ſan
guine hirci calido ⁊ recenti. Sic penitēs
debet eſſe ita conſtās vt nec ferro.i.violē
tia frangat aduerſitatis: nec igne.i.calore
pſperitatis ſoluat:tū ſanguis hirci.i. xpi
ꝑ peccato mūdi immolati. Etenim hircꝰ
in lege pro peccato immolabat:dū recen-
ter ⁊ feruēter ad memoriā reducit:debet
cor penitentis celefacere ⁊ in lachrymas
deuotōnis ſeu compaſſionis diſſoluere.
vel hoc ſignat ꝙ virtute ſanguinis chri-
ſti ſoluit duricia peccati in peccatore peni
tente. ℭ Quarto rōne cōtrarietatis. Ha-
bet eñ iſte lapis cōtrarietatē quandā ad
magnetem:quia poſitus iuxta ferrū non
patitur attrahi a magnete immo iam at-
tractū quadā violentia retrahit. Sic pe-
nitens retrahit animā ne attrahat a pec-
cato:⁊ iam attractā adhuc habet virtutē
retrahendi ⁊ reducendi ad grām. ℭ Qui
to ratiōe vtilitatis:quia adamas (vt dicit
Iſido.) dr̄ venena repmere:metus expel
lere:magicis artibus reſiſtere. ⁊ ſm Diaſ.
habet etiā ſeparata cōnectere. Eſt eñ gē-
ma (vt ipe dicit Diaſc.) recōciliationis et
amoris. Et ideo dic̄ ꝙ ſi vxor fuerit viro
odioſa vel ab eo ſeparata:per virtutem
adamātis in eius grām faciliter reuocat.
Sic penitentia venenū peccati dephen-
dit ⁊ obijcit:timorē etiā humanū quo qs
timet aſpera peccati expellit:quia volun-
tarie homo penitēs aſpa aſſumit. ℭ Itē
anima per peccatū a chriſto ſpōſo ſuo ſe-
parata:virtute penitentie ad eius amorē
⁊ grām reuocat. Habet etiā magicis arti-
bus.i.diabolicis tēptationibus quas dia
bolus quadā fallaci arte ingerit reſiſtere ⁊
obuiare. ℭ Itē penitens debet eſſe ſimi-
lis lapidi Abſintes:qui eſt gēma nigra pō
deroſa venis rubentibus diſtincta:q̄ igne
calefacta ſeptē diebus calorē ſeruat vt di
cit Iſido. Sic anima penitētis debet eſſe
nigra per penitentiā:ponderoſa per pru-
dentiā: venis rubētibus diſtincta p amo-
ris ⁊ charitatis flāmā:⁊ ſeptē diebus ca-
lorem amoris ignitū ſeruare p pſeueran-
tiā. Per ſeptē eñ dies ſeptimane totū tē
pus vite pn̄tis diuoluit. Unde vite pſen-
tis ſeptē diebus calorē ſeruat: qui.ſ. i dei
amore oñi tempe perſeuerat. Item peni
tens aſſimilatur quibuſdā metallis quo-
rum qdā ſunt qui nunꝙ̄ funduntur ſi-
cut lapides qd eſt ppter dominiū terrei ⁊
defectū humidi aquei. Et his aſſimilant
hoīes obſtinati qui nunꝙ̄ p penitentiam
emolleſcūt. Iob.xlj. Cor eius indurabit
quaſi lapis. Quedā vero totaliter fundū
tur vt metalla. Et his aſſimilant veri pe-
nitentes qui toto corde ad deū conuer-
tūtur ſm illud Ioelis.ij. Cōuertimini ad
me in toto corde veſtro. Quedam vero
partim fundunt ⁊ partim nō vt almacra-
ſia:que eſt lapis qui calore ſolutus in es
cōuertit:eo ꝙ habeat in ſe venas minera
les. Huic aſſimilant hi qui partim peni-
tent ⁊ partim nō.ſ.qui de vno peccato pe
nitent ⁊ de alio nō: vel qui plangūt pteri-
tum nō vitāt futuꝝ. Ferrū aūt molleſcit
adignē ſed nō fundit niſi p aliquod ſibi
adiunctū vt arſenicū. Et huic aſſimilant
qui p tribulationē immutant: ſed nō tñ
vt peccata dimittant:ſicut faciebat Pha-
rao qui imminēte plaga populū dimitte-
re pmittebat:ſed ea ceſſāte retinebat. Sꝫ
ſi arſenicuꝫ.i. virtus diuine grē infundit
tunc omnino cordis duricia ſoluitur et
mundatur.

Caplm̄ xxvij.

Predicator debet eſſe ſimi
lis argento. Nam argētuꝫ
eſt puꝝ claꝝ duꝝ ſonorū
igne liquefactibile. Sic p-
dicator verbi dei debet eſ
ſe purus quo ad conſcientiā. Malac.iij.
Sedebit conflans ⁊ emundās argentuꝫ.
Debet eñ pdicator cōflare alijs ex verbis
ſacre ſcptūre ſalutifera documēta ⁊ emū
dare cōſcientiā ppria abijciendo peccata.
Apo.j. Timoth.iiij. Attende tibi ⁊ doctri
ne. Itē debet eſſe durus per patientiam.
Iſa.vj. Pro ferro afferā argentū p duri

tiam ferri fortitudo ſeculariũ per ſolidi-
taté argenti cõſtantia pdicantiũ intelligi
põt. ¶ Jté debet eſſe clarus per ſapientiã
precipue p ſapientiã diuinoꝝ eloquioꝝ:
de quibus Pſ. Eloquia dñi eloquia caſta
argétũ igne examinatũ pbatũ terre pur-
gatũ ſeptuplũ. ¶ Jté debet eſſe ſonorus
per doctrinã. Prouer. x. Argentũ electũ
lingua iuſti. ¶ Jté debet eſſe liquefactibi-
lis per cõpaſſioné ⁊ miſericordiã. Zach.
xiij. Noſtrũ es ſicut argentũ vritur. Ar-
gentũ eñi dum vritur liquat. Sicut vre-
batur ⁊ liquebat ille predicator Paulus
cum dicebat. Quis infirmat ⁊ ego nõ in-
firmor: quis ſcandalizat ⁊ ego non vror:
¶ Jtẽ debet eſſe ductibilis per obedienti
am. Numeri. x. Fac tibi duas tubas argẽ
teas ductiles. Tubas per ſonũ doctrine
argenteas per mũdiciã vite: ductiles per
motũ obedientie. ¶ Jté argentũ eſt bal-
ſami cõſeruatiuũ ⁊ virtutis in iaſpide cu
ſtoditiuũ. Unde maiorẽ virtutem habet
iaſpis in annulo argenteo q̃ aureo. Jn q̃
ſignatur precipue q pdicator debet intẽ-
dere ad conſeruandũ odoré bone fame
⁊ honeſtatẽ vite. Nam virtus iaſpidis ẽ
honeſtas homis vel cõtinentia carnis: et
odor balſami ſuauitas boni exẽpli ⁊ no-
minis. ¶ Jté argentũ ex tactu terre rubi
ginẽ contrahit ſed ex cõfricatione ſalis ⁊
harene priſtinũ colorem reſumit. Simili
ter predicator quãdoq; cogitãdo vel tra
ctando terrena contrahit rubiginẽ alicu
ius cupiditatis: ſed ex confricatõe ſalis. i.
contẽplatione ſiue ſtudio ſapientie: que
eternoꝝ nobis ſaporẽ repſentat cui9 cõ-
paratione tempalia vileſcũt: ⁊ etiã ex con
fricatione harene. i. ex mundatione peni
tentie: que ratione grauedinis harene aſ
ſimilat ad priſtinã reſtituitur puritatẽ ef-
fectionis. ¶ Jté qui digne vult exequi of
ficiũ pdicandi debet effici ſimilis cuidam
gemme que dr Aſtrion: que eſt criſtallo
ppinqua ⁊ in centro lucet vt ſtella fulgo
re plene lune. Unde ſic eſt dicta ab aſtris
eo q fulgorẽ eoꝝ in ſe rapit vt dicit Jſi-
do. Sic pdicator criſtallo debet eſſe ſimi-
lis per cõſciẽtie puritatẽ lucere i cẽtro. i.
in corde per ſapientie claritatẽ aſtroꝝ. i.
ſanctoꝝ ⁊ perfectoꝝ fulgoré. i. doctrine
vel vite in ſe rapere per ſtudiũ ⁊ viuẽdi
conformitatẽ. Dan. xij. Qui ad iuſticiam
erudiũt plurimos erũt velut ſtelle.

## Caplm xxviij.

PRudentia aſſimilat iacin-
cto. ¶ Primo pter ful-
goris mediocritatẽ. Nam
iacinctus qui eſt ſaphirei
coloris ille eſt optimus: ſi
cut ille qui in ethiopia inuenitur: nec ni-
mis eſt clarus nec nimis obſcurus ſ; me-
diocriter fulgidus. Similiter prudentia
hominis requirit menſurã quandã me-
diocritatis. Prouer. xxiij. Prudẽtie tue
pone modũ. ſ. vt neq; pl9 ſapias q̃ opor-
tet: nec plus ignores q̃ quod ſcire nõ de-
bes. Quãuis alij dicãt q hoc ſalomonis
dictũ nõ eſt ſic intelligendũ q ipſa prudẽ
tia ſit in ſe moderãda: ſed quia ſm prudẽ
tiam eſt alius modus imponẽdus. Opus
eñi prudentis ſic mediũ tenet recte ratio
nis vt neq; excedat qd eſt nimis ſapere
vel fulgere vel deficiat quod eſt quaſi ig-
norare vel obſcuꝝ eſſe. Cant. v. Manus
illius tornatiles auree plene iacinctis. He
manus ſũt opera prudentie que ſũt ple-
ne iacinctis. i. moderationib9 debite ratio
nis. ¶ Secũdo pter ſculpture ſuſcepti-
bilitatẽ. Quia l; iacinctus ſit ad ſculpẽdũ
duriſſimus nõ tñ eſt inuictus: q2 ab ada-
mante ſculpit ⁊ ſignatur. Similr hõ pru-
dens l; nõ ſit faciliter ad credendũ oñi
verbo ⁊ oñi dicenti inducẽdus: ſed ad
multa credenda ſit durus. i. ita vt non a
quolibet informet: tñ veraciter ⁊ rationa
biliter loquẽti ſiue corripienti etiã ſi du-
ra dicat nihilominus credit ⁊ eius impſ-
ſiones humiliter ſuſcipit. Et talis impſ-
ſio eſt ſicut adamantis. Nã adamas ẽ la-
pis duriſſimus q nullo metallo cedit. Ta
lis debet eſſe facies pdicãtis ſeu corripiẽ-
tis. Ezech. iij. Ut adamantẽ et ſilicẽ dedi
faciẽ tuã. ¶ Tertio pter aeris cõformi-
tatẽ. Nã ſicut dicit Diaſ. iacinctus aeri ſe
maxime cõformat vt ſit in nubilo nubi-
loſus ⁊ in ſereno ſerenus. Similr hõ pru

dens ꝯformat ſe decenter ſtatui aliorum
cum q̇bus habet cõuenire.ſ. vt ſciat gau/
dere prudẽter cũ gaudentibus ⁊ flere cũ
flentibus. Hoc eñ dicebat Apl's.ij. Coꝝ.
ix. Omnibus oĩa factus ſum. Sed ſicut
dicit quedã gloſa. Prudens ⁊ diuinꝰ apo/
ſtolus ita oĩbus ceſſit ꝙ formam vere
honeſtatis nunꝙ̃ exceſſit. ¶ Quarto ꝓ/
pter effectus vtilitatẽ. Eſt eñ iacinctꝰ effi
cax ⁊ vtilis ad multa. Nam iacinctus (vt
dicit Diaſ.) habet letificare: quod ꝯuenit
prudenti inq̃tũ inuitat inuidiã que ẽ tri
ſticia in bonis alienis vt dicit phus. Sed
prudens de alienis bonis econtrario le/
tatur. ¶ Itẽ iacinctus habet melancolicã
qualitatẽ fugare: ⁊ hoc cõpetit prudenti
inq̃tũ vitat accidiã que ad modũ melan
colici humoris infrigidat charitatis fer/
uorem ⁊ deſiccat deuotionis humorem.
Melancolia eñ eſt frigida ⁊ ſicca. Sꝫ ecõ
tra homo vere prudens conat̃ eſſe fer/
uens ⁊ deuotus. ¶ Itẽ dr̃ ꝙ iacinctus fa
cit ſuſpitiones vitare: ⁊ hoc cõpetit pru/
denti inq̃tũ vitat ſuperbiã. Superbꝰ eñ
ſuſpitioſus eſt: quia cũ pax eſt ⁊ ſecuritas
ille ſup inſidias ſuſpicatur. ¶ Itẽ iacin/
ctus habet diuerſis peſtilentijs aeris ob/
uiare: ⁊ hoc cõpetit prudenti inq̃tum vi
tat iram: que facit hoiez multipliciter pe
ſtilentẽ. ¶ Itẽ iacinctus habet mẽbra vi/
gorare ⁊ neruos vegetare: ⁊ hoc compe/
tit prudenti inq̃tũ vitat vitium gule ⁊ i/
temperãtie que membra faciũt econtra/
rio debilitari atqꝫ ifirmari. ¶ Itẽ q̃tum
etiã vitat vini ebrietatẽ que neruos ſpe/
cialiter ledit ⁊ etiã leſos eneruat. ¶ Item
iacinctus habet dulcẽ ⁊ ſalutiferꝫ ſaporẽ
dare: ⁊ hoc cõpetit prudenti inq̃tum vi/
tat luxuriã: que lꝫ videat̃ dare ſaporeꝫ.i.
delectationẽ: tñ ille ſapor ſiue delectatio
nõ eſt ſalutiferus ſed dãnabilis ⁊ finalit̃
ſentitur nõ dulcis ſed amarus ſm̃ illud
Prouer.v. Nouiſſima illiꝰ amara q̃ſi ab/
ſinthiũ. ¶ Itẽ iacinctus q̃ eſt bene ſimilis
ſaphyro hꝫ venenũ expurgare: ⁊ hoc cõ
petit prudenti inq̃tũ vitat cupiditateꝫ ⁊
auariciã. Nam ſicut dicit Aug. Venenum
charitatis eſt cupiditas.

Caplm̃ xxix

Purificatio cordis aſ
ſimilatur Corallo.
¶ Prio rõne gñati
onis: q2 corallꝰ na/
ſcit̃ ⁊ gñatur i mari
maxime in rubro.
Silr̃ purgatio pcti.
maxime in mari ru
bro.i. in amaritudine cõtritiõis ⁊ rubore
cõfeſſiõis repit̃. ¶ Secũdo rõne trãſmu/
tationis: q2 corallus q̃diu tegit̃ ſub aq̃s
lignũ ẽ ſiue herba habẽs ramos cãdidos
⁊ molles: ⁊ ſtatim dũ abſtrahit̃ de aq̃s et
aere tãgit̃ in lapidẽ indurat̃. Vñ tũc rami
eius rubeſcũt ⁊ dureſcũt. Ita penitẽs q̃/
diu manet ſub aquis pnie vel tribulatio
nũ eſt vt lignũ ramiferꝫ ꝑ operoſitatẽ et
cãdidũ ꝑ cordis ⁊ opis puritatẽ: ⁊ molle
ꝑ flexibilitatẽ.i. ad bonũ flexibile. Si aũt
ab hmõi aq̃s extrahat̃ ſtatim tegit̃ rube/
dine peccati ⁊ infectiõe. Vñ dr̃ Iſaie.j. Si
fuerint peccata veſtra quaſi v̓micu lꝰ ru/
bra ⁊c̃. ¶ Itẽ indurat̃ ꝑ peccati obſtinati/
onẽ. ¶ Tertio rõne diſtinctiõis: q2 coral/
lus duplex eſt rubeꝰ ⁊ albus. Poſſumus
eñ coralli rubedinẽ inflectere in bonam
ptẽ vt.ſ. corallus albꝰ repſentet puritatẽ
innocẽtie. Rubeꝰ v̓o ruborẽ pnie ſiue cõ
feſſiõis. Penitẽtia eñ q̃to magis eſt ve/
recunda tãto validior: q2 erubeſcẽtia cũ
ſit pene magna pars ſatiſfactiõis ſm̃ Au
guſt. Vtrũqꝫ aũt corallũ dr̃ magis valere
ꝯtra fulmẽ eiqꝫ reſiſtere. Quia.ſ. vtrũqꝫ
dictoꝝ.ſ. puritas innocẽtie ⁊ purgatio pe
nitentie valet cõtra fulmẽ.i. ꝯ impetum
ire dei ſiue peſtilẽtie. Nã de puritate ino
cẽtie patet in ſodomitis: q2 dñs aſſeruit
Abrae: q2 ſi fuiſſent inter eos decẽ tñ in
nocẽtes inuẽti pepciſſet oibꝰ illis. Geñ.
xviij. De purgatiõe pnie ptꝫ in niniuitis q̃
bus deꝰ pepcit pnia a plaga quã ꝑ Ionam
ꝓphetã p̄dixerat: q2 pniam egerũt ad p̄/
dicationẽ illius. Ione.iij. ¶ Quarto rõ/
ne virtuoſe opationis. Nã corallꝰ ⁊ ma/
xime rufus valet cõtra oẽm fluxũ ſangui
nis: cõtra epilenſiã: cõtra diabolica mon/
ſtra: fructꝰ mltiplicat: fines ⁊ p̄ncipia ne/

gotioꝝ abbreuiat. Que ſiue vera de co/
rallo ſint ſiue nō: purgationi tñ peniten/
tie cōpetūt veriſſime quia ipſa reſtringit
fluxū ſanguinis.i.refrenat odia ⁊ rixas q̄
ſunt cauſa effuſionis ſanguinis. Ipſa va/
let contra epilenſiā ſiue morbū caducū:
quia a caſu peccati ꝓſeruat: ipſa diaboli/
ca monſtra.i.diabolicas illuſiōes ſiue de/
ceptiones fugat: fructus ipſa meritorum
multiplicat. ipſa ꝑncipiū vite ſpūalis ⁊ fi/
nem que eſt gloria eterna abbreuiat. q.ſ.
breuis penitētia ⁊ innocentiā reſtituit: et
gloriā eternā acquirit. ¶ Itē purgaē ho/
mo a peccato ſicut ferrū a rubigine.ſ.per
ignis decoctionē vel ꝑ lime corroſionē
vel per lapidis duri ⁊ aſperſionis hare/
ne cōfricationē. Ignis decoquēs eſt dile/
ctio feruida. Lu. vij. Remittunē ei pecca
ta multā qm̄ ⁊c. Grego. Tanto amplius
peccati rubigo conſumiē q̄to peccatoris
cor magno charitatis igne crematur. Li/
ma corrodēs correptio aſpera. Prouer.
xx. Liuor vulneris abſtergit mala crimi/
nis. Lapis aūt eſt tribulatio dura: Bern̄.
Quod facit fornax auro hoc facit tribu/
latio iuſto.ſ.purgat. Sed granis harena
eſt penitentia. Act.iij. Penitemini ⁊ con/
uertimini vt deleanē pctā veſtra.

Caplm̄ xxx.

Querendus eſt chriſtus
ſicut Topazius ſiue to
pazion. Nam tradiēq̄
in traconitide dū inco
le loci fame maxime la
borarēt ⁊ radices her/
barū euellerent gemmā effoderūt quā in
lingua ſua topazion vocauerūt qđ ſonat
idem qđ querere: quia eaꝫ multi querūt
ex eo q̄ eſt omniū gemmaꝝ maxime pre/
clariſſima lꝫ in effectu variabiliſſima. Et
eſt etiā vtiliſſima ꝓpter que oīa querē/
dus eſt chriſtus. ¶ Primo ergo queren/
dus eſt chriſtus multo amplius q̄ topa/
zius ꝓpter ſuā maieſtatē. Dicit eñ Plini
us hanc gemmā.ſ.topazion tante magni/
tudinis fuiſſe repertā vt ex ea philadel/
phi facerent ſtatuā quattuor cubitorum.
Hec aūt magnitudo cōperit etiā chriſto
homini qui omniū hominū maxim⁹ fu/
it.ſ.ſanctitate ⁊ poteſtate dignitate ⁊ felici
tate. Unde chriſtiani merito de ipſo faci/
unt ſtatuā ⁊ eius adorāt imaginē crucifi/
xi: quia per crucē maxime oſtenſa eſt vir
tus eius. Et hec eſt ſtatua quattuor cubi/
toꝝ immo potius fuit quattuor lignoꝝ
ex eo q̄ virtus eius per mūdi quattuor
partes ſe diffundit.ſ.orientē occidentē
meridiē ⁊ ſeptentrionē. ¶ Secūdo que/
rendus eſt chriſtus ꝓpter ſuā claritatē.
Nam topazius eſt gēma ꝑclariſſima eo
q̄ ex virenti genere oīuq; colore eſt re/
ſplendens. Unde ſic lucet qñ tangitur ra/
dijs ſolis vt oīm gemmaꝝ aliaꝝ ſuperet
claritatē. Hanc ſi polis eam obſcuriorē
facis ſed ſi ſue nature relinques clariorē.
Similiter aūt ⁊ chriſtus ex genere viren
ti.i.ex carne virginali eſt ꝓgenitus ⁊ oīni
colore.i. oīni grā ſiue virtute ſplenduit. ⁊
tactu ſolaris radij.i.ex vnione ad verbū
tanta claritate ⁊ ſplendore grē ⁊ ſapientie
plenus fuit vt omniū gemmaꝝ.i.omniū
electoꝝ claritatē excesſerit ſiue in mira/
culis ſiue in virtutibus ſiue in meritis ſi/
ue in doctrinis. Hic paſſionibus penarū
expoſitus.ſ.in morte in cordib⁹ apl'orum
⁊ oculis iudeoꝝ obſcurior factus eſt. In
cuius ſignū tūc obſcuratus eſt ſol: ſed ſue
nature diuine relictus ꝑ reſurrectionem
clarior eſt effectus. ¶ Tertio querend⁹ ē
chriſtus quēadmodū topazius ꝓpter ſꝑ/
cioſitatē. Eſt eñ topazius gemma ꝑcioſiſ
ſima quia nihil ea in theſauris regū pre/
cioſius inueniē: eo aūt precioſior quo ra/
rior. Et habet duos colores.ſ.ex auro et
ex aerea claritate ⁊ tante eſt ꝑſpicuitatiſ q̄
gemmaꝝ ſibi obiectaꝝ in ſe recipit clari/
tatem. Sic chriſto in theſauris regum in
ſpūalibus diuitijs.i.hominū bene ſeipſos
in mūdo regentiū ſiue premijs in celo iā
regnantiū nihil precioſius nihil clarius
poſſideē. Unde ſancti vt iſtū tanti lucrifa/
ciant oīa alia vt ſtercora reputāt. Et me
rito q: in ipſo ſunt oēs theſauri ſapiē
tie ⁊ ſciētie dei abſconditi. Unde iſte ē the
ſaurus de quo dr̄ Matth.xiij. Simile ē
regnū celoꝝ theſauro abſcondito i agro

quem qui inuenit, homo abſcondit. Hic eſt etiam theſaurus rarus immo ſingularis ⁊ ſolus: cui ſimilis nullus alius inuenitur. Pſ. Singulariter ſum ego do. ⁊c. Eccl. vij. Virum de mille vnum repperi. i. chriſtū qui fuit vnus. i. ſingularis in perfectione quā millenarius ſignat numerꝰ. Hic etiā habet duos colores. ſ. aureū deitatis ⁊ aereū mundiſſime humanitatis. Hic aliarum gemmaꝝ claritatē in ſe recipit: quia que alijs ſuis mēbris ſiue fidelibus fiunt ſibiipſi aſcribit. Matthei. xxv. Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Vel in ſe coꝝ claritatē recipit: quia ſcʒ coꝝ meritis ſeipm̄ in premiū tribuit. Gen. xv. Ego merces tua magna nimis. ¶ Notandū aſt aūt ꝙ lʒ topazius ſit gēma ꝓcioſiſſima eſt tñ a luna paſſiua. Sentit enī motū lune ⁊ curſum. Vnde dr̄ valere contra lunaticā paſſionē. Sed maiorem dr̄ habere effectū ſm ꝙ luna recipit incrementū. Per lune motū ſiue curſum accipe humane nature paſſibilitatē ⁊ motum quē chriſtus in ſe ſentit dum noſtrā mortalitatē ⁊ penales paſſiones aſſūpſit. Aſſumpſit enī paſſiones pene ⁊ abſtulit paſſiones culpe. Et iſto modo topazius valet contra paſſiones lunaticas. i. cōtra peccatū ipſum. ſ. a nobis tollendo ſm illud Jo. j. Ecce qui tollit peccata mundi. Sed virtus eius ſm augmentū gratie dr̄ dupliciter. Vno mō qr chriſtꝰ natura mutabili aſſumpta que per lunā deſignatur ſm incrementa etatis plus ⁊ plus alijs ď ſua virtute oſtēdit ſm illud Lu. ij. Jeſus aūt ꝓficiebat ſapiētia ⁊ etate ⁊ gr̄a. Etate etiā creſcebat ſm veritatē: ſed ſapientia ⁊ gratia ſm oſtēſionē. lʒ etiā in veritate ꝓfecerit in ſapientia expimētali. Alio modo ſm augmentū lune virtus eius creuit vt per lune mobilitatē eius paſſibilitas exꝑmatur: quia q̄to paſſus fuit tāto plꝰ nobis meruit ⁊ tanto plus exaltatꝰ fuit. Philip. ij. Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſqʒ ad mortē mortē aūt crucis: ꝓpter quod ⁊ deus exaltauit illum. ¶ Quarto querēdus eſt chriſtus quēadmodū topazius propter vtilitatē. Nam topazius eſt gemma vtiliſſima. Hec ē enī (vt dicit in lapidario) que feruentes vndas compeſcit ebulire. Sic chriſtus feruētes perſecutiones contra ſuos fideles extinxit ⁊ eas contra eos ꝓualere nō permiſit. In cuius ſignum dicitur Matth. vij. Imperauit ventis ⁊ mari ⁊ facta ē tranquillitas. Hic eſt qui fluxū ſanguinis i. lapſum peccati reſtringit dicens: Vade ⁊ amplius noli peccare. Jo. vij. Et nō ſolum h̄ facit per documentū ſed etiā per auxiliuʒ dando contra peccata ⁊ peccādi pronitatem remedia oportuna. Hec eſt etiā gemma que ſm Diaſco. iram ſedat. Sed quis ſic iram ſedat vt chriſtus qui ait Matt. x. Ego aūt dico vobis quia om̄is qui iraſcitur fratri ſuo reus erit ⁊c. ¶ Item hec eſt gemma que triſticiā fugat. quia ⁊ chriſtus ait Matth. vj. Nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. ¶ Itē eſt que noxios motus ſedat: quia chriſtus nō tm̄ actus peccatorum exteriores ſed etiā motus interiores condēnat dicens: Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendū eam iam mechatus eſt ⁊c. Matth. v. ¶ Itē hec eſt que freneſim curat: quia chriſtus ſtultam ⁊ inutilē locutionē (ſicut eſt frenecticoruʒ vel inſipientiū) ſolet reꝓmere: dum etiaʒ de ocioſo ſermone ideſt inutili iudicandos eſſe hoīes dicit Matth. xij. De omni verbo ocioſo quod locuti fuerint homines reddent de eo in die iudicij rationem. Hec etiā vt dicitur mortē ſubitaneam vitat: quod etiā ſi qs nō eſſe veꝝ vel poſſibile de lapide hoc crederet: tamē de chriſto veꝝ eſſe patet qr nos ad vigilandum ⁊ mortē preueniendū ſollicitat dicens: Vigilate quia neſcitis diē neqʒ horā ⁊c. Matth. xxv. Et hoc dicit ne ſit noſtra mors ſubitanea ⁊ improuiſa. Patet ergo ꝙ chriſtus eſt querendus ſicut topazion: res maxima res pulcherrima res precioſiſſima res vtiliſſima. Ideo ait Pſ. Dilexi mandata tua ſuper aurum ⁊ topazion. Sʒ ſi certe ſua mandata multo magis mandantem diligere debemus ideſt chriſtum qui dicit: Mandatum nouum do vobis vt diligatis vos inuicem. Johan. xiij.

¶ Capl'm.xxxi.

Ancti viri aſſimilan
tur gēmiſ pͥmo rō
ne nominis quia vo/
cantur gēme precio/
ſe ſiue lapides precio
ſi. Dicuntur eniꝫ pre
cioſe q꞉ rare. Quod
.n. reruꝫ eſt dꝛ p̄cioſuꝫ ſicut dꝛ .i. Re.iiii.
Sermo dn̄i erat p̄cioſus .i. rar⁹. Vn̄ ſācti
⁊ electi ſunt precioſi. q꞉ ſancti ⁊ electi pau
ci ſunt ⁊ rari. Nam arta via eſt que ducit
nos ad vitam ⁊ pauci ſunt qui am bulāt
in ea vt dicitur Math. vii. Via enim iſta
ſancta eſt ⁊ vir pollutus non tranſibit p
eam vt dꝛ. Iſa. xxxviii. Sequit̄ ꝙ ſancti
pauci ſunt ⁊ rari. Dicunt̄ etiā gēme pre/
cioſe .i. virtuoſe vt in lapidario dicitur.
Vnde Iſido. dicit nulli eſſe debet dubiuꝫ
qn ſit ſua virtus diuinitus inſita gēmis.
Et in lapidario dꝛ. Ingens eſt herbis vir
tus ⁊ maxima gēmis ꝗ virtutibus abun
dant gratuitis ⁊ diuinit⁹ ſibi collatis. Nā
virtus vt dicit Augu. eſt bona qualitas
mentis qua recte viuitur: qua nemo ma/
le vtitur. quam in nobis dominus opat̄
Talibus virtutibus ſancti homines abū
dant ⁊ diuites ſiunt ſm̄ illud Eccli. xliiii.
Homines virtutis in virtute ſtudiuꝫ ha/
bentes. ¶ Secundo ratione originis. Nā
gemmarum precioſarum quedam tan/
tum ex venis terre cum metallis effodiū
tur. quedam vͦ ex profundo maris ad lit
tora proiiciuntur: quedam vero ex corpo
ribus animalium reptilium extrahunt̄.
Et in his tribus oſtenditur triplex ori/
go virtutum que in diuerſis ſanctis repe
ritur. ſ. hominibus: prima eſt ex nature ap
titudine: ſecūda ex gratie plenitudine ter/
tia ex perfectorum ſimilitudīe. Sūt enim
varie aptitudines ad virtutes ſicut vene
terre ad precioſos lapides. Vnde ſicut di/
uerſe minere ſiue vene terrarum ſunt di/
uerſe complexiones corporuꝫ. Et iō ſicut
diuerſe vene generant diuerſas gemmas
⁊ precioſos lapides. ita diuerſe cōplexi/
ones bone que diuerſas conſtelatiōes ſe/
quūtur adap tant ſiue diſponūt ad virtu
tes diuerſas ſicut ecōtrario diuerſe com
plexiōes male inclinant ad diuerſa vicia
Et ſignāt̄ dico ꝙ cōplexio nature bone
ad virtuteſ aptat. nō aūt ꝙ per ſe v̄tuoſū
efficiat: q꞉ ſicut ꝓbat. phs. ii. Eth. virtutes
nec totaliter a natura in nobis ſunt nec p
ter naturam. eſt enim in nobis quedā na
turalis aptitudo ⁊ diſpō ad ſuſcipiendū
⁊ acquirendum virtutes. earum autem p
fectio ſit completa ex conſuetudine ⁊ lo
quitur de virtutibus moralibus. hec ta/
men aptitudo de qua loquitur non tan/
tum pēdet ex anima ſed etiam ex corpo/
re. tamen q꞉ anima ſequitur in pluribus
complexionem corporis. tum q꞉ opera
virtutū ſcꝫ ex quib⁹ taliū habit⁹ genera
tur in nobis cōiter per corpus explētur.
¶ Quarto origo virtutū ē ex gr̄e plēitu
dine que manifeſtior apparet ī cōuerſio
ne penitentiuꝫ per quā plurimū videm⁹
ſceleratiſſimoſ peccatores effici virtuoſiſ
ſimos homīes vn̄ ipſi ſunt velut lapides
qui de profūdo marꝭ .i. de ꝓfūdo vicioꝝ
virtute lūe .i. celeſtis gratie mouētis ⁊ api
entis euomuntur ⁊ ad littora penitentie
ſolitudinꝭ vl' ſoliditatꝭ deducūt̄ ſcꝫ vite
⁊ inter precioſiſſimos lapides colligunt̄
¶ Tertio origo virtutū ſiue virtuoſoꝝ ē
ex pfectoꝝ ſimilitudine. Nam ſepe p exē
pla vel v̄ba ſanctoꝝ ⁊ perfectoꝝ viroꝝ
que vt quedam imagīes ⁊ repreſētatiōes
ſunt interne pfectiōis eorum alii ad vir
tutes accenduntur ⁊ virtuoſi ⁊ ſancti ſi/
militer efficiuntur. Et iſti ſunt lapides
precioſi qui de animalium corporibus ſcꝫ
reptiliuꝫ ⁊ volatilium extrahuntur ſiue
quantum ad vitaꝫ actiuaꝫ que eſt reptili
um vel animalium greſſibiliuꝫ ſuper ter
ram q꞉. ſ. actiui terrenis rebus diſpenſan
dis inſiſtunt ſiue quantum ad contempla
tiuam que pertinet ad volucres celi .i. ad
hoīes meditantes celeſtia. ¶ Tertio ſan
cti viri aſſimilant̄ gēmis rōne icertitudi
nis. Quia ſicut dicit Iſido. In quibuſdam
gēmaꝝ ſilitudinib⁹ aut gn̄ib⁹ veraſ a fal
ſis diſcernere ē magna difficultas. Eo ꝙ
ſepe ꝗ falſe ſūt ⁊ ſophiſtice v̄is videāt̄ ſimi
les. Quia vt ipſe dicit quidā p ſmaragdo

vitrū arte inficiūt ⁊ oculos videntiū fal/
lūt Fallit enī ſepe mortales ſimilitudo re
rū. Qz enī iter ſáctoſ viroſ q hñt veras
virtutes ſepe ſūt admixti hypocrite qui
habēt ſolas virtutū imagines. valde dif
ficile ē p ſimilitudinē moꝝ exterioꝝ iter
vtroſqꝫ cognoſcē eo ꝙ frequēter hypo/
crite ſimilia vel maiora ſigna exteriora ſá
ctitatis ⁊ deuotionis ſanctis viris oſten
dūt. ꝓpter quod frequēter fallitur hōi
num iudiciū ⁊ precipue ſimpliciū circa ta
les. Et iō dominus dixit Math. vii. attē
dite a falſis ꝓphetis q veniunt ad vos in
veſtimentis ouiū intrinſecus aūt ſūt lu/
pi rapaces. Sicut igitur de lapidibus hu
iuſmodi nō eſt ad oculū iudicandū. Qz
plus virtutis eſt ſepe in paruo adamañ
ferrugineo ⁊ obſcuro ꝙ̄ vitro lucidiſſi/
mo ⁊ i gua margarita ꝙ̄ berillo. Sic etiā
de hominibus non eſt iudicandū ſic do
minus dixit Joh. vii. Nolite iudicare ſ̄ʒ
apparentiam exteriorē ſed iuſtū iudiciū
iudicate. ¶ Itē viri ſácti aſſimilāt lapidi
reſten q ſm auicē. eſt lapis inuēt⁹ in capi
te cācri. Et hec ſimilitudo attēdit primo
ratione coloris: qz aliquádo albus. ⁊ ali
quádo flauus. Silr ſácti viri aliqñ ſunt
albi per innocētiā īteri⁹ exterius āt flaui
per temperātiaʒ. Naʒ ſm auice. color fla
uus generatur in materia temperata ſcʒ
reſpectu coloris viridis. vnde folia arbo
rum que primo quando multum abun
dat humiditas ſunt viridia in autūno
diminuta ⁊ temperata humiditate ſcʒ a
calore eleuante ſed non totaliter aſſum/
pta efficiunt glauca ſiue flaua Et ita hu
mor ⁊ vigor carnis per temperantiam
quidem minuitur ſed non funditus ex
tinguitur quo diminuto caro māſueſcit
ſpiritui ⁊ ei. humiliatur. ¶ Secundo ra
tione humoris quia hic lapis reſten eſt
frigidus ⁊ humidus. Et ſimiliter viri ſā
cti ſunt frigidi a mundi amore ⁊ humi
di in lachrymarum deuotiōe. ¶ Tertio
ratione vigoris. quia dicitur valere hic
lapis contra morſum ſcorpiōum ⁊ mu
ſtelle ſi contritus more emplaſtri ſuper
ponatur. ⁊ etiaʒ contra morſuʒ canis ra
bidi ſi puluis eius bibatur. Per ſcorpio
nes qui retro pungunt intellige occul/
te detrahentes. Per muſtellam aperte
maledicentes: ſed per canes rabidos ty/
rannice perſequētes. Cōtra quoſ omneſ
valet vti emplaſtris id eſt ſanctorū exem
plis ⁊ puluere. i. eoꝝ humilitate qua ꝯtra
detractores vſi ſūt lígue placabilitate. cō
tra maledicētes loquele taciturnitate. cō
tra tyrānos vere penitētie firmitate.

¶ Capitulum. xxxii.

SApientia aſſimilatur auro
quadruplici rōne. ¶ Prio
rōne claritatis. Habet .n.
auꝝ inter alia metalla ma
iorē claritatē ⁊ ſplendorē
Vñ auꝝ dicit obrizum eo
ꝙ ſplēdore radiet ⁊ fulgore. Similiter
ſapientia preclaros hoies ⁊ prefulgidos
reddit ñ ſolū apud ſeipſos. ſʒ apud alioſ
Vñ dicitur de ſapientia. Habebo ꝓpter
hác claritatē ad turbas in multitudine
videbor bonus. Sapiē. viii. De h auro
dicit Daniel. x. Ecce vir vnus veſtitus li
neis ⁊ renes ei⁹ accincti ſunt auro ob ri
ʒo ⁊ corp⁹ eius quaſi chryſolit⁹ ⁊c. Et no
ta ꝙ auꝝ amplius fulget luce alia reper
cuſſuʒ ⁊ hoc naturale eſt oibus metalliſ.
i. Machabe. vi. Refulſit ſol in clypeos
aureos ⁊ reſplēduerūt mōtes ⁊c. Simili
ter hō ſapiēs ſapiētior efficitur. Aliquā
do ſapientes audiēdo. ſm illud. Prouer
bioꝝ. i. Audiēs ſapiēs ſapiētior erit ⁊c.
Et tūc ſapiens aliena luce repercutitur
quando cōtra dicta ſua ſubtiliter obiicit
⁊ tūc lucē ſue ſapiētie magl oſtēdē cogit
Prouer. ix. Da occaſiōeʒ ſapiētie ⁊ adde
tur ei ſapiētia. ¶ Secūdo ſapiētia ſimilat
auro ⁊ ſ rōne pōderoſitatl. ē. n. auꝝ pon
deroſi⁹ argēto. Et hui⁹ rō ē. qz ſic dicit
phs i fine libri metheo. auꝝ ſic alia metal
la ꝓcreat māſit ex ſulphure ſubtili ⁊ ru
beo ⁊ ex viuo argēto ſubtili ⁊ albo. Pl⁹
tñ ꝯcurrit ad ei⁹ ꝯpoſitionē ꝺ ſoliditate
ſulphuris ꝙ̄ ꝺ aereo aquoſo viui argēti
⁊ ideo auꝝ eſt ſolidi⁹ ⁊ pōderoſius ꝙ̄ ar
gētū. qz i auro pl⁹ ē de ſulphure ꝙ̄ de ar
gēto viuo i argēto ꝯ̄rio ē. Sic ergo auꝝ

multá habet ponderoſitaté ſic homo ſa/
piens habet pódus grauitatis ⁊ maturi/
tatis. Nó eñ ſine pondere loquitur nec
ſine pódere graditur nec ſine pódere de/
bito aliquid opatur. ¶ Tertio róne vtili
tatis. Ná inter metalla nihil efficacius é
auro. Habet eñ aurũ (vt dicit Plinius)
virtuté confortatiuá. Unde etiá aurũ co/
meſtũ confortat oĩa mébra q̃uis non
nutriat illa. Hoc eñ facit ſua aſperitate
ea purgádo ⁊ a ſupfluis abſtergédo. Unõ
etiá habet virtuté ſuperfluitatũ corpoꝝ
corroſiuá ſiue exterſiuá: ⁊ ideo valere dr
plurimũ contra leprá. ¶ Jté aurũ calefa/
ctum poſitũ ſupra membrũ pilos ab eo
tollit ⁊ vltra creſcere nõ permittit. Et ſi/
militer ſapiétia habet virtuté cóforrtati/
uá. Uñ dr Eccĩ. vij. Sapiétia confortat ſa
pienté ſup decé pñcipes ciuitatis. ¶ Jteꝫ
eſt ſuperfluitatũ remotiua. Propter qõ
dr Sap. vij. ꝙ ſapiétia ſobrietaté docet.
¶ Jté eſt lepre .i. infectionis peccati impe
ditiua. qꝛ ſicut dr Prouer. xiij. Sapiens
timet ⁊ declinat a malo. Jpa ét remouet
pilos .i. opa carnis: quia pili in carne ⁊ ex
carne naſcunt. Uñ dr Prouer. vij. Dic ſa/
pientie ſoror mea es: ⁊ prudentiam voca
amicá tuá vt cuſtodiat te a muliere extra
nea. Ex quibus patet ꝙ ſapiétia vtilior é
auro: quia qõ auꝝ facit corpaliter vtilis
ſapientia facit ſpũaliter. Et ideo dr Pro
uer. xvj. Poſſide ſapientiá que auro me/
lior eſt. ¶ Quarto róne incorporabilita/
tis. Ná auꝝ q̃q̃ melius ⁊ nobilius tñ eſt
ſociabile ⁊ incorpabile argento. Sic ſapi/
ens cũ ſit humilis nõ dedignat cõdeſcen/
dere paruulis ⁊ ſimplicibus ⁊ qñq; ſocia
re ſe eis. Sed notandũ ꝙ argentũ p mal/
leationé nõ pót incorporari auro niſi p̃/
caueat a tribus .ſ. a puluere véto ⁊ humo
re. Ná quodcũq; ſe interponat non pót
fieri vnio. Ex quo accipit ꝙ ſimplex non
pót fieri ſapiens: nec pót quis ſapiéti ve/
ra amicicia vel cóformitate vniri niſi re/
moueatur puluis auaricie ventus ſuper
bie ⁊ humor luxurie. Uñ amicicia que eſt
inter auaros vel ſuperbos vel luxurio/
ſos nõ eſt ſapientiũ amicicia nec amicicia
vera. ¶ Jtem ſapiétia aſſimilat lapidi cor
neolo: de quo in lapidario dr ꝙ collo ſu
ſpenſus vel in digito portatus in diſpu
tando proficit: ſurgentes mitigat iras: et
ſanguinis fluxũ ex quolibꝫ membro ſiſtit
maxime in mulieribus. Que quidé ſiue
vera ſint ſiue nõ: de corneolo tamé de ſa
pientia veriſſima ſunt. Nam ſapiétia ad
oém veritatis diſputationé pficit. Quia
ſapientis eſt ſcire oĩa ⁊ difficilia p certi
tudiné ⁊ cauſas vt phs dicit .j. Metha.
Et ideo qui talis eſt ſcit de oĩ veritate
differere. ¶ Jté ſapientia iras cõpmit.
Scóm eñ ſtoicos nulla ire pturbatio ca
dit in ſapienté. Sed ſm Ariſto. cadit qui
dem ira in ſapiété ſed nõ inordinata. Uñ
dicit in Eth. ꝙ nõ iraſci qñ oportet ⁊ ſic
oportet inſipiétis eſſe videt. Ex quo pa
tet ꝙ ſapientia iras totaliter non euellit
ſed ſub rationis moderamine cohibet et
reſtringit. Et hoc pertinet ad virtuté mã
ſuetudinis. ¶ Jté ſapiétia fluxũ ſanguinis
ideſt peccandi voluntaté ſiue pnitaté ſi
ſtit ⁊ impedit. Eccĩ. iij. Sapiés cor ⁊ intel
ligibile abſtinebit ſe a peccatis ⁊ in operi
bus iuſticie ſucceſſus habebit.

## Capl'm xxxiij.

SApientia vel ſcientia hu
mana aſſimilatur lapidi
ſiue gemme que dr acha
tes. quia hec gemma ſm
Diaſco. triplicis generis
repitur. Ná quedá eſt que eſt nigra hñs
venas albas: ⁊ hic credit valere magicis
artibus. quia cũ ipa torrentes cõuertũt ⁊
ſiſtunt vt dr: Et ſm Diaſco. valet etiá ad
regũ formas ⁊ ſimulachra móſtráda ſom
nioꝝ. Talis ergo rñſentat ſuperſtitioſá
ſcientiá necromanticoꝝ: que ad modum
huiꝰ lapidis nigra eſt deformitate et ob
ſcuritate peccati ex eo ꝙ ſemp eſt cũ aliq
demonũ reuerentia expreſſa vel occulta
vt dicit Augꝰ. Habet tamé venas albas:
quia in quibuſdá necromanticis actibus
ad decipiendũ homines quedá obſeruá
tie fiunt vel ieiunioꝝ vel orationum
⁊ huiuſmodi: que vident pretédere quã
dam albediné ideſt quandá puritaté ill'

artis ⁊ ſic quandam ſpeciem ſanctitatis ſicut fit in arte notoria. ⁊ multꝭ aliis necromanticis opibus ſiue ſint circa quedam aquaꝝ ⁊ fluuioꝝ ⁊ alioꝝ corporum que mirabiles apparent ſiue circa diuinationes ꝑ ſomnia vel alios modos varios. qui pertinent ad diuinos. Secundū genus achatis eſt cū venis carneis Et hoc genus ſm Diaſc. vitat pericula ⁊ placentem ⁊ ꝑſuaſorē ⁊ facūdū facit ⁊ vires confert. Et hec gemma ſignat ſcientiam fructuoſā eoꝝ qui venas quidē carneas habent. i. neceſſitates ſiue infirmitates corporales. ſꝫ tamen ſm carnem nō militāt qꝫ ſciāt ꝑicula vicioꝝ in ſerenitate ⁊ trāquillitate conſcientie ꝑ penitentiā vel cautelam vitare deo per oīa placere alios facūde ⁊ vtiliter dirigere ⁊ bōa queqꝫ opera conſtanter ⁊ viriliter agere. ¶ Tertiū genus achatis eſt cum gutis ſanguineis varium quod viſum fouet. contra ſiti ꝓdeſt ⁊ accenſio eius odorifera eſt. Et talis eſt quorundā ſcientia delitioſa quā Beatus Auguſtinꝰ i libro de quātitate aīe vocat miſerādā ſiue miſerabilē. Diſtīguit. n. ibi triplicē ſcientiā ſcꝫ ſuperſticioſā ⁊ vtilem ⁊ miſerabilē. Et hec vltima eſt que mirabili ſagacitate diſcernit cibos odore Unde ſcientia ſiue peritia hec illos cibos ⁊ potus approbat ⁊ cōmendat qui viſum reſouent colore ⁊ ſitim ſeu famē mulcēt ſapore ⁊ cerebrū ſiue olfactum recreant odore ⁊ talem ſcientiam Apo. vocat prudentiam carnis Ro. viij. dicens Prudētia carnis mors eſt ſcꝫ anime.

¶ Capitulum. xxxiiij.

SObrietas potus aſſimilat lapidi qui dicit dioniꝰ. q vt dicit Iſido. eſt niger ſiue rufus rubeis venꝭ aſperſꝰ qui aque mixtus vt vinū fragrat: tamen quod mirū eſt ebrietati reſiſtit. Et ſic pꝫ qꝫ iſte lapis admixtionem aque requirit odorē reddit ⁊ ebrietati reſiſtit. Quod etiā competit ſobrietati. Hec enim in vino potenti aque temperamentum exigit. maxime in eo qui hꝫ debile cerebrum: ⁊ etiam in viro religioſo in quo etiam deformior ē nota ebrietatis. Et ideo ipſi precipue debent vti temperamento vini ⁊ in qualitate ⁊ quantitate. Unde dicit Benedictus in regula ſua. Legimus vinum non eſſe monachoꝝ: ſed quia monachis noſtri tēporis hoc perſuaderi non poteſt ſaltē ſic in hoc conſentiamus. vt nō vſqꝫ ad ſaturitatem bibant. ¶ Itē ſobrietas odorem. i. honorem non impedit. Eſt enim ſobrietas honorabilis ſicut ebrietas vituperabilis. Et ideo ſobrietas ⁊ abſtinentia vini inducitur his q̄ in gradu honoris ⁊ dignitatis exiſtūt ſcꝫ epiſcopali. i. Thi. iii. Oportet epiſcopum irreprehēſibilē eſſe vnius vxoris virum ſobriū prudentē ⁊c. ¶ Item regibus. Prouer. xxxi. Nolite regibus dare vinum. ¶ Item ſobrietas ebrietatem impedit qꝛ ei contrariatur vt pꝫ ab eis nomibus. Eteniꝫ ebrietas dicit ab e qḋ ē extra ⁊ bria qḋ ē menſura ſcꝫ qꝛ ebrius bibit extra menſurā debitam ſed ſobrietas dicitur quaſi briaꝫ. i. mēſurā ſeruās. Unde Eph. v. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.

¶ Capitulum. xxxv.

SUperbia aſſimilatur argento viuo. ¶ Primo qꝛ argētum viuum non ē adheſibile. Eſt eni argentum viuū ex ſubſtātia aquea ſubtili ⁊ ſicco mixta mixtiōe forti ⁊ indiſſolubili. ⁊ hoc hꝫ ex magna ſiccitate terrea nec adheret tangenti ſic illud qḋ ē liquidum. Similiter homo ſuperbus ex magna ſiccitate. i. ex magna inconſideratione ſue vilitatis nō conſiderans ſe eſſe terram ⁊ cinerem nō liqueſcit in ſuperficie plana. i. non vult ſe coniungere vel conformare ſcꝫ viliori vel minori perſone. nec inheret tāgenti. i. nō cōſaciabilis cōciui vel cohabitanti tali. Cum enim preferat ſe ceteris eos ſocios hr̄e contēnit. ¶ Scḋo qꝛ argentū viuum non eſt coagulabile. hoc. n. proprium eſt ei qꝫ nō coagulat per ſe niſi cū ſulphure ⁊ plūbi ſubſtātia coaguletur. propter qḋ argētum viuum cuꝫ ſulphure eſt materia omnium metalloꝝ ſicut dicit phs in li. Me/

theo. Sicr homo ſuperbꝰ non eſt per ſe coagulabilis coagulo vnitatis. Nō.n.diligit vnitatis pacē ſed potius diſcordiā & diuiſionē. ſicut pꝫ de ſuperbientibus angelis qui ſe ab āgeloꝝ ſocietate diuiſerūt proptꝫ quod Prouer.xiij. dicitꝫ ꝙ iter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Si tamē ſupbie ſqualoꝛ cū ſulphure.i. charitatiſ amore q: ſulphur ē inflāmabile quod competit charitati & cū plūbo.i. hūilitate q: plūbum ē coloꝛ cinerei & competit humilitati qua quis ſe in plumbū.i. in cinerē & in puluerem redigendū cognoſci coaguletur. tūc ē homo coagulabiliſ.i. ad vnitatem reducibilis. ¶ Tertio q: argentū viuum nō eſt admiſcibile. Nam ē tāta cohærentia eiꝰ & foꝛtitudo ꝙ nulli rei poteſt admiſceri niſi pꝛimitꝰ extinguatꝫ. extiguitꝫ autē cū ſaliua quādo cū ea fricatꝫ & maxime cū cinis ſaliue additꝫ & pꝛecipue qñ cinis oſſis pſipie pdictis aſſociatꝫ. Similiter nō eſt ſuperbuſ cōmiſcibilis aliis.i. aptus ad cōuiuendū aliis niſi eius pꝛimo ſuperbia extinguatꝫ ad quam extiguendā valet cōfricatio ſaliue.i. redargutio ſapiētie ſcꝫ ꝙ hō ſupbꝰ ſapienter redarguatꝫ & ad ſui notitiā reducatꝫ & pꝛecipue ſi addatꝫ cinis.i. memoꝛia moꝛtis vel ꝓpꝛie vilitatis ſicꝫ dicit eccl'ia. Memēto ꝙ cinis es & in cinerē reuerteris & pꝛecipue ad hoc valet cinis oſſis pſipie.i. viſio vel conſideratio moꝛtis alicuiꝰ potentis vel alicuiꝰ notabilis viri. ¶ Quarto q: argētum viuū eſt cito euapoꝛabile cuius fumus multū nocet aſtantibus eo ꝙ paraliſim & tremorē īducit relaxando neruos & remolliēdo. Similitꝫ homo ſuperbus cito vapoꝛat per iram & impatientiā cum aliquid fit vel dicitur in eius diſplicentiam. Vnde. ps. Tange montes & fumigabunt.i. ſuperbos & eoꝛū ira quandoqꝫ terret aſtātes faciēs eos tremere & ſtupere. ¶ Quinto argentum viuum ſemper eſt mobile. immo quaſi nunꝗ quieſcit & pꝛopterea vocatꝫ viuū ſicut Plinius dicit q: a ſeipſo & circulariter mouetur. ex eo ꝙ humidū nititur aſcendere ſuper terreū ſtabile qd retinet ipm. Similiter hō ſuperbus leuiſ & inconſtans eſt & ſemper inquietꝰ q: appetitus domināndi ſemꝑ impellit ipſū ad aſcenſū & contra repugnantes ſibi cōmouetur & inquietatur. ¶ Sexto q: argētū viuum eſt ad penetrandum ſubtile. eſt.n. argentum viuū calidū & humidū i quarto gradu ꝗuiſ aliqui contrariū dicant nō recte. Quia quod ſit calidū pꝛobatur ꝑ eius effectū. eo ꝙ penetrat diſſoluit & incidit. Et maxime in vitreis ſeruatꝫ vaſis q: alias materias penetrat & incidit. Sicut ergo argentum viuū penetrat coꝛpora. ita ſuperbie vitium ſubtiliter īttrat coꝛda ſicut inſidiatoꝛ malignus. Nā bonis ſpiritualibus inſidiatur vt pereant. ſicut dicit Augu. in regula. ¶ Quinto q: argētum viuum nō eſt ſubſtabile nec etiā rei ponderoſe. Tante eſt eni virtutis ꝙ ſi ſuper ſextariū argenti viui centum ſaxa ſuperponas ſtatim reſilit Sic ſeperbus tante eſt ſuperbie vt nihil ſibi graue ſuſtinē velit. Et ideo ſtatī reſilit & ſe grauanti reſiſtere nititur vtꝫ ſaltē cū effugere. ¶ Itē ſuperbia aſſimilatꝫ magneti pꝛopter tria. ¶ Pꝛimo q: magnes eleuat grauia. Nā ſi magnes quātitatis equalis ſurſum teneatꝫ eleuabit attrahēdo ferrū quod erit inferius. Vnde dicit Augu. ꝙ in quodā tēplo ſimulacrū erat de ferro ita ſtās per ſeipm ſuſpēſū vt i aere pēdere videretur. & hoc ꝓpter teſtudinē de magnete ꝗ ipm circumſtabat. Ferrea nāqꝫ ſimulacra ſunt auaroꝝ coꝛda. Nā auaritia ſm apoſtolū eſt ſimulacroꝝ ſeruitꝰ. Ferea eni ſūt q: grauia & dura. grauia ꝗdē eſſe oñdūtur dū ima petunt per affectum cupiditatis. ſed dura dū ñ moleſcunt ꝑ aliquā penitentiam vel per affectū pietatiſ. Hec ergo ſimulacra ferrea licꝫ auaricie grauitas deoꝛſum premat ſuperbie tamē vanitas ſurſū leuat. ¶ Secūdo q: magnes īuoluit cerebrū q: ſi arſura pulueris eius ꝑ quatuoꝛ āgulos domus aſpergatꝫ ſup carbones exiſtentibus i domo videtꝫ ſubito domꝰ ruere ex cerebri vertigine & cōmotione. Quaſi ergo arſura magnetis que eſt reliquia ignis ē cogitatio & exiſtimatio ꝗ reliquitꝫ ex operibus ſuperbie. Hec eni re

Aque per quatuoꝛ angulos.i. per quatuoꝛ modos ſuper carbones.i.ſuper ardentes appetitus ⁊ ambitiones que i eis ſũt aſperguntur. Naȝ ſicut dicit Grego. quatuoꝛ ſunt ſpecies quibus arrogantibus omnis tumoꝛ ſuperbie demonſtratur. Cum bonum a ſemetipſis habere exiſtimant. Aut ſi hoc datuȝ deſuper credunt pro ſuis ſe meritis accepiſſe putant. Aut certe cũ iactant ſe habere qđ non habẽt. Aut ceteris deſpectis ſingulariter videri appetunt habere qđ hñt. Sic ergo ꝑ hoſ quatuoꝛ angulos aſperſos in domo mẽtis ſuperbia ſenſum peruertit ⁊ decipit. vt videatur id eſſe qđ non eſt ⁊ timeat, ne videatur eſſe qđ eſt. ⁊ timeat ꝙ non eſt timendum. ¶ Tertio qꝛ magnes diſſoluit nauigia. Nam ex hoc lapide mõtes in mari ſunt qui naues ad ſe trahunt ⁊ diſſoluũt ⁊ a ſe amplius ſepari non ſinunt. Sic in mari penitentie quandoqȝ ſunt mõtes magnetum.i.tumoꝛes ⁊ eleuationes ſupbie. qui naues.i.penitentiũ opa quibꝰ ad poꝛtum gratie vel gloꝛie tendãt ad ſe trahunt ſcȝ vt non fiant ad deletionẽȝ culpe ſed ad denunciationem ſuperbie ⁊ lucrũ laudis humane. eo ꝙ ad modum nauis diſſipantur ⁊ vanitati ac iactantie inſeparabiliter ſociantur. ſcȝ vt nihil tale fiat niſi ad vanitatem ⁊ iactantiam.

Caplm. xxxvj.

Temperantia aſſimilatur ſtanno. ¶ Primo ratione compoſitionis. Naȝ ſtannuȝ ſm Ariſto. componitur ex argẽto viuo bono ⁊ ſulphure malo. Et hec duo non ſunt bñ mixta ſed tanꝗ̃ perpraue compoſita pp quod ſm coloꝛem imitatur argentũ ſed non eius ſoliditatem. Similiter tẽperantia cõponit̃ ex argento viuo bono.i.ex moderatione ⁊ vigoꝛe rõnis regulantis ⁊ ſulphure malo.i.delectatione ⁊ voluntate carnis. Vnde Tullius dicit in rethoꝛica ſua ꝙ temperantia ẽ rationis in libidinem atqȝ in alios non rectos impetus firma ⁊ moderata cohibitio. Nam temperantia pꝛincipaliter pertinet ad impetus animi in delectationem luxurie ⁊ gule. q̃ dicunt̃ delectationes tactus vt ratione regulent̃: ſecundario etiã aliarum cõcupiſcentiaꝝ ſcȝ impetus ſiue motus hȝ moderare. Sed qꝛ rõnis ⁊ ſenſualitatis non fit perfecta cõmixtio quin ſemper ſit ibi aliqua diſſenſio. ideo licet temperantia participationem habeat rationis ſicut ſtannũ coloꝛem argenti. ad ꝑfectam tamen puritatem rationis nõ pertingit. ſicut nec ſtannum ad ſoliditatem ⁊ puritatem argenti. Hec enim reſeruatur homini in reſurrectione beata vbi ſtannum efficiet̃ argentum.i.coꝛpus animale reſurget ſpirituale. qꝛ erit totaliter ſubiectum ſpiritui ⁊ erit ſenſualitas totaliter rationi confoꝛmis. ¶ Secundo ratione fractionis. Vnde dicit Hermes in libꝛo alchimie ꝙ ſtannuȝ omnia metalla ⁊ coꝛpora frangit qbus admixtuȝ fuerit. Et hoc pꝛopter nimiam ſiccitatẽ que ductibilem naturam in eis deſtruit. Sic temperantia ⁊ abſtinentia cõtinuata frangit ſuperbiaȝ ⁊ rebelliones oẽs coꝛpoꝛis. Vnde eccleſia dicit in hymno. Carnis tergat ſupbiã potus cibiqȝ parcitas. ¶ Tertio rõne temperiei perfectõis ⁊ confectiõis. Nam ex ſtãno ſpecula temperãt̃ ⁊ ceruſa ſicut ex plũbo ex eo conficit̃ vt dicit Iſido. Ex qbus ſignat̃ ꝙ tpantia coꝛpoꝛis valet ⁊ adiuuat ad ſpeculationem ſapientie.i.contemplationem mentis. ⁊ ꝙ etiam in contemplatione ⁊ ſpeculatione ſapientie opoꝛtet habere quandam ſobꝛietatem temperantie ſm illud Apo. Non plus ſapere ꝗ̃ opoꝛtet. ſed ſapere ad ſobꝛietatem. ¶ Item qꝛ valet ad conſeruationẽ innocẽtie ⁊ puritatis. quod in ceruſa alba ſignificatur. ¶ Quarto ratione coꝛruptionis. quia ſi quis argentum viuũ cũ ſtãno miſcuerit ſtridoꝛem eius tollit ⁊ albeſcit: ſed poſt modum ad nigredinem ducit ⁊ coꝛrumpit. Poteſt autem in hoc loco aſſimilari hypocriſi que licȝ ex apparentia ſanctitatis videatur argentea. i. pꝛeclara ⁊ pura: tamẽ in veritate adhuc viuit in peccato immũdo. Vnde eſt hypocrita argentũ ratione apparẽtie ſed viuũ.i.nõ moꝛtiſi

dꝫ eſſe in ſua ſpē perfectū per charitatem
ſcꝫ vt elemoſyna in charitate fiat.dico in
ſua ſpē.qꝛ plures ſunt elemoſynarū ſpēs
⁊ modi ſiue coꝛpoꝛaliū ſiue ſpūaliuꝫ. Itē
indiget ſemine oꝑationis bone . De quo
Eccl̄i.xi. Mane ſemina ſemē tuū ⁊ veſpe
re ne ceſſet manus tua.i.bona oꝑa opera
ri ne deſinas ⁊ in mane iuuentutis ⁊ in ve
ſpere ſenectutis.Hoc ſemen dꝫ eſſe matu
rū ad diſcretionez vt ſcꝫ cū debita matu/
ritate ⁊ diſcretione bonū opus fiat . Itē
ſemine diuine gr̄e ſine quo alia nihil va/
lerent.Et de hoc ſemine dr̄.i. Ioan.iij.Se
men eius.i.gr̄a in eo manet.hoc ſemen d̄
bet conſeruari a putredine peccati cum
qua eſſe non poteſt. ❡Secundo indiget
plantatio pn̄ie loco ſibi congruo: Nā ali
us locus competit ploꝛanti vel oꝛanti.ſ.
ſecretus.alius elemoſynam facienti.quia
publicus vbi ſint vel conueniant paupe/
res ſed non publicus ad oſtentationem.
ſimiliter alia loca competūt actiuis ⁊ alia
contemplatiuis.❡Tertio indiget humo
re.ſ.nutrimentali ⁊ cibo temperato vt ſit
quedā abſtinētia.ſed tñ diſcreta.❡Quar
to indiget aere mediocriter tēperato.In
aere enim qui multarum varietatum eſt
ſuſceptiuus penitens intelligitur ſpiritus
qui temperatus eſſe mediocriter debet.
Quia nec nimis calidus vt aliquid ſibi ſu
pꝛa vires aſſumat tanq̄ pꝛeſumptuoſus
nec nimis frigidus vt.ſ.ſpiritualia ⁊ ſibi
congruentia negligat tanq̄ ſit accidioſus
ſed debet eſſe per diſcretionem oꝛdinate
temperatus.❡Tertio differunt arboꝛes
in partibus ſcꝫ partium ſuaꝝ multitudi/
ne ⁊ paucitate. magnitudine ⁊ paruitate
foꝛtitudine ⁊ debilitate.Cuius diuerſitatꝭ
cā eſt diuerſitas humoꝛis.q in aliq̄bus eſt
lacteus vt in ficubus.⁊ talis in latuꝫ et in
longum eſt ad ſe diffundenduꝫ idoneus.
In quibuſdam vero eſt viſcoſus.vn̄ nec
ad extenſionem aptus.In quibuſdaꝫ ve/
ro eſt acutus qui ex ſua foꝛtitudine ad
multam extenſionem eſt aptus. Et rari/

tas arboris accidit propter inſufficientiá humoris. ſpiſſitudo vero propter ſufficientiam caloris ad condenſationem humoris. Quaſi autem humor lacteus quo paruuli. i. incipientes nutriũtur eſt deuotio actiuorum. Sed quaſi humor acutus ⁊ ſubtilior eſt contemplatiuorum in quibus etiam eſt caloris charitatis habũdantia. Et ideo tales habent partes ideſt ramos operum plures per frequẽtiam. maiores. i. longiores propter perſeuerantiaꝫ ⁊ fortiores propter conſtantiam ſiue patientiá. Sꝫ quaſi humor viſcoſus eſt amor proprius auarorum qui ab eis non ſeparatur nec faciliter ad alios extenditur. Unde deficit in eis calor ⁊ charitas quia charitas non querit que ſua ſunt. Et idõ eorum partes ⁊ rami ideſt opera ſiue dona ſunt pauciora minora ⁊ debiliora.

¶ Quarto differũt arbores in frondib⁹. Et primo in frõdium variatione. qꝛ quedaꝫ arbores ſiue pláte habent folia aſpera propter dñium terreſtreitatis ⁊ ſiccitatis. Quedá vero hñt folia leuia propter equalitaté aque humectantis ⁊ ꝓportionẽ debitá caliditatis. Sic ſupbi in qbus dñatur amor terreſtris ⁊ ſiccitas. qꝛ carẽt humore pietatis hñt folia. i. verba aſpera hoc ẽ ꝯtumelioſa ⁊ alios aſpantia. Sꝫ illi qui humectanť aqua diuine ſapie in qbus exiſtit debita caliditas charitatꝫ ⁊ beniuolẽtie hi hñt folia. i. verba lenia ⁊ dulcia. ¶ Jtẽ differũt arbores i folioꝝ durati õe. qꝛ quibuſdá arboribus folia cito cadunt propter humoré rarum nõ vnctuoſuꝫ ⁊ cito ſiccabilem. Jn quibuſdam vero permanent diu propter cáᷓm contrariam. Siĺr in illis quibus deeſt vnctuoſus humor grẽ ⁊ deuotiõis cito cadunt folia. qꝛ cito deſerunt promiſſa. Ná ſicut faciliter ṽbis ꝓmittunt. ita faciliter ⁊ cito a ꝓmiſſis deficiũt. Sed illi in qbus ecõtrario eſt grã ⁊ deuotio firmi ſunt in ꝓmiſſis. ⁊ iſti ſũt ſicut arbores ex quib⁹ folia nõ cadũt. ps. Et foliũ eius nõ defluet. Vñ tunc folium defluit qñ facit cõtrariũ eius quod aliis dicit. ¶ Jtem folia arboruꝫ differũt in figuratione. Quia quarũdam arboruꝫ ſunt folia ſtricta quarũdam lata. quarundam acutá. quarundam rotunda. quarũdaꝫ ſciſſa. quarundam ſolida que omnia variantur ẜm varietatem humoris magis vel minus terreſtris vel viſcoſi. ⁊ propter caloreꝫ equaliter vel inequaliter humorem extendentem. ¶ Jn hoc autem ſignificatur ꝙ verba ſiue corrigentium ſiue docentium ſiue conſulentium nõ ſemper debent eſſe vniformia. ſed diuerſificari debent non ſolum in ſubſtantia. ſed etiam in modo proferendi ẜm exigentiam perſonarum negociorum locorum ⁊ temporuꝫ. ¶ Quinto differũt arbores in floribus. Qꝛ quedá arbores florẽt qḋ ẽ ꝑ puri ⁊ ſubtilis humoris exiſtentiam i medulla. Quedam ṽo ſunt que non florent propter nimiaꝫ viſcoſitateꝫ humoris. eo ꝙ ſubtiliari non poſſit. nec propter ſuam vnctuoſitatem in ſubtilem florum ſubſtátiam dilatari vt patet in ficu. Quedam ẽt nõ habent flores propter liquiditatem q̃ nõ poteſt in florum ſubſtantiam coagulari vt patet in palma ⁊ ſimilibus de quibus exẽplificat pħs. Per flores ergo qui ex ſubtili ⁊ puro generátur liquore itelliguntur ſubtiles meditatiões ⁊ pure. ⁊ cõſiderationes contemplantium que requirunt puritateꝫ affectus ⁊ ſubtilitatem intellectus. Unde non in omnibus arboribus. ideſt in omnibus hominibus etiam bonis hec inueniuntur: ex eo ꝙ in qbuſdá licet ſit humor vnctuoſus deuotõis ⁊ gratie tamen eſt groſſus. Quia licet qdaꝫ habeant menté deuotam tamen habent eam ſimplicem ⁊ groſſam. ⁊ ideo non apti ad ſubtiliora contẽplanda. ⁊ licet nõ habeant flores tamẽ poſſunt habẽre dulces fructus ideſt opera ſicut habẽt iſte arbores ficus ⁊ palma. ¶ Jlli auteꝫ in quibus abundat liquidus ⁊ fluidus humor carnis. ideſt amor carnalis multo minus apti ſunt ad flores contemplationis habendos. ¶ Sexta differentia ẽ in fructib⁹. Quia quedaꝫ arbores ſunt infructuoſe que fructus nõ ꝓducunt ẜꝫ folia tm̃ emittunt. Et talibus aſſimilátur mali chriſtiani qui verba confeſſionis fidei habẽt ſed

opera fidei nõ hñt Apoſtolus Thi.j. Cõ-
fitentur ſe noſſe deuꝫ factis auteꝫ negant
¶ Itẽ mali doctores ⁊ prelati qui ſolum
habẽt verba doctrine ſed non opera vi
te. Math. xxi. Dicũt enim ⁊ non faciunt
¶ Item illi qui verbis promitũt vel vo
uent ſed facto promiſſa vel vota non i
plent. De quibus dicitur Eccli. v. Me
lius eſt nõ vouere ꝙ poſt promiſſa vota
ta non reddere. Diſplicet enim deo īfide
lis ⁊ ſtulta promiſſio. ¶ Quedã vͦ arbo
res ſunt fructuoſe. Circa quod notãduꝫ
ꝙ arbor ad fructificandũ indiget triplici
exteriori fomẽto. ſcꝫ humore terre nutri
entẽ. Nam ſm̃ phyloſophuꝫ terra ẽ ma
ter plantarum. eo ꝙ ſuo humore plantã
more matris nutriat. ex quo etiaꝫ nutri
mento. ⁊ humore fructus ꝓducitur. In
diget ẽt ſole hũoreꝫ ſitũ in medulla dige
rẽte ⁊ ꝑparãte. qꝛ humor nutrimẽtalis ñ
poteſt in planta tranſire ad mãꝫ fructuũ
niſi prꝰ calore ipſius plante adiũcto calo
re ſolis decoquatur ⁊ digerat̃ ⁊ ad locuꝫ
emiſſionis fructus attrahatur. Et hic eſt
ꝙ in vere quãdo calor ſolis incipit auge
ri plante folia ⁊ fructus incipiunt emitẽ
quia ſol ſuo calore partes plãte ⁊ humo
res ſtrictoſ a frigore precedẽti reſoluit ⁊
digerit. ⁊ ad loca ďbita attrahit ⁊ deducit
Et hic eſt etiam ꝙ in locis multum a ſo
le remotis plante pauce ſunt ⁊ nõ fructi
ficant. vt dicit Ariſtote. Cuius ratio ẽ ſe
cũdũ Albumaſar. qꝛ illi qui ſunt directe
ſub ſeptentrione diem habent per di
midium annum continue. ⁊ per alium
dimidium annum habẽt noctem. In eſta
te igitur non poteſt ibi creſcere planta ꝓ
pter nimium calorem. nec in hyeme ꝓ
pter maximam frigoris continuationẽ.
ꝓpter quod ſicut dicit Ariſto. planta ibi
generata non habet vires ad fructꝰ pro
ducẽdos deficiẽte cã. Nã calor ꝗ eſt cau
ſa plãtarũ ⁊ fructuũ ĩ vna pte ãni oĩno
modũ excedit. in alia vͦ pte oĩno deficit.
¶ Tertio idiget plãta tẽpore. idiget eniꝫ
hyeme ad humoris ſeminalis agregatio
nem ⁊ vere ad humoris emiſſionem. tũc
enim non eſt frigus vehemens humorẽ
comprimens. nec calor vehementer ad-
durens vel humorem cõſumẽs. Indiget
etiam eſtate ad fructum maturationem
⁊ autũno ad fructuũ repletionem ⁊ cole
ctionem. Sicut ergo planta his tribus i
diget ad fructificandũ. ſic etiaꝫ homo ad
bene operandum ⁊ precipue in operibuſ
actiue vite ſcꝫ calore charitatis cum hu-
more pietatis ⁊ diſcretiõe ſiue oportuni
tate temporis. Omni enim operi ſiue rei
tp̄s eſt vtꝰ dicit Eccli. octauo. Vel ad fru
ctificandũ per opera pñie indiget homo
his tribus. ſcꝫ humore compunctiõis. ꝗ
ſcꝫ eſt plante. i. anime plangẽtis quoddã
nutrimentum. ſcꝫ humor lachrymarũ ſꝫ
illud: ps Fuerũt mihi lachryme mee pa
neſ die ac nocte. ¶ Item feruore dilectio
nis per queꝫ menſ que primo fuerat pec
cato cõſtricta reſoluitur. humor ďuotio
nis attrahitur ⁊ decoquitur dum feruẽſ
efficitur ad bonoruꝫ operum productio
nẽ perducitur. Sed attende ꝙ feruor pe
nitentis vt bene fructificet debꝫ eſſe tem
peratus ideſt diſcretus vt etiam dictũ eſt
ſuperiꝰ. ita vt neqꝫ deficiat per accidie fri
gorem neqꝫ excedat per idiſcretionẽ. In
diget enim hyeme ideſt tẽpore ſuo quo
ſe ab exterioribꝰ ad interiora recolligat:
⁊ vere ideſt tempore quo abũdanter hu
morẽ pietatis ꝑ opera miſericordie emit
tat. Item eſtate in qua per contemplatio
nis meditationem vel orationem ſeipſũ
ad feruoreꝫ accendat. vt ſic fructus matu
ros ideſt opera ꝑfecta exhibeat quouſqꝫ
finaliter ſequatur autumnus ideſt mortꝭ
tempus quo ſue vite ⁊ totius tp̄is fructꝰ
ideſt premia colligat.

¶ Capitulum. ix.

Charitas aſſimilat̃ radici
¶ Primo ratiõe originiſ
Qꝛ ex humore de terra
accõmodato ⁊ caloriſ cele
ſtiſ bñficio radix generat̃:
⁊ a calore celeſti tota penetratur nutrit̃
⁊ conſeruatur. Similiter ex humore de
uotiõis attracto ꝑ feruorem orationis ⁊
beneficio celeſtis caloris. i. ſupni ⁊ increa
ti amoriſ qui ẽ ſpũſſanctus generatur id

eſt diffunditur radix charitatis.ꝛ ab ipſo calore celeſti ideſt ſpiritusſancto nutrit ꝛ cõſeruat. Unde apoſtoli in oratione vnanimiter perſeuerantes ꝛ cum deuotione expectantes ſpũmſanctuȝ acceperunt per queȝ charitas diffuſa eſt cordibus eoruȝ ꝛ nutrita ꝛ cõſeruata Hiere.xvij. Ad humorem mittit radices. ¶ Scdo rõne firmitatis ſiue profunditatis: qꝛ quãto matrici terre profundius ſe infigit tãto fortius arboris ſolidiꝰ ꝛ firmius fundamẽtum exiſtit. ſic quãto charitatis amor ieſt cordi ꝓfundius ꝛ ĩfixius tanto ſpiritualis homo firmiꝰ eſt ꝛ ſolidius fundatus. Unde Apoſt. Ephe.iij. In charitate radicati ꝛ fundati ¶ Tertio rõe vtutis. qꝛ q̃uis radix ſiti ſubſtãtia mollis. tñ fortiſſimos lapides vi caloris penetrat ꝛ effodit. Sic charitatis amor q̃uis per patiẽtiam ſit mollis. Nam molle nõ reſiſtit tãgenti ꝛ ſic ꝑfectꝰ non reſiſtit ledenti ſcilȝ iniuriaȝ pro iniuria reddendo. ſed potiꝰ ei parcit. Item q̃uis ſit per manſuetudinẽ dulcis qꝛ charitas patiẽſ eſt ꝛ benigna eſt tamen fortiſſimos lapides.i. imaniſſimas perſecutiones ſeu cruciatus virtute ſpũſſancti ſuperat ꝛ vicit imo radices diuini amoris in petris duris magis condẽſant. Quia ſcȝ charitatis affectꝰ ꝛ effectus in duris ꝛ aſperis paſſiõibus magis multiplicantur Job.viij. Super aceruũ petrarũ radices eius dẽſabunt. ¶ Quarto rõe actualitatis: qꝛ charitas omni tpe agit ꝛ creſcit. Nã radix tpe hyemali calorẽ ꝛ humorẽ in ſe colligit quẽ vernali tpe foras effundit. Sic charitas tpe aduerſitatis in ſemetipſa pigueſcit. Sȝ ꝓſperitatis tempore alijs ſe effundit ꝛ ꝑ vigorẽ opis primis reuiuiſcit Oſcee.ix. Erũpet radix eius vt libani. Aug. Radix omnium bonoruȝ eſt charitas radix omniũ maloruȝ eſt cupiditas. ¶ Quinto rõne vigoris qꝛ ſcȝ ſicut ex radice ẽ viror arborȝ ita ex charitate meritũ operis. Unũ Grego. dicit in omelia ꝙ ſicut multi arborȝ rami ex vna radice prodeũt. ſic virtutes multe ex vna charitate generantur. Nec hȝ aliqd viriditatis ramꝰ boni operis ſi nõ manet in radice charitatis. Hiere.xij. Plantaſti eos ꝛ radicem miſerunt proficiunt ꝛ faciunt fructuȝ Grego. quiſquis in charitatis radicem ſe infert nec a viriditate deficit. nec a fructu inaneſcit. ¶ Itẽ charitas aſſimilatur cypreſſo. ¶ Primo rõne ſube. Eſt.n. ſubſtantia ſimilis cedro qꝛ ſua ſubſtantia eſt imputribilis ꝛ ſemꝑ ſua permanet firmitate. Uidemus aũt ꝙ ligna putreſiũt ex humore aqueo ſuperabundante. Sed hoc modo charitas putreſieri vel corrumpi nõ poteſt. qꝛ aquoſitas.i. vehementia tribulationis non preualet ꝯtra eam Cañ.viij. Aque multe nõ poterunt extinguere charitateȝ. ¶ Secũdo charitas aſſimilatur cyꝑſſo ꝛ hoc ratiõe figure. qꝛ cypreſſus in rotunduȝ eiꝰ ſe erigit. Unũ etiã eiꝰ fructꝰ figuram imitatur. Et ideo cypreſſi coniferi appellant. Rotunditas autem figure perfectionem charitatis ſignificat. Quia figura rotunda ſiue circularis ſm phm eſt perfectiſſima figurarum. Unde rotunditas cypreſſi eſt perfectio charitatis. Et ideo ſm apoſtolum Collocen.iij. Charitas eſt vinculũ perfectiõis. Hec eniȝ virtus eſt que mentem deo ligat ꝛ iungit ꝛ coniungendo ꝑficit. Qd ãt figura cyꝑſſi ſurſuȝ tẽdit ſignat ꝙ charitas ſurſũ trahit Eccl'aſti.l. Quaſi cypreſſus in altitudinẽ ſe tollens. Qd autem figura cypreſſi in conuȝ ſe ſtringit ꝛ acuit ſignificat qꝛ diligentes deum quanto plus in charitate proficiunt ſemꝑ magis ſe reſtringunt. ſcȝ ab illicitis. a ſuperfluis. ꝛ etiam a neceſſarijs. Sic ergo ex figura cypreſſi oſtenditur ꝙ charitas hominem perficit perficiendo erigit. ꝛ erigẽdo ſtringit ꝛ vnit. ¶ Tertio ratiõe redolentie. Eſt eniȝ cypreſſi lignum ſm Iſi. ſuauiſſimum in odore. vnde folia habet licet amara tamen odore vinolẽta vt dicit Plinius. Similiter odor charitatis tam ſuauis eſt deo vt ſine ipſo nihil redoleat. Nam: neqȝ eloquentia: neqȝ elemoſyna: neqȝ ſcientia: neqȝ fides: neqȝ prophetia: neqȝ quodcunqȝ opus ſiue bonuȝ habȝ charitate deficiente meritum apud deuȝ Sicut expreſſe explicando per ſingula.i.

Corinth. tertiodecimo. Apoſtolus oſten-
dit dicens. Si linguis hominum loquar
⁊ angelorum charitatem autem non ha-
beam factus ſum velut es ſonans ⁊c̃. Au-
guſtinus. Charitas ē ſine qua nihil valēt
omnia. ⁊ que vbicunqꝫ fuerit ad ſe trahit
omnia. Charitas ergo tota eſt odorifera.
ita vt eius folia ideſt verba licet amara ⁊
aſpera videantur interdum eſſe in delin-
quentium correptione. tamen odorifera
ſunt in corripientis intentione. ⁊ medici-
nalia ſunt in correcti emendatione. Et iō
Prouerbiorum decimoſeptimo dicitur.
Ꝙ meliora ſunt vulnera diligētis q̃ frau-
dulenta oſcula odientis. Nam diligens
non vulnerat niſi vt medicus qui ſolum-
modo vt ſanet egrotum icidit ⁊ percutit
vlcus. Vel ꝙ cypreſſus habet folia ama-
ra ſed odorifera. ſignificat ꝙ ille q ex cha-
ritate diligit debet delinquentem amari-
care ad penitentiā inducendo. ⁊ puſillani-
mem odore recreare benigne conſolādo
¶ Quarto ratiōe vmbre. quia cypreſſus
vt dicit Plinius habet vmbram multuꝫ
gratioſam. hec vmbra gratioſa ad quie-
ſcendum eſt gratioſa mors ⁊ requies deū
diligentiū. de qua dicit Pſal. Cum dede-
rit dilectis ſuis ſōmnum ⁊c̃. Vel hec vm-
bra cypreſſi eſt refrigerium anime in quo
per charitatem extincto viciorum ⁊ paſ-
ſionuꝫ eſtu dulciter quieſcit anima in ſui
dilecti fiducia Cant. ſcdo. Sub vmbra il-
lius quem deſiderabam ſedi. Vel vmbra
charitatis eſt protectio diuina quam di-
lectio dei ⁊ proximi que ſūt quaſi ale cha-
ritatis acquirunt. Pſal. ſub vmbra ala-
rum tuarum protege me. ¶ Item chari-
tas aſſimilatur caſſefiſtule. ¶ Primo ra-
tione productionis. quia ſcꝫ fructus ē ex
arbore productus. Arbor igitur eſt ſpūſ
ſanctus. Ipſe enim eſt arbor vite in me-
dio paradiſi ideſt media in trinitate per-
ſona. cuius eſt ꝑ gratiā viuificare animaꝫ
ſcḋꝫ illud Ioan. ſexto. Spiritus eſt qui vi-
uificat. Huius arboris fructus eſt chari-
tas Gala. ſexto. Fructus autem ſpiritus
eſt charitas gaudium ⁊c̃. ¶ Secundo ra-
tione augmentationis: quia ſcꝫ caſſafiſtu-
la producit longa ſemina. que ingroſſan-
tur in actione caloris. exterius condēſan-
tur. medulla interius exiſtēte nigra dulci
⁊ humida. ⁊ ad modum faui mellis iteri-
us diſtincta. Sic quoqꝫ etiam charitas
ꝓducit longa ſemina ideſt diuturna ⁊ vſ-
qꝫ in finem continuata opera. Que etiaꝫ
ingroſſantur per augmentum deuotiōis
⁊ condenſantur dum feruenter frequen-
tantur. ſicut ingroſſantur membra cū ꝑ
pinguedinem augentur interius. ⁊ illa di-
cūtur eſſe condenſa vbi ſunt multa ⁊ fre-
quentia. ſicut dicitur condenſa ſilua vbi
ſunt multa ⁊ frequentia ligna. ſed medul-
la interior ideſt intentio ⁊ mens ex chari-
tate operantis debet eſſe nigra per humi-
litatem. Nam nigrum eſt quod parum
oſtendit de claritate. Quia bona intentio
operantis non debet eſſe ad ſui oſtētatio-
nem etiam ſi opus ſit publicum. ſicut ni-
grum etiam ad lucem deductuꝫ non pre-
tendit claritatem ſed obſcuritatem. Vn-
de vt dicit Gregorius. ſic opus ſit in pu-
blico vt intētio ſemper maneat in occul-
to. Item debet eſſe dulcis per benignita-
tem. quia charitas eſt benigna: vt dicit
Apoſtolus. Item debet eſſe humida per
pietatem ſcꝫ vt ſit interius compaſſibilis
⁊ exterius faciliter effuſibilis ad ſubueni-
endum. Quia humiduꝫ eſt paſſibile ⁊ ad
exteriora faciliter fluxibile. Iteꝫ charitas
debet eſſe diſtincta ⁊ ordinata. precipue i
elemoſynis dādis Can. ſcḋo. Ordinauit
i me charitateꝫ. ¶ Tertio ratione electio-
nis. quia illa caſſafiſtula eſt eligenda que
eſt groſſa. quia ſignat multam humidita-
tē ſibi ineſſe. Vnde leuis ⁊ ſonora reijcit
qꝛ vana eſſe dr̃. Eodē mō vera ē ⁊ ꝓbata
ē charitas q̃ ē groſſa per patientiam. Nā
id quod ē groſſum non reſonat: ſed ſub-
tile. groſſum eſt metallum ⁊ ferruꝫ. Et ſic
charitatem habens licet patiatur. nō ta-
mē reſonat alicuius impatientie ſonum
vel vocem redendo. Item que eſt ponde-
roſa ideſt firma per conſtantiam. Nam
vera charitas eſt patiens ⁊ conſtans.
¶ Quarto ratione operationis. qa caſſia-
fiſtulā multa operatur. Nam habet vtu-

tem mollificandi.ꝛ hoc competit charita
ti que inquã emollit dura ꝛ crudelia ſup
boꝛum coꝛda.Unde aſſimilatur etiã igni
cuius carbones ſunt beneficia ei⁹ inimi/
co duro ꝛ ſuperbo impẽſa ſm illud Ro
ma.xij.Si eſurierit inimicus tuus ciba il
lum.ſi ſitit potum da illi.hoc enim faci/
ens carbones ignis cõgeres ſuper caput
eius ideſt hec erũt ſuper caput eius hoc
eſt mentem eius duram tanq̃ carbones
ignis ad molliendum eius duritiam.
Item caſiafiſtula habet virtutem mundi
ficandi.quia charitas coꝛ emundat a ru/
bigine peccati.ꝛ pꝛecipue auaricie Greg.
Tanto amplius peccati rubigo conſumi
tur quanto peccatoꝛis mens magno cha
ritatis igne crematur.Item habet virtu
tem feruoꝛem ſanguinis mitigandi quia
charitas iram mitigat que eſt feruoꝛ ſan
guinis circa coꝛ ſm pl̃m. Nam charitas
non irritatur.Item habet virtutem co/
leram etiam purgandi.quia charitas lu/
xuriam purgat quaꝫ caloꝛ colere incitat
ꝛ inflammat.Item habet virtutem gule
apoſtemata diſſoluendi:q2 charitas gule
delectamentũ diſſoluit ꝛ abijcit.Item ha
bet virtutem ſanguinis purificãdi.Qua/
ſi enim impurus ſanguis eſt ſanguis inui
doꝛum qui ſemper contra pꝛoximuꝫ ma
liuoli ꝛ turbulenti ſunt.Unde per hoc ſi
gnificatur ꝙ charitas inuidiam purgat.
Nam charitas non emulatur.Uel q2 ſan
guis impurus ꝛ grauis ꝛ turbulentus eſt
ſanguis melancolicus. Per hoc ꝙ pur/
gat ſanguinem impurum ſignificatur ꝙ
purgat accidiam ꝛ triſticiam ꝛ grauedinẽ
ſpiritus.ꝛ facit eum leuem ꝛ ſolicitum.
Item charitas aſſimilatur calamento.qđ
eſt quedã herba ſimilis mente. ꝛ hanc ſi/
militudinẽ declarat.Primo eius gradus
q2 eſt calamẽtũ calidum ꝛ ſiccũ in tertio
gradu.Et ſic ſili mõ etiã a ſacris doctoꝛi/
bus charitatis gradus tres eſſe ponunt.
Quia eſt charitas incipiẽtiũ ꝛ ꝓficientiũ
ꝛ pfectoꝛũ ꝛ in quolibet gradu lꝫ nõ vni
foꝛmit.tñ aliquo mõ ẽ calida ꝛ ſicca i effe
ctu.q2 calefacit mẽtẽ.ꝛ deſiccat carneꝫ id
eſt carnales fluxus. ¶ Secundo declarat
illam eius virtus quia calamentũ habet
virtutem diſſoluendi ꝛ conſumendi: Si
militer ꝛ charitas diſſoluit mentis duri
ciam ad bonum ſuſcipiendum.conſumit
humoꝛis mollicieꝫ.i.fluxibilitateꝫ ad ma
lum.Unde per charitateꝫ efficitur mens
humana mollis ꝛ facilis ad bona.ꝛ dura
ꝛ difficilis ad mala. ¶ Tertio hoc oſten/
dit eius effectus. Nam calamentum ſup
fluitates humidas in coꝛpe deſiccat. ꝛ h
competit charitati in quãtuꝫ excludit vi
ciũ gule. ¶ Item calamentum libidinem
frenat.quod multo magis cõpetit chari/
tati que caſtitatẽ diligit ꝛ libidinem odit
¶ Item inteſtinoꝛum ꝛ ſtomachi doloꝛẽ
ſanat quod competit charitati in quãtũ
ſedat viciuꝫ ire quod eſt cuꝫ interioꝛi do
loꝛe.Item moꝛſus reptiliuꝫ curat. quod
competit charitati in quãtũ reſiſtit moꝛ/
ſibus inuidoꝛum ꝛ detractoꝛum.Iteꝫ cõ
tra reumaticas ꝛ frigidas cãs iuuat qđ cõ
petit charitati in quantum expellit ab
anima humana frigus accidie.Item con
tra lepꝛam iuuat.hec lepꝛa eſt auaricia q̃
fere omnia membꝛa eccleſie inficit. Nam
a minoꝛi vſqꝫ ad maioꝛem omnes auari
cie ſtudẽt.ꝛ hoc eſt ex defectu charitatis.
quia qui diligit mundũ non eſt charitas
patris in eo vt dicitur.j.Io.ij. Item cala
mentum venenum ad exterioꝛa euocat.
quod competit charitati que venenũ no
ciuũ ſuperbie de coꝛde extrahit ꝛ abijcit
Item charitas aſſimilatur carice q̃ eſt fi
cus ſicca a copia ſic vocata. ¶ Primo q2
carica confert ſenibus. Nam carice a ſe/
nibus in cibum ſumpte dicuntur eos de
fendere ne ruget eoꝛuꝫ cutis. Ratio hu/
ius eſt quia rugoſitas accidit in ſenib⁹.q2
membꝛa a naturali humido deſiccata in/
trinſecus contrahuntur ꝛ obꝛigeſcunt.ꝛ
pellis coꝛrugatur frigoꝛe ꝛ induratur.
Sed carica humida eſt ꝛ calida: ꝛ pꝛopt
humiditatem non permittit membꝛa cõ
trahi.ꝛ propter caliditatem nõ permittit
a frigoꝛe cõſtringente coꝛrugari. Per ſe/
nes autem intelligũtur illi qui diu pecca
ta cõtinuant.in his deſtituti ab humoꝛe
deuotiõis ꝛ abundante in eis frigoꝛe ini/

quitatis ſcʒ ꝓpter defectuʒ caloris cha
ritatis non ſoluʒ interius contrahuntur
mēbra ꝑ retractionē a bōis ſʒ ēt pellis.i.
ↄuerſatio extior coꝛrugat̄ dforma ⁊ im/
mutat̄.Sʒ charitas repellēdo frig⁹ mali/
cie ⁊ replēdo aiaʒ deuotiōis pinguedine
ꝓhibet contractū mēbroꝛū.i.retractatio
nem a bonis ⁊ rugoſitateʒ pellis.i.defoꝛ
mitateʒ exterioꝛis conuerſationis. ¶ Se
cundo quia carica cōfert debilibus. habʒ
eni debiles confoꝛtare ⁊ ratione ſapoꝛis
quia eſt iter fructus dulcioꝛ ⁊ ratione cō
plexionis bone qꝛ calida ⁊ humida. Sic
charitas iter omnes virtutes plus debi/
litatem anime roboꝛat ⁊ cōfoꝛtat. Et ipa
etiaʒ enumerat̄ ab apoſtolis inter.xij.fru
ctus ſpiritus Gal̄.v. Inter omnes illos
dulcioꝛ reperitur. Ipſa etiam eſt calida ꝑ
inflammationeʒ ⁊ humida per compaſ/
ſionem vel lachꝛymarum deuotionem.
¶ Tertio quia carica confert tenuibus.i.
macilentis.quia ficus ſicce multū ſangui/
nem groſſum generant ⁊ multum impin
guant. Similiter charitas multū ſangui/
neʒ.i.multum meritum generat.i.adijcit
anime. Unde ⁊ multum impinguat eam.
Quia diligentibus deū omnia cooperā/
tur in bonuʒ vt dicitur Ro.viij. Quarto
confert vocibus quia carica pectus mū/
dificat.tuſſim ſedat.⁊ vocem clarificat. Si
militer charitas pectus.i.coꝛ mundificat
⁊ tuſſim ſpiritualeʒ ſedat.⁊ vocem clarifi
cat.ſiue in confeſſione peccati ſiue in lau/
de dei.ſiue in exhoꝛtatione pꝛoximi. Itē
charitas aſſimilatur mēte.que licet frigi/
da ſit ⁊ ſicca tamen habet virtuteʒ diſſol/
uendi confoꝛtandi.⁊ appetituʒ pꝛomouē
di. Similiter charitas frigida eſt inquan/
tum extinguit ardoꝛeʒ auaricie. ⁊ ſicca in
quantum deſiccat humoꝛeʒ luxurie. Un/
de habet virtuteʒ diſſoluendi ſcʒ amoꝛis
mūdi vincula.⁊ confoꝛtandi coꝛda debi/
lia.⁊ pꝛomouendi deſideria ſancta. Iteʒ
mente cocta in aceto fetoꝛes minuit.pur
gat gingiuas putridas.matricem mundi
ficat ⁊ cōfoꝛtat. Item decocta in vino do
loꝛē viſcerum ⁊ renum placat. Dicit eniʒ
Iſaac.ꝙ abominationem amputat ⁊ ſin
gultū ſedat. Que etiam omnia congruūt
charitati:que tollit fetoꝛem oꝛis.i. viciū
gule.⁊ mūdat matricem.i.viciū luxurie ⁊
placat doloꝛem viſcerū.i. viciuʒ ire. ⁊ am
putat abominationeʒ.i.viciū accidie:que
ſpirituales delicias abominat̄ ⁊ faſtidit.
Itē ſedat ſingultū.i.vicium inuidie. Naʒ
ille cui aliquis inuidit dr̄ ei eſſe in ſingul
tum.i.in diſplicentiam ⁊ in ſcandalū. ps.
Pax multa diligentibus legeʒ tuam ⁊ nō
eſt illis ſcandalum.

¶ Capitulum.x.

Caro humana aſſimilatur
feno.ſʒ illud Iſa.xl. Om
nis caro fenū ⁊c. Dicit ibi
dem gloſa ꝙ fenū naſcen
do hʒ viroꝛem.creſcendo
hʒ decoꝛem.⁊ habet vltimo floꝛem. ſed
tandem ſiccatū ſolis ardoꝛe redigitur in
puluerem. ¶ Item pꝛeciſuʒ ⁊ ſiccū nutri/
mēto eſt aliquando deputatū. Similiter
humana caro naſcēdo habet viroꝛeʒ vi
te creſcendo decoꝛem foꝛme. ⁊ poſt aug/
mentū quādoqʒ floꝛem foꝛtune ⁊ tempo
ralis gloꝛie. Sed ſolis ardoꝛe.i.grauis tri
bulationis vl̄ īfirmitatis feruoꝛe ſiccata.
ideſt exhauſta redigit̄ in puluerē vel moꝛ
tis vel infime deiectionis. ¶ Item hoc fe/
nū ideſt coꝛpus per moꝛteʒ pꝛeciſum ⁊ ꝑ
totalem pꝛiuationem vite pꝛeſentis ſicca
tū ſicut quando eſt in ſepulchꝛo clauſuʒ
vel humatū ipſum efficit̄ nutrimētū ani
maliuʒ.i.eſca vermium. Eccl.x. Cum mo
riet̄ homo hereditabit ſerpentes beſtias
⁊ vermes. Unde v̄ſificatoꝛ quidam dicit.
Poſt hominē vermis poſt vermeʒ fetoꝛ
⁊ hoꝛroꝛ. Sic in non hominem vertitur
omnis homo Bernar.ſuper Canti. Cur
carnem pꝛecioſis rebus impīguas ⁊ adoꝛ
nas quā poſt paucos dies vermes deuo
rabunt in ſepulchꝛo ⁊ animam tuam bo
nis operibus non adoꝛnas que ēt deo ⁊
angelis pn̄tanda eſt in iudicio. Cur aiam
tuaʒ vilipendis ⁊ ei carnem pꝛeponis: do
minam ancillari ⁊ ancillaʒ dominari ma
gna eſt abuſio. ¶ Iteʒ caro aſſimilatur ta
xo.que taxus ē arboꝛ venenata ex cuiꝰ
ſucco fiunt venēa.⁊ cuiꝰ vmbꝛa doꝛmi

entibus ſub ea eſt moꝛtifera. Dicit enim Diaſc. ꝙ lignum hoc ſi ignem arripiat. inextinguibilem ignem ſeruat. Habet. n. taxꝰ principaliter hec tria. ſcꝫ venenoſū ſuccū moꝛtiferū vmbꝛaculū. inflāmabile lignum. Succus taxi eſt carnis delectatio que animā venenat. ſed vmbꝛa taxi ē carnalis vita ſiue conuerſatio que animam necat. ſm illud Roma. viii. Si ſm carnē vixeritis moꝛiemini. Sed ignitio taxi eſt concupiſcentie vel fomitis iflāmatio que in perpetuū durat. Poteſt enim in hac vita fomes peccati mitigari ſed non extingui dum ſcꝫ homo eſt i carne coꝛruptibili. Licꝫ in beata virgine ex pꝛiuilegio gratie. pmo quidem in ſua ſcificatione ſcꝫ in vtero matris ſue fomeſ dicatur fuiſſe nō ſm eſſentiam extinctus ſed manſiſſe ligatus. Deinde in conceptione filii credendum ſit ꝙ totaliter fuit extinctꝰ. In aliis tamen hominibus cōmuniter ſemper viget. pꝛopter qđ ſemper eſt in eis aliqua repugnantia carnis ad ſpūm. Et ideo dicebat Apo. ad Ro. vii. Inuenio aliam legē in membꝛis meis repugnantē legi mentis mee Hierony. in quadam epiſtola.
Nos geſtamus laqueū nobiſcum. circūferimus inimicū. carnem noſtrā: loquoꝛ de peccato nutritā coꝛruptam nimis ipa oꝛigine. ſed multo amplius pꝛaua conſuetudine viciatam. Hinc eſt ꝙ tam acriter aduerſus ſpūm ꝯcupiſcit ꝙ aſſidue murmurat ⁊ impatiens eſt diſcipline. ꝙ illicita ſuggerit. ꝙ nec ratiōi obtemperat. nec vllo timoꝛe inhibetur.

Capitulum. xi.

Caſtitas cōtinentie aſſimilat cinamomo. Pꝛio ꝓpter geituram. Nā cinamomū verū iter arboꝛeſ ⁊ tribulorū vepꝛes ⁊ rupeſ denſas gignit: ⁊ ideo cū magna difficultate colligitur. In quo ſignificatur. ꝙ cōtinentia carnis nō in mollicie delicioſe vite gignit vel ſeruat ſed in aſpꝛitate pnie ⁊ i auſteritate abſtinētie. Vnde dicebat Apo. i. Cori. ix. Caſtigo coꝛpus meū ⁊ in ſuitutē redigo ⁊c̄. Iſido. li. ii. de ſūmo bono. Sex ſūt que incoꝛruptam ſeruant caſtitatem. ſcꝫ ſobꝛietas: operatio: aſperitas cultus. cohibitio ſenſuum cauta. ſermonis honeſtas: euitatio opoꝛtunitatis. Vnde patet ꝙ cum magna difficultate continentia conſeruatur vel habetur. Nam ſicut dicit. Aug. lib. iii. ſermonū ſuper Mathe. Iter omnia certamina xpianoꝝ durioꝛa ſunt pꝛelia caſtitatis. Nam ibi continua pugna ⁊ rara victoꝛia. Vnde dominus Math. xix. cum diſcipuli dixiſſent ei. Si ita eſt hoi cū vxoꝛe: nō expedit nubere. non oēs capiunt verbū iſtud ſed qbuſ datum eſt. In quo arduitatē cōtinētie dñs oñdit q2 ab eius cōſecutione deficit hoium virtus cōis. Scđo pp ſtaturam. q2 cinamomū ē virgultum in india vel ethiopia tantūmodo duorū cubitorum. Subtiles enim ⁊ replicatoſ habet culmos crocei vel nigri coloꝛis. Duo ergo cubiti cinamomi ſignāt duos gradus continentie. vnꝰ ē abſtinere ſe ab illicito coitu q oībus competit ēt inconiugatis. Alius eſt abſtinere. a licito. ſcilicet etiam a coniugio vel cōiugali vſu. ⁊ iſta continentia nō eſt omniū ſꝫ paucoꝝ vt patet ex verbo dñi ſupꝛadcō. q2 nō oēs capiunt verbū iſtud. Culmi autem cinamomi ſubtiles ⁊ replicati qui ſunt crocei vel nigri. ⁊ terminatio arboꝛis ⁊ ramoꝝ ſunt perfectiones continentium: Conſiſtunt ergo perfectiones continentiū in ſubtilitate cōtēplatiōis i replicatōe dilectiōis. vt ſcꝫ habeant dilectionē dei ⁊ pꝛimi. ita vt amoꝛ pꝛoximi idē reflectat i deū qđ ē cū ipſe pꝛimꝰ ꝓpter deū diligit. ⁊ iterū amoꝛ dei i pꝛimū repēdat. ſcꝫ vt q diligit deū diligat ⁊ fratrē ſuū. Itē nigrēdie hūilitatis: q2 .ſ. niger coloꝛ vtutē hꝫ viſū ꝯgregādi: qđ ſpectu aliaꝝ vtutū ꝯpetit hūilitati. Q2 q ceteraſ vtuteſ ſine hūilitate ꝯgregat q̄ſi puluerē in ventū poꝛtat. vt dicit Greg. Sꝫ pꝛecipue humilitaſ debet caſtitati adeſſe q2 ſicut Grego. in Moꝛa. dicit Nulla eſt caſtitas carnis quā nō cōmendat humilitaſ In croceitate feruoꝛ deuotioniſ ſignificatur. ex eo ꝙ color croceus itenſionē caloris demonſtrat. Vnde aues que calidiſſi

me cōplexionis ſunt extrema habēt cro cea. vt pedes atq; roſtra quod accidit ex abundantia humoris ſicci ꝛ calidi quez natura eiicit ad extrema. ꝛ propter hoc ſic colorant̄. Et ſil'r color croceus interi⁹ ſignat intenſionē caloris ex diſtēperātia ſanguinis in epate. Ergo moraliter illi habēt colorem croceū qui habent feruo rem intenſum ſcʒ ad deuʒ ꝛ ad proximū. ꝛ hic eſt charitatis color. ſine quo nihil caſtitas valet. Nā ſicut dicit Bernar. ca ſtitas ſine charitate eſt lampas ſine oleo. ſubtrahe oleum lampas non lucet tolle charitatem caſtitas nō placet. Ex oibus ergo colligit̄. ꝙ illoꝝ continentia eſt per fecta qui ſunt caſti in carne ſubtiles in cō teplatione. replicati in dilectione nigri ꝛ deſpecti in ſui humiliatione ꝛ feruidi in deuotione. ℭ Tertio ꝓpter fracturam. qꝛ quando cinamomū frangit̄ quoddaʒ de eo ſpiramen ad modū nebule emittit̄. Unde culmi eius fracti reddunt viſibile ſpiramētū. Fractio aūt cinamomi. i. caſti tatis eſt peccatum luxurie in quo eſt ſpi ramentum ſenſibile qꝛ. ſ. in actu luxurie euaporat ſenſibiliter de corpore multuʒ de ſpū ꝛ naturali calore ꝛ ideo coitus de bilitat corpus vt phyſici dicūt. Sed mul to magis ab aīa dum per peccatū luxurie caſtitas frangit̄. euaporat ab aīa ꝛ perdit̄ ſpūalis gratia ꝛ calor charitatis. Et ideo poſt peccatum aīa remanet debilis. ita vt tentationibus carnis poſtea ſuperueniē tibus reſiſtere non poſſit. ℭ Quarto ꝓpt̄ ſiccaturā. qꝛ. ſ. cinamomū nō redolet. ni ſi ſiccum. Unde opʒ ꝙ areſcat ad hoc vt odorē reddat vt dicit Plini⁹. Sil'r niſi ca ro areſcat ꝑ abſtinentiā ab humore luxu rie. non reddit deo odorē continētie. De hoc odore dr̄ Ecci. xxiiij. Sicut cinamo mū ꝛ balſamū aromatizans odoreʒ dedi Balſamū eni cōiūgitur cinamomo. qꝛ ſi cut per cinamomum continentia. ita per balſamum abſtinentia ſignatur. Naʒ bal ſamuʒ corpora mortua incorrupta ſuat qꝛ quantum diſſoluit tantum conſumit ꝛ ideo abſtinentiā recte ſignat. que a mul tiplici corruptione tam infirmitatum ꝙ̄

ſuperfluitatum corpora mortalia conſer uat. ꝛ quantum reſoluit de humore pin guedinis tantum conſumitur de humo re ꝛ vigore libidinis. Unū cinamomo bal ſamum ſubiungitur. qꝛ caſtitati abſtinen tia obſequitur. ℭ Quinto propter colle cturam qꝛ cinamomum cum magna dif ficultate colligitur. Ante enim ſolis ortū vel poſt ſolis occaſum nulla licentia col ligendi admittitur nec datur. Unde non colligitur in nocte ſed ſolum in die. Col lectum aūt cum fuerit ſacerdos metam diuidit ꝛ partem deo deponit reliquam mercator emit. Quod aūt cinamomum non de nocte ſed tm̄ de die colligitur ſi gnificat ꝙ cōtinentiam diligens nō amat latibula tenebroſitatis. qꝛ hec luxuria q̄ rit Job. xxiiij. Oculus adulteri obſeruat caliginem. Nam ſicut habet caliginoſum animū ita querit tenebroſum locum. Sʒ continēs diligit dieʒ honeſtatis ſm̄ illud Roma. xiij. Abiiciamus opera tenebra rum ꝛ induamur arma lucis ſic ut in die honeſte ambulemus. ℭ Sexto pro pter menſuram. Attenditur enim in ci namomo duplex mēſura ſcʒ quantitatis ꝛ qualitatis. Quantitatis quideʒ. qꝛ ſum ma bonitas eſt in ſūmitate virgultorum ad longitudinē vnius palmi. quod autē duorum eſt modicum valet. qꝛ modicuʒ habet corticis in quo bonitas eius conſi ſtit. Similiter ſūma bonitas ꝛ perfectio continentie eſt in ſūmitate virgultorum ideſt in virginum puritate. qꝛ virginitas tenet in carne ſūmitatem. i. extremitateʒ. Eſt enim quaſi radix coniugium. mediuʒ viduitas. ſed extremum ꝛ ſūmum virgi nitas. Unde hec extremitas eſt tantum vnius palmi ad differentiam cōiugij qđ eſt quaſi duoruʒ palmoruʒ qđ ſcʒ in vtro q; coniuge menſuram exigit debite ho neſtatis: Item viduitas eſt duorum pal morū. Quaſi enim vnū palmum habuit dū in ꝯiugio fuit. aliū vo opʒ ꝙ habuerit dum vidua remāſit. Nam in vtroq; ſta tu debita quedā menſura reqrit̄ habēde honeſtatis. ꝙꝙ aliter ꝛ aliter. Sed virgi nitas vnū ſolū hʒ. qꝛ videlʒ honeſtaꝫ mē

ſurá in ſūmo ſemper vniformiter tenet.
Alia eſt cinamomi menſura in qualitate
duplici quá hȝ.qꝛ cinamomum vt dicit
Plato eſt calidum in tertio gradu ⁊ ſiccū
in ſcdo.Similiter in continentibus vt ſe
conſeruare poſſint opoꝛtet eſſe triplicēȝ
gradum caliditatis ideſt triplicem amo/
ris. Nam tres latrones theſaurum queȝ
habemus in vaſis fictilibus ideſt i fragili
bus coꝛpoꝛibus tollere moliuntur.ſ.mū
dus qui perſequitur.caro ideſt carnis ap
petitus qui blanditur ⁊ diabolus qui la/
tenter decipere ⁊ inuiſcare nititur. Sed
contra hec omnia defendit amoꝛ dei ſi ta
men vt dicit Bernardus ſit amoꝛ foꝛtis
vt ſcilicet non frangatur a mundo perſe
quente. ¶ Item amoꝛ dulcis vt nō attra
hatur a carne blandiente. ¶ Item amoꝛ
ſapiens vt non decipiatur a diabolo inſi
diante. Et eſt triplex gradus caliditatis
cinamomi.ſed adhuc neceſſarius eſt tri/
plex grad⁹ ſiccitatis ideſt duplex modus
abſtinentie coꝛpus deſiccantis. vnus qui
deſiccet carnis humoꝛem ſubtrahendo
ei cibum ſcȝ ieiunium.alius ſubtrahēdo
ſiue temperando potū ⁊ hic eſt ſobꝛietas
Nam luxurioſa res eſt vinuȝ.⁊ ideo ſub
trahendū.ſicut dicit Valerius maximus
ꝙ vini vſus romanis feminis olim inco
gnitus fuit ne ſcilicet in aliquid deterius
pꝛolaberentur. Pꝛoximus enim intem/
perantie gradus a libero patre ad incon
ceſſam venerem eſſe conſueuit. vel ſalteȝ
eſt temperandus ſm illud Apo.j.Thi.v.
Modico vino vtere pꝛopter ſtomachū
¶ Septimo pꝛopter electuram. Nam il/
lud cinamomum eſt eligendum qd ē ſub
tile.⁊ acutū habens ſapoꝛeȝ dulcedini in/
ter mixtū cum multa aromaticitate ⁊ co
loꝛe ſubruſum. In quib⁹ ſignificat̃ ꝙ ele/
ctoꝛū cōtinentia eſt cum ſubtilitate abſti/
nentie cū acumine pꝛudētie.cuȝ ſapoꝛe ⁊
dulcedine deuotiōis interne. cū aroma/
ticitate ⁊ odoꝛe mūdicie ⁊ cum rubedine
charitatis inflāmāte. ¶ Item qꝛ caſtitas
amat tenuitateȝ cibi ⁊ ſobꝛietatem potus
aſſimilatur lenti que amat terram tenuē
magis ꝙ̃ pingueȝ.⁊ aerem ſiccum magis
ꝙ̃ humidum. Similiter enim caſtitas ma
gis diligit victus tenuitatem ꝙ̃ delitiarū
pinguedinem qꝛ perit caſtitas in delicijs
ſicut Bernar.dicit. ¶ Item poti⁹ ſobꝛie
tatem potus ꝙ̃ nimiam vini humiditatē
vt dictum eſt ſupꝛa. Et ideo nazarei dn̄o
conſecrati non ſoluȝ mente ſed carne vi
num nequaꝙ̃ bibebant.

¶ Capitulum.xij.

Contemplationis ⁊ oꝛatio
nis continuatio animam
in melius pꝛouehit ⁊ a ca
ſu peccati pꝛotegit Cuius
exemplum apparet in oli
uis.de quibus dicit Pli/
nius ꝙ ꝙ̃diu ſunt in arboꝛe nō pereunt
ſed quanto diutius ibi ſunt tanto melio
res fiunt. Semper enim vt dicit nouas
vires reſumūt ⁊ difficili⁹ ide cadūt: Qua
ſi aūt oliua ſuſpenſa in arboꝛe eſt anima
leuata in contemplatione vel oꝛatione.ꝗ
quanto diutius ibi poteſt perſiſtere tan/
to manifeſtius eſt eam magis in deo pꝛo
ficere.quanto qȝ ibi melioꝛ ſit tanto diffi/
cilius cadit in peccatū. vel quāto aliquis
continuat quietatē contemplationis tan
to difficilius inde cadit.i.tanto moleſtius
recedit. ¶ Item cōtemplatio aſſimilatur
mandragoꝛe. Pꝛimo pꝛopter ſuauitateȝ
odoꝛ[. Mādragoꝛa eniȝ ſic ē dicta.eo ꝙ
mala.i.poma habeat mire redolētia Cā/
tico.vij. Mādragoꝛe dederūt odoꝛē ſuū
in poꝛtis noſtris. Hanc herbam quidaȝ
fingūt habere radicem humane perſone
ſimilem.ſed contrarium dr̄ in Platone.
Quaſi aūt poma mandragoꝛe ſunt ſtu/
dia contemplatiue vite que multuȝ redo
lent deo. Et ideo Gen̄.xxx. Rachel que
contemplatiuā vitam ſignat mandrago/
ras a lya accepit ⁊ ſibi viri thoꝛū ⁊ filioꝝ
partū conceſſit. Quia.ſ.vita actiua que ꝑ
lyam ſignatur viro ſuo ideſt deo in labo
ribus ⁊ doloꝛibus preſentis vite fructifi
cat.qui per partū filioꝛum ſignificātur ꝑ
quibus Rachel mādragoꝛas obtinet.qꝛ
ſcȝ contemplatiua vita ſuauia deo ⁊ gra
ta valde ſtudia poſſidet. Et iō dic̄ Pꝛoſꝑ
in libꝛo.j.de vita contēplatiua. Actiua ꝟi

ta hꝫ ſolicitum curſum contẽplatiua gau
diū ſempiternū. In hac acquirit̃ regnuꝫ.
in iſta percipit̃ hec facit pulſare bonoꝝ
opeꝝ velut q̄buſdā manib⁹ ianuā. iſta vo
cat conſūmandos in patriā. In hac cõtē
nit̃ mūdus. in illa videbit̃ de⁹. ¶ Scd̃o ꝓ
pter inſenſibilitatē ſaporis q: hui⁹ h er-
be cortex vino imixtus ꝛ potat⁹ hoiem
inſenſibilē facit. Vñ illis quoꝝ corpus in
cidendū eſt dat̃ ne dolor ſentiat̃. Nā ſicut
dicit Diaſco. iſta potata vt dictū ē ita dor
mire facit ꝙ oēs dolores cõpeſcit ita vt
nec ferri nec tp̄is ſentire dolorē quis poſ
ſit. Sic continue contemplationis ituit⁹
cū vino etiam diuini amoris atqꝫ eterne
cõſolationis admixtus abſtrahit animaꝫ
quandoqꝫ a ſenſibilibus ſicut ſm̄ Augu.
fuit abſtractus Paulus in raptu. Et ideo
dixit ſcd̃e Corin. xij. Siue in corpore ſiue
extra corpus neſcio. deus ſcit. Vnde ipſa
contẽplatio eſt que ſanctos martyres dū
ſecarētur ꝛ vrerent̃ ꝛ mortibus afficeren
tur varijs ita iſenſibiles fecit vt nihil de
illis penis curarēt tanꝗ̄ ſi eas nullaten⁹
ſentirēt. Aſpiciebant enim per contẽpla
tioneꝫ deum remuneratorē. ¶ Tertio cõ
templatiua vita aſſimilatur mādragore
propter fecūditateꝫ prolis. q: ſm̄ Conſtā
tinū ꝛ Pliniū mādragora dr̃ prebere ſe-
minis virtuteꝫ ad concipienduꝫ. ꝛ hoc ſi
ex nimio calore matrix ſit impedita. q: cū
hec herba frigida ſit ꝛ ſicca matri cem ad
conuenientiam reducit: ꝛ ſic ad cõceptuꝫ
diſpōit. ꝓpter ꝙ mulieres frigidas nō iu
uaret ſed poti⁹ impediret. Sic contem-
platio celeſtis premij dū ad bene opandū
ſolicitat ipſaꝫ animam fructibus merito
rū fecūdat. ſi tamen non ſit in cõtemplan
do anima per accidiam vel negligentiam
frigida. Item contemplatiua vita actiue
addita fecūdiorem eam facit ſcꝫ operib⁹
bonis ꝛ facit etiaꝫ eam perfectius opera
ri. Cuius exempluꝫ ē in ficu. q: ficus ſicut
Iſi. dicit remedio cuiuſdā arboris q̄ vo-
catur caprificus dicitur fecundari. Eſt. n.
caprificus ficus nunꝗ̄ matureſcēs. ſꝫ qd̃
in ſe non habet alijs tribuit. Naꝫ ſi capri
fici ſurculus cortici ficus inſix⁹ fuerit eaꝫ
fecundaꝫ efficit ꝛ citius matureſcere facit
Caprificus ergo ſiue ficus ſilueſtris eſt cõ
templatiua vita q̄ ſiluas ꝛ ſolitudines di
ligit. Sꝫ velut ficus domeſtica que ad ma
nus hominū exiſtit ꝛ nutrimentū fruct⁹
tribuit homo actiu⁹ ē. qui per miſericor
die opera tribuit paupib⁹ vite nutrimē
ta. ꝛ in frequētia ꝛ multitudine hominū
eſt eius habitatio ꝛ vita. Sꝫ ſi radici eiuſ
.i. cordi ſurculus caprifici ideſt ꝯtẽplatio
nis affectus ꝛ ſancte orationis ſtudiū in
feratur ad fructus bonoꝝ operū ꝓducē
dos fecūdior ꝛ maturior efficitur ideſt ꝑ
fectior q: plura ꝛ magis cõpleta opatur
Naꝫ fructus eſt completus qñ eſt matu
rus. Sed adhuc notādum eſt ꝙ cõtēpla
tiui cuſtodiēdi ſunt maxie ab accidie fri
gore. Et in h̃ iterū aſſimilant̃ arbori fici.
q: ficus eſt arbor tenera ꝛ delicata. ꝛ ideo
facile a frigiditate leditur ꝑcipue quādo i
cipit germinare. propter quod verſus aq
lonem raro vel minus ꝓficiūt ꝛ citi⁹ are
ſcūt timētes aq̄lonaria frigora. Sic quia
cõtemplatiua vita facit cor tenerū ꝑ affe
ctionē amoris ꝛ delicatū ex nutrimēto ce
leſtis ꝯſolationis facile ledit̃ a frigore aq
lonis. i. ab accidia quā malign⁹ ſpūs im-
mittit qui dixit. Sedebo i mõte teſtamē-
ti in laterib⁹ aquilonis. Hec ēniꝫ vbi cor
ſubintrauerit rigiduꝫ ꝛ frigiduꝫ facit. Ri
gidū quideꝫ. i. inflexibile ad compaſſionē
ꝛ frigidū ad opationē ꝛc̃. ¶ Iteꝫ contem
platiua vita aſſimilatur nuci muſcate.

¶ Primo propter continentiā. Quia eſt
circūdata quadam pellicula. tenuiſſima. i
fra quā eius continetur ſubſtantia: Sic ſi
mili mō etiā vita ac mēs cõtēplatiua oꝫ
ꝙ captiuetur ꝛ icludatur in fide ideſt no
titia. que tamen tenuiſſime attingit ad di
uina ꝛ ſuperna. ꝛ ideo eſt tenuiſſima pelli
cula ideſt tenuiſſima notitia diuinorum.
ſꝫ nihilomin⁹ eſt ſufficiēs ad ſaluādū nu
cis medullā. i. ad ſaluādū aiaꝫ. Secūdo ꝓ
pter excellētiā q: nux muſcata tāto ē me
lior quāto ē pōderoſior ꝛ in odore ſuaui
or ꝛ ſapore acutior. Sic ꝯtēplatiu⁹ homo
tāto eſt melior quanto eſt ponderoſior ꝑ
mentis ſtabilitateꝫ. q: grauia ꝛ pōderoſa

difficulter mouent̃ ⁊ firmi⁹ ſtabiliũtur.⁊ quãto odore ſuauior ꝑ conuerſatõis ſanctitatez.⁊ quãto ſapore acutior per ſapiẽtie ſubtilitatez. ¶ Tertio ꝓpter efficaciaz quia nux muſcata hꝫ virtutez calefaciendi.⁊ ſtomachũ ꝯfortandi.ventoſitates extenuãdi.dolorem capitis auferendi. Silr̃ cõtemplatio inflãmat amãtẽ.ꝯfortat opãtẽ expellit vẽtũ.i.vanitatẽ.⁊ aufert dolorẽ exteriorẽ infundẽdo interiorẽ cõſolationẽ. Juxta illud pſ̃. Secundum multitudinez doloꝝ in corde meo conſolationes tue letificauerunt animam meam.

¶ Capitulum.xiij.

Cor hois ſpũalis dꝫ aſſimilari radici. Nam radix vt arborẽ nutriat dꝫ eſſe viua fixa ſolida ⁊ humida. Silr̃ cor hois vt ipꝫ ſpũaliter nutriat dꝫ eẽ viuũ ꝑ fidẽ.qꝛ iuſtus ex fide viuit vt dr̃ Hebreo.x. Vñ dr̃ Prouerbi.iiij. Omni cuſtodia cuſtodi cor tuũ qm̃ ex ipſo vita procedit. Scdo dꝫ eſſe fixum per ſpem pſ̃. Paratũ eſt cor eius ſperare in dño ⁊c̃. Jtem dꝫ eẽ ſolidum per charitatẽ Apo. Ephe.iij. Jn charitate radicati ⁊ fundati. Stulti autez peccatores extra charitatem exiſtẽtes habent cor confractuz eccli.xxj. Cor fatui q̃ſi vas cõfractũ ⁊c̃.ſed charitas exigit integrum ⁊ ſoliduz Luce.x. Diliges dominum deum tuuz ex toto corde tuo ex tota anima tua.⁊ ex omnibus virib⁹ tuis. Jtem vt ſit humiduz per deuotionez vl̃ pietatis compaſſionez Hie.xvij. Ad humorẽ mittit radices ſuas. Jſaie.i. Oẽ cor virens ⁊c̃. ¶ Jtem cor ſerui dei debet eẽ ſicut ſemen roſe. Nam in medio roſe eſt ſemen minutuz croceum ⁊ valde odoriferum. Hoc ſemẽ in medio roſe eſt gratia dei in corde.quod eſt minutuz per humilitatez Mathei.xj. Diſcite a me quia mitis ſuz ⁊ humilis corde Grego. Semper conſciẽtia ſm̃ deum humilis ⁊ triſtis debet eſſe.vt.ſ.per humilitatem non ſuperbiat ⁊ per vtilez merorez cor ad laſciuiaz nõ diſſoluat. Jtem debet eſſe croceum ꝑ charitatez. Deutero.xx. Circũcidet dominus cor tuuz ⁊ cor ſeminis tui vt diligas eum ex toto corde tuo ⁊c̃. Jtem debet eẽ valde odoriferꝫ per orationis ⁊ deuotionis ſuauitatez. Apoca.v. Habentes phialas plenas odoramẽtorum que ſunt oratiões ſanctorum Jſido. Oratio cordis eſt non labioꝝ tantũ. Jſte fumus ſiue odor orationis procedens ex feruore cordis mirabiliter virtutẽ demonis ꝯſtringit. Thobie.vj. Cordis eius particulã ſi ſuper carbones poſueris.fumus eius extricat omne genus demoniorum.

¶ Capitulum.xiiij.

Correctio ſeuera peccati aſſimilat̃ carduo. ¶ Primo rõne figure qꝛ cardu⁹ herba ẽ aculeata hñs haſtas ⁊ in ſummo capitella habens ſpinoſa. Per haſtas aculeatas itellige correctionẽ grauiorem flagelloꝝ ⁊ huiuſmodi. Sed per capitella ſpinoſa itellige correctionẽ aſperoꝝ verborũ.ſ.pungitiuorum que.ſ.mentem delinquenti excitando ad propriũ ſenſuz reducit. Eccli.xij. Qui pungit cor ꝓfert ſenſum. Jtẽ Eccles.xij. Verba ſapientũ ſicut ſtimuli ⁊ quaſi claui in altũ defixi ⁊c̃. Grego.in regiſt. Clauis atqꝫ ſtimulis verba ſapientuz comparantur.quia culpas delinquentium neſciunt palpare ſed pungere ¶ Secũdo ratione efficacie quia ſuccus cardui capillorũ fluxum curat. Similiter ſeuera correctio capillos capitis.i.virtutes mẽtis conſeruat ⁊ confirmat. Nam dũ vnius vicium ſeuere corrigitur alter ne defluat timore ſeruat̃. Jdemqꝫ qui flagellatur dum de vno vicio corrigitur ab alio ꝯſeruat̃ Job.x. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum ⁊c̃. ¶ Tertio ratione medicine. Eteniz cardui ſunt matrici perutiles quia ſcilicet correctio aſpera ad penitẽtie gratiaz reuocat.que ſcilicet eſt vt matrix in qua peccator penitens iterato cõcipit̃ ⁊ formatur in eſſe ſpirituali. Jtẽ carduus mulieres plurimũ iuuat.⁊ ad litterã correctio aſpera neceſſaria ẽ omnino mulieribus ifrunitis. Et adhuc talis correctio neceſſaria eſt mulierib⁹.i. mentibus que

nimis molles ⁊ fragiles ſunt ad peccādū Naʒ ſicut dicit Caſſio. iniquitas mortalium ſine fine vagaretur. ſi eam medicialis icrepatio minime reſecaret. Et ideo ſicut idem Caſſio. ſup ps. xxx viii. dicit Occurrendum ē ne tractu temporis intemperata malicia conualeſcat ⁊ vires iniquitati diſſimulatio vl' indulgentior gratia ſumministret. Sed clariꝰ audita correctio doceat impericiam ⁊ compeſcat audaciam.

¶ Capitulum. xv.

Cupiditas aſſimilatur radici. Primo quia p radicē arbor terre īheret ⁊ ab ea humoreʒ accipit ꝗ nutrit. Unde ſm Phm. radix habet oris officiuʒ. quia per eaʒ planta ſuſcipit nutrimentum ſicut animal p os. Similiter per cupiditatem anima inheret terrenis. Et ſicut planta mediante radice nutrit terre humido. ſic cor hominis mediante cupiditate paſcitur terreno lucro Unde cupiditas eſt os cordis inſatiabile Prouer. xxx. Tria ſunt inſatiabilia. infernus ⁊ os vulue ⁊c. Sene. xxv. epiſto. Vidiſti aliquando canem fruſta panis aperto ore captantem. quicquid accepit protinꝰ integrū deuorat. ⁊ ſemper ad ſpem futuri hiat. Ideʒ euenit nobis quicquid expectantibus fortuna pĭecit id ſine vlla voluntate dimittimus. ſtatiʒ ad rapinam alterius erecti ⁊ attoniti in epicuroꝝ iſtud chaos incidimꝰ quod inane ⁊ ſine termino eſt. ¶ Secundo. quia radix ſeqtur cōplexioneʒ terre in qua naſcitur. ⁊ ſic cupiditas ſequitur conditionem hominis ī cuius corde concipitur. Unde diuerſa eſt in diuerſis. Nam auarus eſt cupidus de diuicijs. ſuperbꝰ cupidus de dominijs: curioſus de rebꝰ vanis. ⁊ ſic de alijs. Nam in omni peccatore eſt cupiditas immoderata alicuius rei. ⁊ iſto modo conſiderādo cupiditateʒ ſiue maliciam eſt quoddā vitium generale quod icluditur in omnibus vitijs. Et ideo dic̄ Aug. in li. de libero arbitrio ꝙ auaritia ꝗ grece philargiria dicitur nō ſolum in argento vel nummis ſʒ in omnibus rebus que immoderate appetuntur intelligenda eſt Et Grego. dicit in quadam omelia. ꝙ auaritia nō ſolum pecunie ſed etiam ſcientie ⁊ altitudinis eſt cum ſupra modum; ſublimitas ambitur. ¶ Tertio quia radix ē cauſa diuerſarum pullulationū. Naʒ virtute radicis pullulāt ſtipites rami frōdes flores ⁊ fructus. Nihil eniʒ eſt in arbore quod prius non fuerit in radice. Eodē modo multa ſunt mala que pullulant ex radice cupiditatis Apoſt. i. Thi. vi. Radix omniʒ malorum eſt cupiditas. Super quo vbo dicit in omelia Baſiliꝰ. ꝙ cupiditas ē trāgreſſiōis mater: magiſtra nocendi. primipilaria iniqtatis. auriga malicie: ſiccaria virtutum. ſediciōis origo: fouea ſcādalorum. Dicit ergo. cupiditas pecuniarum ⁊ diuiciarum de ꝗ proprie Apoſto. loqt ſicut patet ex eo quod pmiſerat. Qui volunt diuites fieri ⁊c. Idcirco dicit eſſe radix omnium malorū. nō quia omnia mala ex cupiditate ſemper oriātur ſed quia nullum maluʒ eſt quod non interduʒ ex auaritia ſiue cupiditate naſcatur Nam ſicut dicit Innocētiꝰ: hec eſt que ſacrilegia committit ⁊ furta ⁊ rapinas exercet ⁊ predas ⁊ bella gerit ⁊ homicidia ſimoniace vendit ⁊ emit inique petit ⁊ recipit iniuſte negociatur ⁊ feneratur inſtat doli. immiet fraudibus diſſoluit pactū ⁊ violat iuramentum corrumpit teſtimoniuʒ ⁊ peruertit iudicium.

¶ Capituluʒ. xvi.

Deuotio aſſimilatur oleo. Prio qr oleū habet virtutē illuminatiuā. ⁊ ideo infunditur i luminaribꝰ ⁊ ppter h ſignificat dūotionē in puritate ⁊ claritate conſcientie. Et h eſt oleuʒ quod pcipitur offeri. Exo. xxv. ad luminaria continuanda. quia deuotio puritatis ⁊ claritatis conſcientie nutrit in nobis reuelationes diuinas. ¶ Secundo quia oleum habet virtuteʒ aleuiatiuā. ⁊ iō medetur doloribus. Unde oleum deſignat deuotionem in tolerantiā preſentis miſerie. Deuotio etiam paſſionis chriſti conſideratione al

leuiat nobis preſentes tribulatiões Cañ. i. Oleum effuſum nomen tuum adoleſcentule dilexerunt te nimis.i.feruenter vt exponit Ber. ¶ Tertio hȝ oleuȝ virtutem enatatiuam.ꝛ ideo ſuperfertur liquoribus propterea ſignat deuotiõeȝ ex pregustatione celeſtis glorie ps. Dilexiſti iuſticiã ꝛ odiſti iniquitatẽ propterea vnxit te deus oleo letitie pre cõſortibꝰ tuis Et eſt notandum ꝙ oleum iccirco aliiſ liquoribus ſuperfertur videlicet qꝛ modicum habet terreſtreitatiſ multum acreitatis.i.aeree leuitatis. Et ſic deuotio iterna tãto magis animam eleuat ad celeſtia degustanda quanto minꝰ habet de terrena cupiditate ꝛ plus abũdat in aerea leuitate.ideſt diuina charitate. Nam charitas amor eſt qui animam alleuiat ꝛ ſurſuȝ leuat. Unde dicit. Augu. ſuper ps.lxxxv. nõ putreſcit cor ſi leuetur ad deum Frumẽtũ tuũ ſi hřes i īferioribꝰ ne putreſceret leuares illđ ad ſupiora. Frumẽto tuo immutare queris locũ ꝛ cor permittiſ iterra putreſcere: frumentum leuares ad ſupiora cor leua in celum Et vñ inquit poſſuȝ g funes ꝗ machie ꝗ ſcale opꝰ ſũt: Gradꝰ effectuſ eſt.iter tuũ voluntas tua eſt amãdo aſcendis.negligendo deſcendis.ſtans in terra in celo es ſi diligis deum.

¶ Capitulum.xvii.

cipiendum ſubtiles ad intelligendum ⁊
ſpiſſas. i. frequentes conſiderationeſ diui
norum. ¶ Item carnis laſciuia aſſimila/
tur hyrundini que ē auis vaga clamoſa
⁊ picturata: ſic carnales ⁊ laſciue mulieres
ſunt vage in diſcurrendo ⁊ in circunſpici
endo ſunt clamoſe in cantando vel cōtē
dendo: ſunt etiam ſe picturantes compo
nendo ⁊ orando. Proverbiorum. vij.
Garrula ⁊ vaga.

¶ Capitulum. xiiij.

Cogitatiōes terrene faciūt
incidere animam in laque
um diaboli. Nam aues ad
eſcam deſcendentes ⁊ circa
terram volantes citius ca
piūtur q̄ ille q̄ in alto vo/
lat. Sic homines per carnales ⁊ terrenas
cogitationes citius capiuntur a diabolo
q̄ p celeſtes. Prouer. i. Fruſtra iacitur re/
te ante oculos pennatorum. Gloſa. Laq̄
os diaboli facile euadit in terris qui ocu/
los ſemper habet in celis. ¶ Item cogita
tiones immunde abundant in cordibus
peccatorum ſed non in cordibus iuſtoꝝ.
Sicut enim maior multitudo muſcarum
ſolet reſidere ſuper ſcabioſum q̄ ſuper ſa
num. ita cogitationeſ immunde magis ſi
per peccatores q̄ ſuper iuſtos. ¶ Itez co
gitationibus immundis maxime infeſtan
tur homines deuoti. Nam vnctum locū
inuadunt muſce ⁊ inquinant. Sic demo
nes illos quos vident habere gratiam ni
tuntur inquinare prauis cogitatiōibus.
Eccleſiaſtes. x. Muſce morietes. i. cogita
tiones imunde perdūt ſuauitatez vnguē
ti. i. meritum bonoꝝ opeꝝ ſiue deuotio/
nem orationis. ¶ Item apes ſuper flores
reſident ⁊ inde attrahūt mel. Sic iuſti de
eternis bonis cogitant ⁊ tamē attrahūt
dulcedinem. Sed muſce loca imunda fre
quentāt deturpāt ⁊ ſic imunde cogitatio
nes homines peccatores.

¶ Capitulum. xv.

Coniugij honeſtatē quere
re ⁊ ſeruare docent exem
pla auiū: inter omnia ēni
animalia volucres i gene
rationis ordine ſequunt
maxime honeſtatez. Na
mares cū ſolicitudine feminas querunt
inuentas diligunt pro ipſis pugnant ⁊ pe
riculis ſe exponūt ⁊ eis cōiugali q̄ſi tāq̄
federe ſe coniūgunt ⁊ fetus ab ipſis pro
creatos ſolūmodo paſcunt. Ex quibus
quidem colligitur q̄ circa coniugalem
ſtatū nos aues quiq; modis inſtruūt. Pri
mo enim exemplo auiū debēt viri qui
vxorari volunt femias bōas ſolicite que
rere in vxores: q2 ſcriptum eſt Prouer.
xviij. Beatus eſt q inuenit mulierē bo
naz: quā ſcz cū qs vult inuenire debet ei
querere non ſicut laſciuꝰ ⁊ vanus qui nō
q̄rit i vxore niſi pulchritudinez. Eſt eni
pulchritudo i muliere ſi ſit ſine prudētia
⁊ bonitate plus cōtēnēda q̄ appetenda.
Quia vt dicitur Prouer. x. Circulus au
reus i naribus ſuis mulier pulchra ⁊ fa
tua: ⁊ ideo in hominibꝰ q̄uis vtrūq; ſit
oneroſū ſcilicet pulchram ſeruare ⁊ tur
pem habere, tamen magis eſt tolerabile
turpem habere q̄ pulchrā ſeruare. Na
ſic dixit aureolꝰ phs. Pulchra cito ada

[illegible]atur turpis facile cōtēnitur. Difficile eſt cuſtodire quā omnes amant: moleſtum ē poſſidere quam nemo dignatur habere. Minori tamen miſeria deformis habetur ꝙ formoſa ſeruetur. ❡ Item qui vult inuenire bonā: debet eam querere non ſicut auarus qui non querit niſi diuitias in vxore. Quāuis dicat theophraſtus ꝙ pauperem vxorem alere difficile eſt: diuitem vero ferre eſt tormentū. Tamen ſalomon dicit ꝙ melius ē ducere vxorē pauperem ⁊ pacificā ꝙ̄ diuitem ⁊ litigioſam Prouer. xxi. Melius eſt ſedere i angulo domatis ꝙ̄ cum muliere litigioſa ⁊ in domo cōmuni. Unde ēt Chryſoſto. dicit ſup Matheū. Tu iuuenis qñ vxorē ducere vis noli querere diuitem ſed bene morigeratam, qꝛ boni mores diuitias ſemper acquirunt. Diuitie āt bonos mores nūꝙ̄ fecerunt. glorioſior eſt paupertas fideliū ꝙ̄ diuitie peccatoꝝ. Unde cū interrogaſſet quidam themiſtidem pħm cuinam filiam ſuam daret in vxorē an pauperi ſꝫ ſcientia ⁊ moribus ornato: an locupleti parum probato. Reſpondit: malo hominem indigentem pecunia. ꝙ̄ pecuniam indigentem homine. Debet igitur qui bonā vxorem cupit inuenire querere eam ſicut prudens ⁊ diſcretus ſcilicet attendēdo ad mulieris bonitatem. Eccleſiaſtici. xxvi. Mulieris bone beatus vir: non dicit mulieris pulchre vel diuitis. ſed bone ❡ Item attendendo ad mulieris prudentiam ⁊ diſcretionem. Prouerbiorum. xix Domus ⁊ diuitie dantur a parentibus: a domino autem proprie vxor prudens.
❡ Item attendendo ad mulieris progeniē dicit Chryſoſtomus ſuper Matheum. ꝙ ille qui vult vxorem accipere debet conſiderare ſi habet ambos parentes bonos vel ambos malos vel vnum bonum vel alium malum. Si ambo ſunt bo ni ſecure eam accipiat ſi ambo mali omnino eam dimittat. Si vero alter bonus ⁊ alter malus quid facturus ſit timeat. Uerumtamen ſi pater eius ſit bonus ⁊ mater mala magis conuenit timere. Si vero econuerſo minus: propterea quia pueri magis conſueuerunt conſeruari cum matribus ꝙ̄ cum patribus ⁊ per conſequēs magis imitari mores maternos ꝙ̄ paternos. Secundo docent aues coniuges honeſte diligere ſicut ipſe aues cōpares mutuo ſe diligunt: ſed cauendū eſt in coniugibus ne ſit amor nimius vel inhoneſtꝰ.
Nam ſicut dixit Sextus in ſententijs adulter quidem eſt in ſua vxore amator ardentior: in aliena quippe vxore omnis amator turpis: ⁊ in ſua nimius nihil turpius ꝙ̄ amare vxorem quaſi adulteram.
❡ Item ne ſit amor nimius zelotypꝰ. Eccleſiaſtici. ix. Ne zeles mulierē ſinus tui. Et eiuſdem. xxvi. Dolor cordis ⁊ luctus mulier zelotipa. Debet igitur eſſe amor honeſtus ⁊ ordinatꝰ. Ephe. vi. Uiri diligite vxores ſicut chriſtus eccleſiam. ❡ Tertio inſtruunt aues coniuges tueri ⁊ defēdere. Nam aues pro eis pugnant ⁊ periculis ſe exponunt. Debent autem ſe mutuo defendere coniuges: non ſolum ab iniurijs corporalibus: ſed etiam ⁊ vicijs ⁊ inhoneſtatibus quod ſit quādo vnꝰ cōiugum alium male viuentem corripit ⁊ caſtigat. Si enim vxor ſit male morigerata ſicut dicit Chryſoſtomꝰ ſuper Matheum tribus modis a viro caſtigari debet primo docendo ipſam ſm deum. Si autem timorem dei non ſentit improperando vt vel hominem erubeſcat: ſi autē nec pudorem ſentit frequenter confuſa faciat illi quod precipit Salomon. Cor durum in baculo percute. Quia igitur dicit Chriſoſtomus. Sepe proficit doctrina iuſticie. Primo admōe: deinde cōfunde quoniam frequenter pudor eſt frenum vitiorum: tertio iuſtum eſt vt caſtigetur tanꝙ̄ ancilla que erubeſcere neſcit vt vipera. Si autē vir male ſe habeat: tūc vt docet. Auguſti. in libro. l. omelia. vxor ſua debet eum quatuor modis coercere. Primo admonendo. Secundo obiurgando vt ſi non proſint charitatiue admonitiones faciat duras obiurgationes. Tertio ſi hoc non valeret eccleſiam interpellando: ſcilicet prelati vel epiſcopi auxilium requirendo ma

rime ſi peccatum ipſꝫ notoriū eſt. Quar/
to ad deū recurrēdo per viros ſpiritua
les ⁊ orationes:quia ſaluabitur vir infide
lis per mulierem fidelem vt dicitur pri/
me Corinth. vij. ¶ Quarto aues docent
qualiter ſe debent coniuges ad matrimo
nialem actum coniugere ſcꝫ tantum con
iugali federe ⁊ affectu ſcꝫ intentione ⁊ cā
prolis procreande. Hac enim ſola de
cauſa aues adinuicem ſociantur ſcilicet
ad generationem. ⁊ hinc eſt ꝙ aues quaſi
ſolum generationis tempore videnť eē
in amore. Hinc eſt ꝙ ſolum etiam in con
iunctione carnali inter ſexum ⁊ ſexum
diiudicant exceptis perdicibus que ſe/
xum non ſeruant ſicut dicit philoſophꝰ
in ſexto de animalibus. Unde ſurgit
in perdicibus maſculus in maſculum fe
mina in feminam. Sed ex tali coitu non
fiunt oua pullificatiua: Immo faciunt
oua vento plena ⁊ addit ꝙ ex tali coitu
malus fetor ſentitur. In quo videlicet ex
emplo oſtenditur vicium contra natu//
ram triplici de cauſa deteſtabile. ¶ Pri/
mo propter infructuoſitatem. quia non
eſt ad generationem. Unde in perdicibus
ex tali coitu non generantur oua pullifi
cantia. ¶ Secundo propter inſaciabilitā/
tem. quia facit oua plena vento. Uentus
enim licet repleat: non tamen reficien//
do ſaciat. Sic in huiuſmodi operibꝰ licꝫ
quis ſuum malum deſiderium impleat
tamen non ſatiat. ¶ Tertio propter feto
ris feditatem quia producit malum fe//
torem infamie vel mali exempli. ¶ Itē
aues in opera generatiōis obſeruant tē
poris congruitatem. ſcꝫ tempus veris: i
quo oſtenditur ꝙ non omni tempore eſt
vacandum operi coniugali. Nam in die
bus ſacris vel ieiunioꝝ hmōi nō ē vacā
dum amplexibus. Eccleſiaſtes. iij. Tem/
pus amplexandi ⁊ tempus longe fieri ab
amplexibus. ¶ Item aues tempore gene
rationis nutibus ⁊ vocibus ad amorem
mutuum ſe inuitant: ex quo oſtenditur
coniugale debitum perſoluēdū eſſe vxo
ri ſiue voce ſiue nutu peteti. ¶ Itē aues
pullificant ⁊ pullos generatos educant.
quia tenentur parentes filios alere natu
rales: ⁊ ſi non forte ſm rigorem iuris ci
uilis vel poſitiui tamen ex iure naturali.
¶ Item aues vſqꝫ ad iteratum genera
tionis tēpus ſibi non appropinquant: q
ſcilicet poſt impregnationem quouſqꝫ pa
perit mulier abſtinendum eſt ab vxore.
¶ Quinto docent aues fetus educare: q
fetus ab ipſis procreatos tantummodo
paſcunt communiter. In quo oſtenditur
periculuꝫ adulterij: precipue ex parte mu
lie ris. q: mulier ex adulterio occulto ge
nerans ſtatuit viro ſuo filios non ſuos. ⁊
facit eum alere non genitos a ſe de quo
ſicut de furto ad reſtitutionem tenetur.
¶ Item coniugij honeſtatem ſeruare c
coniarum exempla nos docent: in quib
viuente femina nunꝗ̄ maſculꝰ cauſa co
tus cum alia ſe aſſociat. ſed ſue femine
quo ad nidum ⁊ prolem ſeruat fidem: ſed
ſi in femina adulterij concubitum perſe
ſerit vltra cum ea non habitat: immo
ipſam ſi poteſt trāſuerberat ⁊ necat ſicut
dicit Ariſtoteles. ¶ Item mas feminam
alias ꝗ̄ in nido non calcat: ex quo exem
plo coniuges aperte monentur fidē tho
ri diligenter obſeruare: adulterinos con
cubitus horrere ⁊ euitare ⁊ carnalis ope
ris debitū cū quadam honeſtate ꝑſtare.

## ¶ Capitulum. xvi.

Ontemplatiua vita ⁊ ab
pera abſtinentia ſignat
in illis piſcibꝰ ſeu natanti
bus quorū eſus cōceſſꝰ e
in lege. Moyſi. Dicit eni
Leuit. xi. Omne qđ hꝫ pe
nulas ⁊ ſquamas tam in mari ꝗ̄ etiā i flu
minibus ⁊ ſtagnis comedetis: quicquid
autem pennlas ⁊ ſquamas non habet
eorum que in aquis mouentur ⁊ viuunt
abominabile vobis execrandumqꝫ erit
Ad litteram huiuſmodi natatilia ſcilicet
anguile ⁊ ſimilia prohibita ſunt iudeis
propter exceſſuꝫ humiditatis. Et piſces
alij conceſſi ſunt tanꝗ̄ ſicciores. Sed mo
ralis cauſa ſiue figuralis fuit quia per pe
nullas ſignatur vita ſubtilis vel contem
platio: per ſquamas autem ſignatur vita

aſpera quorum vtrumqȝ neceſſarium eſt
ad mundiciam ſpiritualiuȝ. ❡ Item con/
templatiui viri ſimiles ſunt auibus mo/
dulantibus que ſiluas amant in arbori/
bus ⁊ fructetis nidificãt: dulciter modu
lantur ⁊ cantant ſuper oua ſolicite cubãt
⁊ pullos diligenter educant; ⁊ tales ſunt
philomene merule ⁊ conſimiles. Sic per/
fecti ⁊ contemplatiui viri loca ſolitaria
diligunt nidum mentis ⁊ contemplatio/
nis quietem in fructetis ⁊ in arborum
ramis ideſt humilium ⁊ piorum exẽplis
⁊ in magnorum ſanctorum actibus ⁊ ve/
ſtigijs ponunt diuinas laudes dulciter
vel voce: vel ſaltem corde quottidie mo/
dulantur ⁊ concinunt. ſancta quoqȝ deſi/
deria mentis cum calore deuotionis fo/
uendo vſqȝ ad complementum operis ꝑ
ducunt, quaſi ſuper oua cubantes et a
ſuo calore fouentes vſqȝ ad pullorūȝ na/
tiuitatem perſiſtunt. Sed tunc quaſi pul/
los diligenter emittunt. concepta bona
non deſerunt ſed ea congruentibus mo/
dis quaſi nutrientes ⁊ alentes ad debitã
perfectionem perducunt. ❡ Item cõtem/
platio hominis in carne viuentis nõ po
teſt eſſe diuturna propter grauedinẽ cor
poris. Eſt enim homo mortalis aui per/
dici ſimilis que ſcilicet eſt multe carnis ⁊
pauce pennoſitatis: ⁊ ideo pauci volatus
Nam in volando parum a terra ſe eri/
git ⁊ ſtatim poſt paululum terram petit.
Similiter quia homo habet in vita iſta
multum de corporis grauitate ⁊ imbecil/
litate. ⁊ paruȝ de pennoſitate ideſt de vir
tutum ſpiritualium leuitate. ⁊ ſi aliquan/
do a terrenis ad celeſtia capienda per
contemplationis volatum ſurgere niti/
tur corruptibilis tamen carnis pondere
vel infirmitate grauatus poſt modicum
ad inferiora reuertitur. Unde dicitur Sa
pien. ix. Corpus quod corrumpitur ag/
grauat animam ⁊ deprimit terrena inha/
bitatio ſenſum multa cogitantem. ❡ Itẽ
contemplatio diuinorum tentationum
impulſos fugat ⁊ ſeuientis ſeculi procel/
las ſedat. quod patet altionis exemplo.
Altio enim vt dicit Ambroſius auis ma

ritima eſt que quaſi in medio hyemis ꝙ
do magis ſcilicet mare ventorum ac flu/
ctuum tempeſtatibus ſeuit oua ſua in lit/
tore maris ⁊ arena facit ⁊ ibidem verſus
mare reſpiciens per ſex dies ſuper ea in/
cubando perſiſtit: poſt quos naſcunt pul
li: quibus natis ad eos nutriendos alios
ſeptem dies adiungit: ⁊ per omnes hos.
xiiij. dies mare tranquillum permanet ⁊
ſecurum. Unde induſtria naute hos. xiiij.
dies ſerenitatis ad nauigandū obſeruant
⁊ eos alcionidas vocant vt dicit Ambro
ſius. Si eſt ergo tanta virtus auicule vt
ſue contemplationis intuitu mare ſeuiẽs
tranquillum efficiat quanto magis ſi ra/
tionalis anima ad imaginem dei facta ad
eternum ac immutabile bonum interio/
res oculos contemplando vel orando
direxerit: mare ſiue cordis fluctuantis. ſi/
ue mundi ſeuientis tranquillum protinꝰ
atqȝ pacatum habebit. Iob. viij. Tu quo/
qȝ ſi diluculo conſurrexeris ad deum et
omnipotentem fueris deprecatus ſtatim
quoqȝ euigilabit ad te ⁊ pacatum reddet
habitaculuȝ iuſticie tue. Docet ⁊ nos hec
auicula vt propter perſecutiões vel ten/
tationes ſurgentes neqȝ bona timeamus
aggredi: nec etiam vſqȝ ad perfectum ea
negligamus proſequi. Non enim auis
hec quia mare procelloſum viderat aut
ſe ponere ad oua cubanduȝ in littore me
tuit: aut etiam vſqȝ ad debitam pulloruȝ
nutritionem recedit.

❡ Capitulum. xvij.

Continentia caſtimonie cõ
fert ad longitudineȝ vite.
Quod in vulturibꝰ patet
quos dicunt ɔcubitu nul
lo commiſceri ⁊ ſine om/
ni concubitu pullos gene
rare ⁊ centuȝ annis viuere vt dicit Iſido
rus. Ex quo colligitur ꝙ diutius viuunt
qui a carnalis operis reſolutionibus ſe
reſtringunt. Nam ſm philoſophum ani
malia que ſunt multi coitus vt paſſeres
⁊ huiuſmodi ſunt breuioris vite. Unde
nota ꝙ luxuria minorat vitam corpora/
lem: dehoneſtat vitam ciuilem: ⁊ necat vi/

tam ſpiritualem propter primuz dicitur Luce.xv. De iuuene prodigo & laſciuo qui diſſipauit ſubſtantiam ſuam non tantum perſonalem:ſed etiam temporalem viuendo luxurioſe. Eſt enim in actu luxuria euacuatio humidi & expiratio calidi. in quibuſ duobus vita conſeruatur. Et ideo ex frequentatione actus venerij vigor & vita corporis eneruatur. vnde Hugo de ſancto victore. Luxuria inquit eſt immoderata carnis petulantia: dulce venenum importuna lues pernicioſa potio:que humanum corpuſ debilitat & virilis animi robur eneruat. Et Innocentius dicit de vtilitate conditionis humane. O inquit extrema libidinis turpitudo que non ſolum mentem effeminat:ſed corpus eneruat & non ſolum fedat animam ſed fedat perſonam. Omne namq; peccatum quodcumq; fecerit hõ extra corpus ſuum eſt. qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat:ſemper illam precedunt ardor & petulantia:ſemper comitantur fetor & immundicia ſemper ſequuntur dolor & penitentia. ¶ Itẽ luxuria dehoneſtat vitam ciuilem : quia tollit homini gloriam inferens ignominiam & infamiã. Vnde dicitur de luxurioſis Yſa.xxxiiij. De cadaueribus eorum aſcendet fetor ſcʒ infamie. Vnde. Valerius dicit in libro.ix. de vicijs carnalibus loquens. Quid inquit his vicijs fedius. quid etiam damnoſius. quibus virtus atteritur. victorie relãgueſcunt. ſopita gloria in infamiam conuertitur. animi & corporis vires expugnantur adeo vt neſcias an ab hoſtibus an ab illis capi perniciofius habendum ſit. ¶ Item luxuria perimit vitam ſpiritualem. Ro. viij. Si ſm carnem vixeritis moriemini. Hiero. Qui luxuriatur viuens mortuus eſt. Etiam ferreas mẽtes libido domat que maiorem in virginibus patitur famem. duʒ dulciuſ putãt eſſe qđ neſciũt. ¶ E cõuerſo aũt chaſtitas ſiue continẽtia dies vite multiplicat. Job.xxix. Quaſi palma multiplicabo dies meo[illegible] per palmã intellige victoriã carnis que per cõtinentiã habetur

¶ Item vitã ciuilem exornat & nobilitat. Vnde Ciprianus de.xij.abuſiõibus. Pudicitia inquit eſt ornamẽtũ nobiliũ:exaltatio humiliũ nobilitas ignobiliũ. pulchritudo viliũ ſolamẽ merentiũ: augmẽtũ oĩs pulchritudinis:decꝰ religiõis minoratio criminis multiplicatio meritorum creatoris omnium dei amica. ¶ Itẽ corroborat & cõſeruat vitam ſpiritualeʒ Romañ. viij. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.

¶ Capitulum.xviij.

Conuerſio non eſt differenda. Nã auiſ videlicet que videt arcum tenſũ & ſagittam paratã nõ differt a uolare. Sed ſic ſagitta parata eſt auem pcutere ſi ſteterit. ſic deus nolentem conuerti. Pſalmi. Niſi conuerſi fueritis gladium ſuum vibrabit arcum ſuum tetendit &c. Sed multi faciunt ſicut auis ſtulta que cuʒ differt a uolare percutitur. Sic multi dum differunt a uolare & ꝓponũt conuerti ſubito moriuntur. Yſa.xxx. Subito dum nõ ſperatur veniet contritio eius. Eccli.v. Ne tardes ↄuerti ad dominũ & ne differas de die in diem ſubito eni veniet ira illiꝰ &c. Ambro. dicit. Aux tibi offeram nõ mihi dicis cras veniã ſed iam exigis:nemo differt nemo excuſat:redẽptio anime promittitur & nemo feſtinat. Et nota ꝙ peccator quãdo nõ conuertitur quãto magis expectatur tanto grauius iudicatur. Vnde Valerius maximus in libro primo dicit ꝙ lento gradu ad vindictã ira diuina ꝓcedit tarditatemq; ſupplicij grauitate penſat.

¶ Capitulum.xix.

Cor hominis prius eſt innouandum & deuotaruʒ orationum odoribus imbuendũ:ꝙ intra ſui thalamum poſſit ſuſcipere deũ. Cuius exemplũ apparet in piſcibus. Nam piſcis in odoriferis naturaliter delectatur, Dicitur enĩ in.iiij.li

bro de animalibus ꝙ quedam genera piſcium odorant ⁊ audiunt: ideo ad noua uaſa citius ꝙ̃ ad antiqua piſcis accedit imo vbi fuerit nouuz raro accedit ad vaſculum antiquū. Sic deꝰ cordis hūani vaſculum non ingreditur quod non prius nouum per penitentie innouationez efficitur. Unde. ps. petijt hanc nouitatem dicens. Cor mundūz crea in me deus ⁊ ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis nec etiam in cordis hoſpitio deꝰ delectabiliter habitat de quo non odor ſuauis deuote orationis expirat. Sed quidem phialē plene odoramētoꝝ ſunt oratiōes ſanctorum Apoč. v.

¶ Capitulum. xx.

c Crudeles homines ⁊ raptores cōmuniter moriūtur famelici ⁊ mēdici. Sūt eni vulturibus ſimiles qui exercitū ſequuntur vt de cadaueribus equorum et hominuz ſatientur. Et ideo dicuntur aliquo nature ſenſu preſentire bellum: ⁊ ſignum futuri belli preexiſtere quando cōſtat eos circa exercitum conuenire. Cum autem ſeneſcit vultur elongatur eius roſtrum ſuperius ⁊ recuruatur in fine ⁊ moritur tādem fame. Sic homines rapaces qui vt lucrentur ⁊ rapiant diligunt guerras ſicut faciunt ſtipendiarij milites ⁊ quidam tyranni potentes: licet forte in iuuētute vel aliquo tempore lucrentur ⁊ abundent in ſenecture tamen vel aduerſitate ſeu infirmitate cū rapere nō poſſint. dū roſtꝝ .i. oris ſui victus neceſſitas creſcit ⁊ lucrum deficit ad paupertatem ⁊ mendicitatem deueniunt ⁊ fame moriūtur. Job. iiij. Tigris perijt ideſt raptor eo ꝙ nō haberet predam. ¶ Itē crudeles debilium hominum ſanguinem ſitientes incidunt frequenter ipſi in manus maiorum ⁊ potentiorum. Unde tales aſſimilantur culicibus. qui dum aliorum ſanguinem ſitiētes ſugere volunt in roſtra irūdinū incidunt que ipſos occidūt ⁊ comedunt. Talibus ergo ſimiles ſunt qui duz minores occidere querunt vel expoliare ipſi maiorum preda vel occiſionis victima ſūt Cuius exemplū manifeſtius in libro Heſter habetur ſcilicet de Aman qui duz ꝓpter Mardochei emulationez iudeos crucifigere voluit ipſe a rege aſſuero i patibulo eſt ſuſpēſus Heſter. iiij. v. vi.

¶ Capitulum. xxi.

c Curioſi ⁊ preſumptuoſi perſcrutatores culicibus aſſimilantur. Nam culex que eſt idem quod cyniſes lucipeta eſt. quia lumen candele vel lucerne libenter videt. Sed dum in lumen minus caute irruit ſe ipſam comburit. Similiter qui diligunt lumen diuine vel humane ſcientie interdum nimis curioſe vel preſumptuoſe perſcrutando dum in ipſum lumen impingunt per alicuius erroris vel elationis incurſuz quaſi ſe ipſos occidūt. Unde. Prouer. xxv. dicitur. ꝙ qui ſcrutator ē maieſtatis opprimetur a gloria. Et ideo ſicut dicit Grego. nazanzenꝰ. Sciētie deſideriuz ⁊ inquiſitio queſtionuz niſi timor dei ꝑceſſerit effrenatos animos in preceps ducit. Ubi vero timor dei eſt ibi obſeruatio mandatoruz ibi carnꝭ expurgatio que ſe velut denſa quedaz ⁊ obſcurior nubes anime obijciens cōſiderare eam diuini radij lumina non ſinit.

¶ Capitulum. xxij.

d Diabolus aſſimilatur buboni. Primo quidem quia bubo ſtercoribus paſcitur. Sic delectatur diabolus immūdicijs peccatorum. Thren. iiij. Qui voluptabātur in croceis ſcilicet demones anteꝙ̃ caderent amplexati ſunt ſtercora ideſt immunda peccata in quibus nunc delectantur. ¶ Secundo quia bubo ad templa de nocte vadit vt lampadarum oleo ſatietur. Templa eniz dei dicuntur quilibet ſancti viri: quorum ſcilicet lampades ſunt eorundem ſanctoruꝫ mentes que plene ſunt oleo gratie ⁊ letitie ſpiritualis huiuſmodi oleo nocte ideſt latenter ⁊ occulte ſanctorum mentes

diabolus ſatagit vacuare ſcilicet vt adue-
niente ſponſo non habeant oleum ſecū
in lampadib⁹:⁊ ſic ab eterni regis nuptijs
excludantur. ſicut accidit virginibus fatu
is Mathei. xxv. ¶ Tertio quia bubo ab
auibus oditur ⁊ ab eis deplumatur. Vo-
lant enim circa ipſum de die ⁊ eum deplu
mant. Sic diabolus oditur a ſanctis tan-
quam aduerſarius: quem aues ideſt ſancti vi
ri ⁊ prudentes de die deplumant quando
eius machinationes malignas clarius co
gnoſcentes eas ⁊ detegunt ⁊ reuelant. Vel
quaſi plume ei adherētes ſunt eius imita
tores quos ſancti viri deplumant dū ta
les ad penitentiam reuocant. ¶ Quarto
quia bubo pugnat cum monedula que ē
auis coruini generis. Nam illa de die de-
ſtruit oua bubonis ⁊ bubo de nocte co-
medit oua eius. Eſt ergo auis velut mo-
nedula humilis penitentia: cuius oua di
ci poſſunt laborioſa penitentis opera.
Sed velut oua bubonis ſunt peccata ad
que oua induxit demon. Monedula er-
go de die deſtruit oua bubonis quia hu-
milis penitentia illuceſcente die gratie de
ſtruit peccata que penitens ex demonis
ſuggeſtione commiſit. Econtra de nocte
deuaſtat bubo oua monedule: quia irruē
te peccati tenebra deſtruit ipſe diabolus
omnia penitentie opera. ¶ Item diabo-
lus aſſimilatur nocticoraci que ſcilicet eſt
auis que lucem fugit: tenebras diligit: ſo-
lem ſuſtinere non poteſt ſepulturas mor
tuorum inhabitat in locis ruinoſis nidi-
ficat oua columbarum deuorat ⁊ cū eis
pugnat: de die quaſi ceca eſt: de nocte acu-
te videt. Nam ſplendor ſolis eius viſum
hebetat. Sic diabolus fugit lucem gratie
diligit tenebras culpe nequit ſuſtinere ſo
lem iuſticie ideſt chriſtū. Vnde dicebant
ei demones Luce. iiij. Quid nobis ⁊ tibi ie
ſu ⁊c. Vel nequit etiam ſuſtinere ſolē ideſt
bonum clare incedentem ⁊ viuentem: ſe-
pulchra mortuorum ideſt fetida ⁊ carna
libus deſiderijs plena corda peccatorum
inhabitat. ¶ Item in locis ruinoſis ideſt
in eis qui tentationibus ſtatim conſenti-
unt ⁊ ad cadendum in peccatum habiles.

ſunt ⁊ proni nidificat. contra columbas
ideſt ſimplices pugnat ⁊ oua eorum ideſt
opera libenter diſſipando deuorat. circa
bona eſt cecus in malis acutus. Splēdor
autem doctrine chriſti eius viſum hebe
tat quia ſubtilitatis eius maliciam totali
ter anullat ⁊ ideo dicit Petrus. Cui reſi
ſtite fortes in fide prima Petri. v. ⁊ Eccle
ſiaſtici. xliij. Refulgens radijs ſuis obcecat
oculos. ¶ Item diabolus aſſimilatur pa
uoni. Pauo enim habet caput ſerpenti
num ſed criſtatum. inceſſum occultū. col
lum modicum. pectus erectum ⁊ ſaphiri
num ⁊ caudam oculatam. Sic diabolus
caput ideſt ſue tentationis principiū ha
bet ad modum ſerpentis: quia ſerpens
vbi caput immitit poſtea totus illabitur
vt dicit Hyeronimus quia vbi principi
um tentationis eius recipitur difficulter
in proceſſu repellitur. ſed habet in capite
criſtam inquantum in principio pretēdit
alicuius boni apparentiam. Non enim
poſſet malum immittere niſi ſub alicuius
boni ſpecie. quia nullus intendens ad ma
lum operatur: habet etiam latentē inceſ
ſum. quia occulte trahit hominem ad in
teritum: collum etiam habet curuum. qz
ſi capit hominem cito deglutit ipſum qz
cito facit hominem qui ei conſentit rue
re in peccatorum profunditatem: pectus
ideſt appetitum habet erectum ſcilicet ſu
perbiam que ſemper excelſa appetit. Ha
bet etiam caudam oculatā quia precipue
ad finem reſpicit, vt ibidem hominem de
cipere poſſit. Geneſis tertio. Tu inſidia
beris calcaneo eius ideſt fini.

¶ Capitulum. xxiij.

Diligentibus feruenter de
um non obſunt ſed po
proſunt quecunqz aduer-
ſa. Vnde aſſimilantur paſ-
ſeribus de quib⁹ dominus
mentionem fecit Mathei
decimo. Multis inquit paſſeribus melio
res eſtis vos. Nā paſſeres calidiſſime ſūt
nature ⁊ ſemina venenoſa iuſquiami ſine
leſiōne comedunt. Quaſi enim calidiſſimi
paſſeres ſunt deum feruenter amantes a

quibus etiaꝫ venenoſa ſemina iuſquiami ideſt aduerſa ⁊ periculoſa mala mundi ſine alicuius leſione periculi patienter ſuſcipiunt. imo tanta eſt diuine dilectionis virtus vt hominibus conuertat in bonū etiam peccati virus. Roma. viij. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonuꝫ Omnia dicit qꝛ proſpera ⁊ aduerſa. proſpera ad vſum. aduerſa ad exercitium vel omnia. ſ. bona ⁊ mala. ⁊ non tantum male pene ſed ⁊ culpe dum ſcilicet ex eis humiliores ⁊ cautiores atqꝫ ſolicitiores reſurgunt.

## ℂ Capitulum. xxiiij.

Doctrina ſanctorum predicatorum eripit homines a deceptionibus demonū Legitur enim qꝫ cerebruꝫ galli in potu ſumptum valet contra morſus ſerpentum. qꝛ demit eorum venenum. Per gallum predicator intelligitur. vt ſuper illud Job. xxxviij. Quis dedit gallo intelligentiam Grego. teſtatur. In cerebri autē partibus precipue radicata eſt ſenſitiue cognitionis virtus. Eſt itaqꝫ velut cerebruꝫ galli ſenſus predicatoris ſancti qui dum per doctrine potum ab audientibus capitur ſerpentis morſus ſeu venenum fugatur. qꝛ antiqui hoſtis deceptio detegitur ⁊ vitatur. ℂ Item gallus repreſentat ſanctorum predicatorum doctrinam etiam in cantu tripliciter. Primo propter diſcretionem temporis. Nam gallus prius horam noctis diſcernit ⁊ poſtea vocem excitationis emittit. Quia ſcilicet predicator ſanctus in ſuis auditoribus. ſ. in tenebroſis peccatoribus prius qualitatem vite cōſiderat. ⁊ tunc demum ad erudiendum cōgruam vocem format. Non enim vna eademqꝫ cunctis exhortatio ꝯgruit. qꝛ nec cunctos par morum qualitas cōſtringit. Sepe autem alijs obſunt que alijs proſūt. Nam plerumqꝫ herbe quedam animalia reficiunt alia occidūt. Leuis ſibulus equos mitigat ⁊ catulos inſtigat. Et medicamentum quod hunc morbum minuit alteri vires iungit. Et panis qui vitam fortiuꝫ roborat paruulorum necat. pro qualitate igitur audientium formari debet ſermo doctorum vt Grego. dicit. ℂ Secundo propter variationem vocis. qꝛ gallus vt dicit Grego. in profundioribus horis noctis valentiores ⁊ profundiores educere cantus ſolet. ſed circa matutinum tempus leniores ⁊ mitiores format voces. Sic predicator ſapiēs quādo loquitur peccatoribus profundatis ⁊ obſcuratis in tenebris peccatorum loquitur terribilius ⁊ auſterius aut de diuinis iudicijs aut de mortis anguſtijs aut de inferni ſupplicijs. Sed quando loquitur illis qui iam illuminantur a deo ⁊ ſunt dei gratie cōiuncti loquitur ⁊ lenius ⁊ ſubtilius ⁊ dulcius. ſ. aut de diuinis miſerationibus aut de internis cōſolationibus aut de internis retributionibus ⁊ ſimilibus. Tertio propter percuſſionē laterum qꝛ gallus cum ſe ad cantandum preparat prius alas excutit ⁊ latera ſua feriens ſe vigilātiorem reddit. Sic predicatores ſancti cum alios vbis ſancte exhortationis monent prius exercitāt ſe in ſanctis actiōibus ne in ſemetipſis torpentes opere alios excitent voce ſed ante ſe per ſublimia facta excutiunt ⁊ tunc ad bene agendum alios ſolicitiores reddūt prius cogitationū alis ſemetipſos feriūt quia quicquid in ſe inutiliter torpet ſolicita inueſtigatione deprehēdūt diſtricta animaduerſione corrigūt ⁊ emēdant. qꝛ anteꝙ vba ſancte exhortationis pferant omne quod locuturi ſunt operibus clamāt. Et ſic patet qꝫ ſicut gallus alas excutit ſe ipſuꝫ percutit ⁊ vocē emittit. Sic predicator ſanctus ſe excutit a malis. ſe percutit ideſt ſolicitat in bonis. ⁊ poſtea vocē emittit ſcilicet predicando alijs Ergo ex predictis omnibus habes ꝗtuor rationes quibus predicator ſanctus aſſimilatur gallo. ſcilicet propter vigorem medicaminis propter diſcretionem temporis propter variationem vocis. ⁊ propter percuſſionem corporis.

## ℂ Capitulum. xxv.

Elemoſynas pauperibus ſaltem de ſuperfluis facere docet exemplum aquile ꝙ

vt dicit Plinius tāte liberalitatis existit. ꝙ predā nisi nimis sit famelica sola non comedit. ſed auibus eam ſequentibus q̄ſi cōmunem exponit ſua recepta primitus portione. Vnde eam ſemper aues alie inſequuntur. ⁊ partem de preda ſua ſibi preſtolantur dari. Vultur vero ecōuerſo ea que rapit ſolus comedit. Et igitur deteſtabilis eſt auarus. qui cibum quez abundanter hꝫ comedere vult ſolus. Quo cōtra beatus Job dicit. Si comedi buccellā meā ſolus ⁊ non comedit pupillus ex ea Job. xxxv. Saltem enim miſerabilis homo poſtq̄ ſaturat⁹ eſt cibo eſuriētes pauperes paſcere deberet de reliquo Vñ Lu. ix. dicitur. Quod ſupeſt date elemoſynaz ⁊ ad hec precipue tenentur clerici qb⁹ bona eccleſiaſtica cōmiſſa ſunt nō ad abutendū pro ſuis conſanguineis. ſed potius ad fideliter diſpēſandū. ſm illud. i. Corin. ix. Diſpēſatio mihi tradita eſt ⁊ ideo de eis dicit Ceſarius in admonitiōe q̄ nō ſoluz decime nō ſunt noſtre ſed ad eccleſias deputate veruz quicquid amplius q̄ nobis opus eſt a deo accipimus pauperib⁹ erogare debemus. Et ſi qd̄ eis deputatuz eſt noſtris cupiditatibus vel vanitatibus reſeruamus quāti paupes in locis vbi nos ſumus fame vel nuditate mortui fuerint nouerimus nos rationem de animab⁹ illoꝝ in die iudicij redituros. Sed nota ꝙ nō ſemper peccat mortaliter q̄ nō dat pauperibus qd̄ ſuperfluum habet. ſed qñ neceſſitas iminet. Quādo autez ſit talis neneſſitas que obliget ad peccatum mortale nō poſſet ratione determinari ſed cōmittitur prudentie vel fidei diſpēſatoris. Vñ ſi bona fide det qñ ſibi videt̄ expedire immunis ē a pctō aliogn mortaliter peccat.

¶ Capitulum. xxvj.

Exaltat aliqñ diabolus hoīez vt in altitudine dignitatꝫ frāgat quē in humilitate ſupare non potuit. Cornicula eniz qñ non pōt frāgere nucem in altuz portat vt ortius cadat ⁊ frangat̄. ⁊ ſic facit aquila de teſtudine. Vñ hoc modo occiſus fuit. Echilus poeta ſicut narrat Valeri⁹. q̄ dū ſederet ſub diuo capite diſcoperto aqla de alto teſtudinē ferens cādore capitꝫ eius decepta. q̄ credidit ꝙ eſſet lapis quidā tādē ſup ipſuz teſtudinē directo diametro cadere vt frāgeretur permiſit. ⁊ ſic dū teſtudinez frāgere voluit cerebrū illius cōtriuit. Sicut ergo aqla teſtudinē vel cornix nucē. ſic diabolus in dignitatez eleuat aliquē quē vincere ante nō poterat vt ipſuz in peccatū deijciat. ⁊ ideo ſtatuit chriſtum ſup pinaculū tēpli Mat. iiij. Job. xxx. Eleuaſti me ⁊ quaſi ſuper ventū ponens eliſiſti me valde.

¶ Capitulum. xxvij.

Exemplū humilitatis ⁊ patientie xp̄i cōtra oēs aduerſitatꝫ pcellas animū forte reddit. Cuius exēplū apparet in quodā piſciculo q̄ hechinus eſt vocat⁹. de quo Ambro. dicit ꝙ dum procellas ventorum ſentit calculum validuz arripit. ⁊ tanq̄ anchoram ne excutiatur fluctib⁹ trahit. ⁊ ſic nō ſuis viribus liberatur ſed pondere alieno munitur. ⁊ contra futuraz tempeſtatē lapidis auxilio ſtabilitur. quod naute aduertendentes ſibi precauēt ne eos turbo preueniat imparatos. Sic qui procellas euadere vult ideſt aduerſitates ſeculi ſeuientis arripiat calculum validuz humilitatis ſcilicet ⁊ patientie chriſti exemplo qui ait. Si mundus vos odit ſcitote quia me priorē vobis odio habuit. Joānis. xv. vnde pria Petri. ij. Chriſtus paſſus eſt p nobis vobis relinquēs exēplū vt ſequamini veſtigia eius. Et iō qui hūc lapidem angularem. ſ. chriſtū accipit in exemplū nullus ei nocere poteſt impet⁹ tempeſtatꝫ. nā ſi paſſio chriſti ad memoriā reuocetur nihil eſt adeo duꝝ qd̄ nō equo animo tolerēt. ſicut Greg. dicit. ¶ Itez exempla ſanctoꝝ q̄ nos pceſſerūt docēt nos diuitias mundi contemnere. Legit̄ eni ꝙ oſſa gallorum ⁊ gallinarum ſunt auro venenus Vnde ſi auro liqueſcenti oſſa huiuſmodi

miſceant ab eis cõſumit. Sunt aũt velut gallo⁊ ⁊ gallina⁊ oſſa fetõ⁊ ⁊ fetã⁊ q mortui ſunt exempla. que quaſi au⁊ deſtruũt dũ nos viuentes ad ipſu⁊ contemnẽdu⁊ inducũt. Eccli. xxxj. Beat⁹ qui poſt aurũ nõ abijt ⁊ Act. iij. dixit Petrus Argentu⁊ ⁊ aurum non eſt mihi ⁊c̃.

¶ Capitulum. xxviij.

Exempla mala p̄latorum ſi fouentur corrumpunt ⁊ inficiunt mores ſubdito⁊. Cuius exemplũ eſt gallus. quia vt Plinius dicit. gallus in vltia ſenectute oua quedam facit parua rotunda ⁊ quaſi liuida. maxime ſi talia oua ab aliquo veneno ſo verme. puta bufone vł huiuſmodi in diebus canicularibus foueant̃ baſiliſcus procreatur. qui tante venenoſitat̃ eſt ꝙ ſolo aſpectu inficit ⁊ occidit. Quaſi ergo ſenex gallus eſt quilibet antiquus p̄latus vel princeps in reuerentia habitus: cui⁹ venenoſa oua ſunt praua ei⁹ opa. ex quibus oritur baſiliſcus aſpectu inficiens. id eſt exemplum peſtiferũ ſubditos corrum pens. p̄cipue ſi fouẽtur ab aliquo venenoſo v̾me idest ſi ſuadent̃ fieri ab aliquo peſtifero ⁊ maligno ſuggeſtore. Auguſti. in libro de paſtore Omnis qui male viuit in cõſpectu eorum quibus prepoſitus eſt quãtum in ipſo ē occidit. ⁊ forte qui imitatur moritur. ⁊ qui nõ imitatur viuit. tñ quãtum ad illu⁊ pertinet ambos occidit.

¶ Capitulum. xxix.

Feruor deuote mẽtis iſurgẽtes tẽtatiões expellit. qđ patet exẽplo vultur]. q ſicut dicit Plini. in tm̃ cõtrariat̃ ſerpẽtib⁹. ꝙ ſi pẽne ei⁹ vrantur ex odore ſerpẽtes fugãtur. Nũc ꝗppe pẽne vrunt̃ vulturis. cu⁊ incendunt̃ ⁊ ferueſcũt meditatiões ⁊ affectiões cordis ſm̃ illud ps. In meditatione mea exardeſcet ignis. Et tunc quoq⁊ ſerpẽtes fugiunt quia tunc demonu⁊ ſuggeſtiões abſcedunt. Unde Greg. in Moral. Si nos virtus deuotionis in intimis aſſicit omnis ſtrepitus p̄raue ſuggeſtiõis obmuteſcit. Uirtus enim deuotionis eſt ipſe feruor affectiõis. Unde Hugo de ſancto victore dicit ꝙ deuotio eſt feruor bone voluntatis. quem mens cohibere non valens certis manifeſtat indicijs.

¶ Capitulum. xxx.

Filios eſſe pios circa parentes p̄cipue ĩ ſenectute vel debilitate eorũ docent nos aues coruini generis. De q̃bus ait. Ariſto. ⁊ Baſili. ꝙ paſcũt pullos ſuos in iuuẽtute ſua. ⁊ iuuenes paſcũt parentes in ſenectute ſua. ⁊ quãdo debilitãtur ſeniores in humeris ſuis eos ferũt iuniores. Mira eſt igit̃ auium talium pietas vt erubeſcat ſuis parentibus auxiliũ non p̄ſtare homo a quibus beneficia tãta ſuſcepit vt dicit Ambro. Eccli. iij. Fili ſuſcipe ſenectã patris tui ⁊ cetera. ¶ Item filios erga parentu⁊ defectus pietatis exercere officia inducunt cornicis exempla. Na⁊ ſicut dicit Ambro. erga parentes ſuos miranda eſt cornicis clementia quia cum parentes plumis ⁊ alis in ſenectute nudari contingit cornices iuniores pennis proprijs eos fouẽt ⁊ collecto cibo nutriũt. ⁊ fulto alarum ſuarum ſubleuant ⁊ ad volãdum exercitant. vt. ſ. in priſtinos vſus membra diſſueta reducant. Sic filij hominũ ſuos parẽtes deberẽt pãnis proprijs nudos ſi alios nõ haberẽt idũere. primo victu vel labore famelicos nutrire. fulto brachio ꝓ ſuo⁊ eos ĩfirmos vel debiles ſubleuare ⁊ ad eũdũ vbi oporteret iuuare. Sed nota ꝙ iordinatus amor parẽtu⁊ ad filios ē ẽt ipſis parẽtib⁹ cã ꝑdẽdi v̾tutes. Cui⁹ q̃de⁊ rei exẽplũ apparet in ciconijs. Nam ciconia ſicut dicit Ambroſi⁹ miro affectu pullos ſuos diligit ⁊ cuſtodit ita ꝙ ex cubatione aſſidua ſup eos pẽnas ꝑdit. ſic parentes q filios ſuos iordinate diligũt frequẽter ꝑꝑ nimiã curã vel lucra illicita q̃ faciũt ꝑꝑ illos pẽnas v̾tutu⁊ amittũt. In hoc tñ ipſe ciconie reddũt̃ imitabiles ꝙ quãtũ expendunt temporis in fetibus educandis. tãtum ab eis vice reciproca educantur vt dicit Ambroſius vt videlicet filij hoium

quos parentes in infantia eorum cũ ma
gna cura educant eiſdem i ſenectute ſua
vicariam opem reddant. Conſimilem q̃
q̃ pietatis ſpeciem vpupe erga ſuos parẽ
tes ſenes ſeruare reperiuntur. Nam cuꝫ
vpupa ſeuerit ita vt videre vł volare nõ
poſſit pulli eius euellunt ei pennas iu ali
das linũt oculos eius quibuſdam her/
barum ſuccis. ⁊ ſuis etiam fouent ſub ali
donec plume creuerint ⁊ clare viderit. in
quo exemplo innuitur. ꝙ filij a parentibꝰ
ſenibus vel infirmis debẽt quantum poſ
ſũt mala ⁊ moleſta remouere. curas neceſ
ſarias eorum infirmitatibꝰ adhibere. ob
ſequijs proprijs ⁊ perſonis ꝯfouere ſiue
ſeruire. nec eos deſerere debent quouſqꝫ
eos viderit ſuis obſequijs vel auxilijs ñ
amplius indigere.

¶ Capitulum. xxxi.

Flagellum tribulatiõis ⁊ af
flictiõis aliquando etiã ter
renos ⁊ laſciuos cõuertit i
fructuoſaſ ſpirituales vi/
taſ. qđ oſtẽditur per exem/
plum in apibus. Dicũt eniꝫ
experti. ꝙ apes ſepe de boum cadaueri
bus generantur. Dũ enim vituli occidũt
carnes verberantur. ⁊ ſic de putrefacto
cruore vermes generantur qui recepti
alis apes efficiuntur. Quid autem p bo/
ues vel vitulos niſi terrenos homies ac
cipimus ⁊ ſuperbos. Boues eni terram
arãt. ⁊ vituli ſiue tauri ceruicoſi ſunt ſiue
indomiti. ſed occiduntur boueſ vel vitu
li ⁊ carnes verberantur. quia dum tales
tribulãtur a mundo vel verberãt in car
ne ideſt corpore infirmãtur. extinguitur
auaritia ⁊ ſuperbia iugulatur. Occiſi autẽ
vituli vermes gignunt. quia extincto ſu/
perbie ſpiritu humiles ſiunt: qui alis re/
ceptis apes efficiuntur quia pennis vir
tutum ornati tam in contemplatiua q̃ i
actiua vita perſitiuntur. Apes enim ⁊ vo
lando ſe ſubleuant ⁊ alijs mella fructifi/
cãt quia videlicet viri ſancti ⁊ in altum p
contemplationeꝫ aſcẽdũt ⁊ alijs meliſlua
opera vel etiam verba fundunt Eccli. xi.
Breuis iꝫ volatilibus eſt apis ⁊ initi
um dulcoris habꝫ fructus illius. Apis ẽ
breuis eſt homo humilis. qui ẽ breuis p
humilitatem volatilis per contemplatio
nem. dulcoroſus ⁊ fructuoſus per pietat
ſubuentionem.

¶ Capitulum. xxxii.

Fraudulentia demonũ vel
hereticorum aſſimilatur p
dici. Eſt eniꝫ perdix fraudu
lenta auis quia oua rapiẽs
aliẽa fouet ea. ſꝫ ꝺ hac frau
de ſua nullum ſuſcipit fru/
ctum ſed damnũ quia perdit laborem ſu
um. Naꝫ pulli nati mox vt vocem ꝓprie
genitricis audiunt putatiuam matreꝫ pe
nitus derelinquũt ⁊ ad veram matrem
accedunt vt dicit Ambroſiꝰ Hiere. xvij.
Perdix fouit que non peperit. Sic etiã
diabolus vel hereticus quaſi aliena oua
rapit dum ſancte eccleſie filios callide de
cipiens ad ſe trahit. Sꝫ frequentiuſ labo
rat in vanum quia frequenter ſic dece/
pti dum veram ⁊ catholicam audiunt ec
cleſie vere matris doctrinam perfidiam
vel peccatum relinquũt. ⁊ ad veram ma/
trem eccleſiam accedunt vel ad diuinam
gratiam per veram fidem vel penitenti/
am redeunt. Joannis decimo. Oues mee
vocem meam audiunt ⁊ ego cognoſco
eas ⁊ ſequunt me. ¶ Item fraudulentuſ
⁊ hypocrita aſſimilatur piſci polypo q
eſt fraudulentꝰ piſcis. Nam vt dicit Am
broſius polypꝰ i vadoſo litore petre ali
cui ſe coniungit: ⁊ ita illi inheret vt tã co
loris ſimilitudine q̃ figure petra quidem
vł ipſius ſaxi pars aliqua eſſe videatur.
Unde piſciculi decepti dũ ſub ipſo tanq̃
ſub lapide vel ſaxo latere volũt poſtq̃
greſſi ſũt latibulũ corporis ſui eos poly
pus intercipit ⁊ icludit atqꝫ icluſos duo
rat ⁊ deglutit. Huic ergo piſci aſſimilat
fraudulentus ⁊ nequam qui alteri adhe
rens ⁊ huius modũ ⁊ mores aſſumit. ⁊
ſe conformare ſtudet. vt de eo magis ꝯfi
datur ⁊ faciliꝰ decipiat. ⁊ de talibꝰ dicit
chriſtus. Uenient ad vos in veſtimentis
ouium. Uel talis eſt hypochrita q pretẽ
ideſt chriſti i exteriori apparẽtia ſpeciẽ p
tẽdit. cũ tamẽ ſit piſciſ vorax. ¶ Itẽ frau

dulentus homo aſſimilatur cácro qui volens comedere oſtreas cum propter duras teſtes quibus clauduntur nõ valeat obſeruat tempus.ſ.quádo oſtrea radijs ſolis ſe aperit.ſ.tempore quieto a ventis ⁊ tunc vt oſtrea recludi non valeat canculo aliquem lapillũ accipit ⁊ latenter inmittit.poſt quod imiſſa ſecure tela ſiue bráchia ipſam diripit ⁊ comedit. Huic ergo ſimilis eſt homo fraudulentus q queẽ ſuperare nõ poteſt callida fraude decipit ⁊ de ei⁹ erũna ſe paſcit vt dicit Ambro. Pſal.Sicut nouacula acuta feciſti dolũ.

¶ Capitulum.xxxiij.

Garrulus ⁊ guloſus hõ aſſimilaẗ graculo qd patz ex eius cantu . Nam cantus eius qdez eſt eius garrit⁹ Vñ ſicut dicit Baſilius a garrulitate vocis gracul⁹ eſt dict⁹.Hõ aũt q guloſitati ſtudet poſt cibũ rumores libẽter refert libẽter detrahit.⁊ nõnunq̃ ↄtẽdit.Vñ talis nõ imerito deſignaẗ in graculo.¶ Scdõ patet ex tráſitu ſiue volatu qꝛ graculus in ſiluis degens de arbore vna in aliaz garriẽdo tráſit ⁊ hoc eſt qꝛ homo garrulus de his cũ quib⁹ habitat etiaz turpia que de eis nouit aliqñ enarrare nõ ceſſat. ¶ Tertio ex ↄſpectu.qꝛ cũ graculus aliquam auez tráſire aſpicit garrit ⁊ cũ aliquos ocultos reperit ſimiliter facit. Quia.ſ. garrulus homo non tantum detrahit ſecularibus ſ etiá eis quos religionis occultat locus. ¶ Quarto ex affectu qꝛ aliquádo graculus captus clauditur vt articulata verba loqui doceatur.Similiter aliquando garrulus ſecularis cũ ad cõuerſionẽ venit ⁊ religionẽ ingrediẗ verba religionis adiſcit.vt lingua volucris lingua loquatur hominis.i.vt qui inordinate loqui cõſueuerat ordinate loqui deinceps aſſueſcat. ¶ Quinto in exitu. Ná aliqñ ↄtingit q graculus q tenebaẗ clauſus de ipa clauſura exiẽs liber euadit.⁊ qui pri⁹ garrulus fuerat p egreſſionẽ magis clamat. Et eodẽ mõ garrulus cũ vitá religiõis arripit vix linguá ſuam deſerit.Sed ſi forte relicto habitu foras exierit bonum religionis in malum garriendo.ſ.detrahẽdo cõuertit.De tali ergo perſona dicitur. Prouer. vij. Garrula ⁊ vaga getis impatiens.

¶ Capitulum.xxxiiij.

Gratia celeſti nõ reficiẗ anima niſi q̃diu eſt a peccatis mũda quod patet exẽplo coruoꝝ. De qb⁹ gloſa dicẗ ſup illõ ps. Qui dat iumẽtis eſcá ipſoꝝ ⁊ pullis coruoꝝ inuocátib⁹ eũ.q q̃diu pulli coruoꝝ hñt plumas albas a parẽtib⁹ relinquunẗ ⁊ tũc rore celeſti paſcunẗ:qñ aũt nigreſcere incipiũt tũc corui eos paſcũt.Quid autez ſunt pulli pluma albi niſi hoies mundi corde:hi celeſti rore paſcunẗ:qꝛ celeſtis gr̃e pinguedine nutriunẗ.ſ nigri pct̃i paſcũtur a coruis.qꝛ pctis obſcurati a demonibus reficiunẗ.¶ Itẽ gr̃a celeſtis cautelá ⁊ fortitudinẽ p̃ſtat ↄtra pſperitates ⁊ ↄtra aduerſitates. Legitur.n.de gallo ſi qs ei⁹ pinguedine inunctus fuerit a pantheris ⁊ leonib⁹ tut⁹ erit. Poteſt enim chriſtus p gallũ nõ incõgrue intelligi q nos in noctis nr̃e caligine excitat atqz ſolicitat voce doctrine ſue . Eſt ergo pinguedo galli gr̃a ipſius xp̃i cui⁹.ſ. ſacratiſſima ipſius vnctio. de qua dicit Iohãnis.ij. Vos vnctionem habetis a ſancto.taz contra panthere maliciaz q̃ ↄ̃ leonis ſeuiciá nos defendit Aduerſarius náqz malign⁹ vł nos tentádo delectabilibus allicit: panthere vz more que os aperiẽs odore aialia attrahit que deuorare cupit vel eos perſequendo aduerſitatibus frangit. ſicut leo ſeuiens ⁊ rugiẽs circuit querendo quem ipſe comedere poſſit. Sed galli vnctio ab vtroqz defendit.qꝛ.ſ.chriſti gratia ⁊ cautos nos facit in proſperis ⁊ fortes ac itrepidos in aduerſis ⁊ iõ hác galli pinguedinẽ ps.petebat dicens.Sicut adipe ⁊ pinguedie repleaẗ aĩa mea. ¶ Itẽ gr̃a dei nõ reſpicit quẽ finalis ipenitẽtia ad mortem eternaz ducit.cui⁹ manifeſtũ exemplũ apparet in caladrio. Nam caladri⁹ vt Ariſ. dicit albi coloris eſt nihil nigredinis habens.cuius natura eſt talis q quádo ga

graui infirmitate detentus fuerit si egri-
tudo ad mortem fuerit caladrius ab eo
faciem suã auertit. ⁊ tunc homo de mor-
te certus existit. Si aũt infirmus curãdus
sit. ⁊ tunc visum in ipsum figit ⁊ quasi ap-
plaudens in eũ intendit ⁊ differt iste cala-
drius a calãdra que est auis canora sicut
dicit Glosa sup Deu. xiiij. Hec ergo auis
totaliter alba est spiritussancti gratia que
est munda ⁊ nullius nigredinis. i. culpe
admixtione infecta. Quasi autez infirm⁹
grauiter omnino moriturus homo de-
speratus est ⁊ finaliter impenitens ad e-
terne mortis supplicium perventurus
Unde spiritussancti gratia hũc nunq̃ re-
spicere potest quia finali penitentia ⁊ re-
missione caret. Ipsa etenim esse dicit spiri-
ritussancti blasphemia que neq; remitti-
tur in hoc seculo neq; in futuro. prout
August. exponit in libro de verbis domi-
ni. Unde. j. Joh. v. Est peccatum ad mor-
tem pro isto nõ dico vt roget quis. Qua-
si autem infirmus curandus est ipse pec-
cator penitentiam agens in quem respe-
ctus diuine gratie letanter ⁊ perseuerant
intendit quousq; ipsum a peccatis pur-
gando ad plenam sanitatem perducit.

¶ Capitulum xxxv.

Gulosus ⁊ ventri deditus
ociosus est ⁊ ad cõtemplã-
dum ineptus. Quod patet
exemplo cygni. Nam cy-
gnus est multe carnis. ⁊ iõ
quietem diligit ⁊ raro vo-
lare contẽdit q2 ponderosi est corporis.
Illi autem multe carnis sunt qui multã
de suo corpore curã gerunt. ⁊ hi quietez
ocij diligunt ⁊ insuper ad contemplatio-
nis volatum minime apti sunt. Nã cor-
pus quod corrumpitur ⁊c. vt dr Sapiẽ.
ix. ¶ Item gulosi ⁊ voluptuosi assimilan-
tur locustis. Nam locusta quasi tota ve-
tre est. ⁊ ideo insatiabilis est. Os habet q̃-
drangulatum ⁊ hz vnum intestinũ qd fa-
me ⁊ immundicia semp est plenũ q̃diu vi-
uit semper esurit. ⁊ siquid viride inuenit
rodere non desistit. Similiter quidaz gu-
losi sic totaliter sunt dediti ventri q nil
preter ventrem suum esse videntur. Un-
de Apo. de talibus dicit ad Phi. iij. Quo-
rũ deus venter est ⁊c. Tales insatiabiles
sunt qui vno prãdio habito ita solliciti
de alio Pro. xxx. Venter impiorum insa-
tiabilis est. Os etiam habent quadrangu-
lum quia quattuor modis offendunt in
cõmedendo cibum. s. vel quia sumunt su-
perfluum. vel quia querunt cibũ delicatũ
⁊ preciosum vel q2 nimis curiose paratũ
vel quia sumũt per modum inordinatũ
vel nimis ardenter. vel q2 preueniunt tẽ-
pus. ¶ Item eorũ intestina quando sunt
refecta sunt plena imundicia sed quãdo
sunt ieiuna. i. vacua sunt inedia ⁊ fame
cruciata. ⁊ q2 semper circa cibum intẽdũt
quicquid sibi gratum inueniunt habere
⁊ comedere satagunt. ¶ Item gulosi qui-
dam assimilantur miluis. Nam miluus
propter gulositatem imundis vescitur ⁊
pro modico ventris pastu tota die circũ-
fertur. Sic aliqui gulosi sunt qui propter
gulam que alijs vel inconsueta sunt vel
imunda cõmuniter videntur auide come-
dunt. vt carnes canum vel serpentiũ vel
ranarum ⁊ huiusmodi que propter imũ-
diciam suam cõmuniter in vsu non sunt.
Et insuper etiam aliqui modo milui cir-
ca coquinam ⁊ cacabum tota die circuire-
runtur ps. Famem patientur vt canes ⁊
circuibunt ciuitatem.

¶ Capitulum. xxxvj.

Heretici vl' hypocrite sicut
decipiunt alios ex aspectu
sanctitatis simulate itaquo-
q; eos subuertunt ex affa-
tu false doctrine seu locu-
tionis falsitate. Unde assi-
milantur ceto. i. pisci balene. de quo dicit
Jorach in suo libro de animalib⁹. q̃ ma-
xime quando senescit ꝓpter magnitudi-
nem corporis adunatur puluis in dorso
eius. ⁊ condensatur in tantuz q̃ herbe ⁊
fructices ibi crescunt. ita vt insule simi-
lis videat. ad quẽ si nauigantes leuiter ap-
propinquãt sine periculo vix euadũt. nã
aquã in tãta quãtitate de ore eijcit super
nauem q aliquãdo eam subuertit. Sicut

ergo cet⁹ ex aſpectu ſimulato attrahit ſi
ue decipit. ⁊ aqua ex ore miſſa lignū na
uis ſubuertit. Sic etiaȝ heretici vel hypo
crite plurimū ex aſpectu attrahunt alios
ſimulata ſanctitate. Sed mētium naues
aqua oris ſubuertūt. i. doctrīa ⁊ exhorta
tione falſitatis. Unde de eis dominus di
xit Mat. vij: Attendite a falſis prophe
tis qui veniūt ad vos in veſtimentis oui
um intrinſecus autēȝ ſunt lupi rapaces.

¶ Capitulum. xxxvij.

Humilitatis virtus naſcitur
in ſpiritu. dum infirmitas
⁊ corruptio carnis ad me
moriaȝ reuocatur. Cuius
exemplūȝ apparet in ceto.
de quo dicit Jorach. ꝙ abū
dat in ſpermate. ⁊ poſt coituȝ eius quod
ſuperfluit ſupernatat. quod collectū deſic
cat. ⁊ in ambre lapidis ſubſtātiā cōuertit.
Quid ergo in ſupfluo ſpermate niſi car
nalis corruptio peccati deſignat: Cuius
deſiccatio eſt eiuſdem peccati penitudo.
Tūc ergo carnis corruptio deſiccata col
ligitur. quando cum mentis penitudine
ad memoriam reuocatur. Et tunc molli
cies ſpermatis in ſoliditateȝ cōuertit la
pidis. q: ex compunctione corruptionis
carnis naſcitur humilitas mentis q̄ dum
mentem tangit ambre ſoliditatē preten
dit. Sic dauid ex conſideratione ſue iniq
tatis deductus eſt in compunctionē hu
militatis dicens. Quoniaȝ iniquitatē me
am ego cognoſco ⁊ peccatuȝ meū contra
me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui ⁊ malum
coram te feci vt iuſtificeris ⁊c̄. ¶ Itē hu
militas confirmat animū hominis ↄtra
fluctus ſuperbie ⁊ mundane vanitatis.
Unde aſſimilatur cuidam piſciculo q̄ he
nus vocatur qui quidem eſt paru⁹ pi
ſcis ⁊ vix ſemipedalis in longitudinē ab
herēdo ſic dictus. eo ꝙ lȝ ſit exigui corpo
ris eſt tamē admirande virtutis: Nam
nauis cui adheret lȝ feruēte mari multe
procelle ſeuiant tamen quaſi radicata ſta
re videtur. nec aliquo modo mouet. S
militer humilitas cordis ꝙuis hominēȝ
apud ſe faciat parue reputatōis reddit ta
men imutabilem nauem mentis a vento
procelloſo ſuperbie ⁊ fluctibus vanitatꝭ
Eccli. xv. Firmabitur in illo ⁊ non flectet
⁊ ↄtinebit illū ⁊ nō ↄfundet ⁊c̄. ¶ Itē hu
militas mētis maxime eam perſpicacem
reddit ad contemplationem diuine clari
tatꝭ. ſicut econtra ſuperbia hebetem eā fa
cit. Cuius exemplum eſt ſicut dicit Auicē
na q: oculus aquile paruus eſt. ⁊ tamen
ad vidēdū lumen ſolis pſpicaciſſimus ⁊
econtra oculus nocticoracis magnus ē.
⁊ tamen lucem ſolis intueri nō pōt. ocu
lus ergo anime mens eſt que quanto fue
rit humilitate minor. tāto erit ad diuine
lucis claritatem contemplandam perſpi
catior. ſed quāto econtra fuerit ſuperbie
reputatione grandior tanto erit ad cōtē
plandūȝ obſcurior. Unde Math. xj. Ab
ſcondiſti hec a ſapientibus ⁊ prudentib⁹
⁊ reuelaſti ea paruulis.

¶ Capitulum. xxxviij.

Incōſtans ⁊ leuis hō ſilis
eſt aui incarcerate que qe
ſcere non pōt ſed ſemper
per capiolaȝ currit modo
huc mō illuc. Hiere. xiiij.
Hec dicit dn̄s pplō huic q̄
dilexit mouere pedes ſuos ⁊ nō qeuit ⁊
dn̄o non placuit. ¶ Item imperſeueran
tia quorundam ferueuter incipientiū aſ
ſimilatur mutatiōi miluorum. Naȝ mil
uus in iuuentute differre a predē auib⁹
nō videtur ſed quanto plus viuit magꝭ
ſe ſemper degenerem oſtendit. Unde ſm̄
Ariſtotelem quoddaȝ genus eſt milui qḋ
in principio aues capit tādē vix muſcas
⁊ vermiculos capit. ⁊ demūȝ fame perit.
Tales ſunt q̄ in iuuentute ſunt boni ⁊ ſe
nectute efficiūtur peiores. Efficiuntur ēt
miluo ſimiles qui a ſuo cōuerſionis prin
cipio aues capiūt idcſt ſanctoꝝ virtutes
imitari incipiunt. ſed ab incepto feruore
poſt modicū paulatim deficiētes vix mu
ſcas capiunt. i. vix minima queqȝ bona fa
cere ſatagūt. ⁊ tādem a gratia deficientes
oīno deuotiōis ſpiritū totaliter amittūt.
Et talib⁹ dicebat Apo. ad Gal' iij. Cum
ſpū ceperitis nūc carne conſummamini.

Capitulum. xxxix.

hit ⁊ ſtupida ⁊ inſenſata reddit. ⁊ ea p cō
cupiſcētiā rapit ⁊ venēo mali cōſēſus ex
tinguit. Et ideo qͣto ornatior ⁊ pulcrior
tāto pniciosior. Silr ophites ē ſerpēs ma
culis reſperſ⁹ q̄ tot habz nocendi modos
q᷑ colores varios. Et ſic mulier diuerſis
coloribus picta vel varijs ornamentis i
duta. Vñ Hieron. dicit. Qđ ſi vir vel mu
lier ſe ornauerit ⁊ vult⁹ hominū ad ſe p
uocauerit. ⁊ ſi inde nullū ſeqͣtur dānuz iu
diciūz tñ patietur eternum q᷑ venenū āt
tulit. ſi fuiſſz q bibiſſet Pro. vij. Occurrit
illi mulier ornatu meretricio preparata.
¶ Item ornate ⁊ pulcre mulieres ſimiles
ſunt cattis Catta enim qñ pulcram pellez
hz de ipſa gloriaᷓ ⁊ ppter hoc qñqz vaga
efficitur. Cui tunc ſi ipa pellis exuritur i
tecto cōmoratur Sepe tñ dū de pelle glo
riatur ppter ipius pulcritudinem capiť
⁊ mactatur. Sic mulier ſentiens ſibi in fa
cie pulcram pellem vel in dorſo pulcraz
veſtē de ipa gloriatur libenter diſcurrit
vt ipam oñdat alijs Sed ſi pellis eius fe
bre vel alia īfirmitate exuratur vel dfor
metur. ſiue veſtes eius deuaſtentur tūc fir
mior in domo moratur. ¶ Item dum de
fragili veſte vel pelle gloriatur a diabolo
capitur per vanam gloriam ⁊ laſciuiaz ⁊
aliqñ ad turpitudinez peccati perducif ⁊
tandem aliqñ ſubita vel mala morte ma
ctatur ⁊ inſuper pena eterna cruciaᷓ. Vñ
Ciprian⁹ dicit. q᷑ ſerico ⁊ purpura idute
xp̄m ſincere induere nō pñt auro ⁊ argen
to ⁊ margaritis adornate ⁊ mōilibus or
namēta corpor] ⁊ anime pdiderūt. Vñ
eſt etiā q᷑ diues ille qui purpura iduebať
⁊ biſſo in inferno ſepultus eſt. Luce. xvi.

¶ Capitulum.xc.

Paſſio xp̄i pfigurata fuit in
imolatione paſcalis agni ſi
q̄ habeť Exo. xij. Nā ipa im
molatio agni ſignat immo
lationem chriſti Secundum
illud.i. Corin. v. Paſcha no
ſtrum immolatus eſt chriſtus. Sāguis ve
ro agni liberans ab exterminatore limi
tus in ſuperliminaribus domorum ſi
gnat paſſionem chriſti in corde ⁊ in ore
fidelium per quam liberamur a peccatis
⁊ eterna morte Secundum illud prime
Petri. i. Redempti ſumus precioſo
ſanguine agni immaculati. Comedeban
tur autem carnes ille ad ſignificandum
eſum corporis chriſti in ſacramento.
Erant autem aſſe igni ad ſignificandum
paſſionem ⁊ charitatem chriſti. Comede
bantur autem cum azymis panibus ad ſi
gnificandum puram conuerſationem fi
delium corpus chriſti ſumentiuz Scđm
illud pme. Corinthio. v. Epulemur i az
mis ſinceritatis ⁊ veritatis. Lactuce au
tem agreſtes addebantur in ſignum peni
tentie peccatorū que neceſſaria eſt ſumē
tibus corpus chriſti. Renes autem accigē
di ſunt cingulo caſtitatis. calciamenta ſūt
autem pedium exempla mortuoꝝ patrū
Baculi habēdi in manibus ſignāt paſto
ralem cuſtodiam. Precipitur autem q᷑ in
vna domo agnus paſchalis cōedatur. i.
in eccłia catholicorūz nō in conuenticul
hereticorum.

¶ Capitulum.xci.

Patientia dei eſt mollis in
ſuſtinendo. ſed ſeuera ⁊ du
ra in puniendo vnde aſſimi
laᷓ teredini ideſt lignorum
vermi qui terrēdo rodit li
gnum vt dicit Iſi. Hic liet

ac mollis in ſubſtantia comminuit tamē duriſſima ligna ⁊ in ſubtiliorem pulue rem redigit ꝙ̄ poſſit facere ipſa lima Sic etiam diuina patientia ꝙ̄uis diu peccatorem hominē molliter ⁊ leuiter ferat ipſum finaliter cōterit ⁊ ſeueriſſimo ſupplicio mulctat Ro.i.ſm duritiam tuā ⁊ impenitens cor theſaurizas tibi iram in die ire iij.Re.xv.Ipſe quaſi tenerrim⁹ ligni vermiculus.qui ſcȝ eſt dum tangitur leniſſimus.ſed dum tangit ſeu rodit duriſſim⁹ Sic deus leuis in ſuſtinendo.dur⁹ in puniēdo ps.Ego ſū vermis.

❡ Capitulum.xcij.

Patientia ⁊ perſeuerantia facit hominem victorem. Nam onager cum ſit animal imbecille ſolo euadēs beneficio fuge leonem tamen in heremo ſuperat.⁊ ſimiliter lupum. Nam tantum in fuga durat. vt illa in perſequendo deficiant.ſic ſancti mūdum vel peccatum ſuperant fugiendo ⁊ i labor̄ tolerantia ꝑſeuerando ps.Ecce elongaui fugiēs ⁊ manſi ⁊c̄.Caſſio.Patientia ē q̄ omnia vicit aduerſa nō colluctando ſed ſufferendo.Item Bernar.in quadā epiſtola.Abſqȝ perſeuerātia nec q pugnat victoriam nec palmā victor conſequitur.

❡ Capitulū.xciij.

Peccatores ſimiles ſunt illis animalibus monſtruoſis que dicuntur ſatyri ſiue fauni. ſunt enim quedam beſtie monſtruoſe effigiem hominis habenteſ ſed non ſunt rationis participeſ.nec arte nec natura ad loquendum ſunt dociles.ferum enim ⁊ beluinum animum habēt ⁊ beſtie appetitū Unde in venerē in tantum ſunt proni vt mulieres i coeūdo occidāt ſi quas in nemoribus cōphendant.vnde dicti ſunt ſatyri.eo ꝙ nequeant libidie ſaturari. vt dicit Iſi.Sic peccator mōſtruoſus eſt habens.ſ.hominis faciē ⁊ animū beſtialē ſiue vitam brutalem Quid āt beſtia ſiue hoie rōnem habente ⁊ rōne non vtēte:vt dicit Bern.Tales ſūt precipue ſup bi qui habent aīum crudelem ⁊ ferinum. ⁊ inſipientes q nulla arte induci poſſūt. vt dulciter ⁊ rōnabiliter loquāt ſicut fuit roboam. Ita tales ſūt voluptuoſi qi appetitum hn̄t gule beſtialem ⁊ luxurie inſatiabilem Oēs tales cparant iumentis inſipientibus ⁊ ſimiles facti ſūt illis. ❡ Item peccatores aſſimilantur canibus. Primo propter gulam: Eſt enim canis guloſus. Unde quando nimis commedit reijcit ⁊ iterum aſſumit in quo etiam repreſentat illos qui per recidiuum redeunt ad immundiciam cuiuſcunqȝ pcti.ij.Peter.ij.Canis reuerſus ad ſuum vomitum ⁊c̄. ❡ Item per luxuriam. Eſt enim canis libidinoſus. Unde nec matrem nec ſororem diſcernit. Ideo apud antiquos tamlis erat oblatio canis.qualis meretricis que omni libidini ſe exponit. Eccl.xxxvi. Omnem maſculū excipiet mulier. ❡ Itē propter iracundiam Eſt enim canis iracundus ⁊ malitioſus Unde lapidem cum quo percutitur ſepe dentibus mordet vt ſe de eo vindicet.⁊ tamen non lapidē ſed proprium dentem ledit Sic frequenter homo iracundus vnde credit alium ledere ſeipſum ledit.ps.Conuertetur dolor eius in caput eius. ❡ Item propter ſuperbiam. Nam canis inter notos ē audax ⁊ animoſus.inter extraneos timidus. Sic etiam ſuperbus apud domeſticos ⁊ in domo ſua eſt ſicut leo ſed de alijs magis timet. ❡ Canis etiam baculos odit ⁊ timet lapides.quia ſcilicet ſuperbus odit correctionem ⁊ timet duras increpationes. Non enim ſuum defectum ſuperb⁹ ſeu peccatum agnoſcit. Sen. Qui peccare ſe neſcit corrigi non vult. ❡ Item propter inuidiam quia canis inuidus eſt Unde dicit. Auic.quot occulte herbas legit quibus ſe purgat dolēs ne ali⁹ inde medicinam accipiat. Dolet etiam ſi alius ad domū ſuam veniat timens ne grām inueniat. ⁊ ſibi aliquid depereat:⁊ ſic etiā homo inuidus dolet de aliorum vtilitate vel grā ꝑbus. Inuidia eſt triſtitia in alienis bonis. ❡ Itē pp auaritiam. Nā canis tanq̄

auarus que comedere nequit ſtudioſe re
ponit nec dare vult alijs ſed defendit. Sic
etiã auarus facit reponendo ⁊ cuſtodien
do. Lu. xij. Anima mea habes multa bo
na repoſita in ãnos plurimos. ¶ Itẽ pro
pter accidiam: qꝛ canis qñ eſt ãnoſus ẽ pi
ger ⁊ deſidioſus. Vñ tota die dormit etiã
inter muſcas. ⁊ lꝫ muſce ꝑforent eius au
res adeo tñ piger ẽ vt nõ ſe niſi raro excu
tiat vt eas l[o]ngius a ſe pellat. Sic hõ acci
dioſus eſt piger ad incipiendum: ⁊ deſi
dioſus ad operãdũ: ſomnolentus ad orã
dũ vel ad reſiſtendũ. ſ. tentatiõibus que
per muſcas importunas intelligunt. Vel
per muſcas ꝑforantes intellige increpatio
nes ⁊ verboꝝ punctiones qb⁹ nõ excitat
nec emendat. Sũt etiã tanꝙ muſce pun
gentes neceſſitates vel voluntates quas
hꝫ hõ piger. q̃ tñ pigrũ nõ emẽdãt ſed cõ
ſumũt. qꝛ potius ꝯſumitur deſiderijs ſiue
indigẽtijs ꝙ velit laborare. Pro. xxi. Deſi
deria occidũt pigrũ. ¶ Itẽ canis vltimo
poſt multa ſeruitia fune ligat ⁊ eo longi⁹
ducitur ad mortem ⁊ in aqua necat. vel ꝑ
ripaꝫ deijcit nec ei pellis detrahit nec ca
ro mãducat ſed vermibus corrodendus
exponit. Sic peccator poſt multa ſeruitia
mũdi vel peccati a diabolo fune ligat. i. cõ
ſuetudine peccãdi. ⁊ ea trahitur. i. vſqꝫ ad
mortem corpis detinet. Et necat in aqua
. i. deficit defectu naturali vite defluẽtis. ij.
Reg. xiiij. Omnes morimur. ⁊ q̃ſi aq̃ dila
bimur. vel per ripam. i. per caſum mortis
violente deijcit in foſſatuꝫ inferni ſcilicet
ſm animam. Corpus autẽ mortuum re
manet omnino inutile. De alijs enim ani
malibus poſtꝙ ſunt occiſa remanent vel
carnes que ſunt vtiles ad cõmedendũ. vel
ſaltẽ pellis q̃ vtilis ẽ ad induendum vel
calciandũ. ſed humana caro mortua vel
occiſa ad nihilum valet vltra niſi ꝙ ver
mibus relinquit in eſcam. ¶ Item pecca
tores aſſimilantur capris. primo propter
ſuperbiã. Nã capra ſurſum ſemper tẽdit
vt ſũmitates carpat ⁊ comedat folioꝝ. vt
dicit Iſi. Sic ſunt ſupbi qui ſemper ad ſu
periores ſtatus inhiãt vt ſũmitates folio
ruꝫ. i. dignitates ⁊ honores maiorũ quos
ipſi ſũmos reputant diripere valeãt ⁊ ha
bere ꝑs. Superbia eorum qui te oderunt
aſcẽdit ſemper. ¶ Itẽ propter luxuriam.
Nam ſicut dicit Pli. Capre ꝓpter calidi
tatem non abundant pinguedine ⁊ raro
ſine febre ſunt. ⁊ ideo in eis eſt ardẽs ꝯcu
bitus. ⁊ non minus videre dicũtur de no
cte ꝙ de die. Iſta cõpetũt luxurioſis in q
bus ꝓpter vſuꝫ veneris tã pinguedo cor
poris ꝙ mentis deuaſtatur. ſine febre etiã
ardent. ꝯcupiſcentie raro inueniunt ⁊ ip
ſo carnis opere ardenti delectatione feda
tur. Nõ minus etiã luxurioſi ad ſua feda
opa obſeruant noctẽ ꝙ diem Iob. xxiiij.
Oculus adulteri obſeruat caliginẽ. ¶ Itẽ
per auaritiã. Nã capre vt idẽ dicit rodũt
extremitates quibus paſcunt oues vſqꝫ
ad radices. Vñ capra a carpẽdis virgultis
eſt dicta. Sic etiã auari ſunt q ſemper ad
carpendũ intendũt ⁊ extremitates quib⁹
patiunt oues. i. bona temporalia quibus
boni. i. ſpũales viri ad ſuũ victũ ⁊ ad ſuas
ſuſtentationem vtunt. ipſi vſqꝫ ad radi
ces euellũt qꝛ frequẽter ita expoliãt pau
peres ꝙ nihil eis relinquunt. ¶ Itẽ pecca
tor aſſimilat aſino q eſt aial naturaliter pon
deroſum tardũ ⁊ pigrũ ⁊ timidũ ſtolidum
⁊ oneri aptũ ⁊ patiẽs laboris plurimum.
Sic peccator eſt põderoſus ad cadẽdum:
tardus ad penitẽdũ: piger ad opandũ: ti
midus ad tpale dãnum: ſtolidus ad pui
dendũ. aptus ad onus peccati vel eterni
ſupplicij portãdũ. ⁊ patiens ad laborẽ mũ
di infructuoſum ſuſtinendũ. ¶ Itẽ pctor
decipit a peccato ſicut cocodrillus ab illa
auicula q̃ dicit rex auiũ. Nam dum coco
drillus iacet iuxta lit⁹ ſupuenit illa auicu
la ⁊ volat circa os ei⁹ q aperit auicule fau
ces ⁊ illã intrare ꝑmittit. At ipſa primo le
niter eum vnguib⁹ ſcalpit. ita ꝙ belua ex
dulcedine ſtatim obdormit ⁊ cuꝫ auicula
eũ dormire ſentit ſtatim in ei⁹ ventrẽ de
ſcẽdit ⁊ eũ per ventrem ꝑforat ⁊ occidit.
Eſt. n. cocodrillus in ventre valde mollis.
Quaſi ergo cocodrillus in littore iacens
eſt hõ ocio torpẽs. Auicula aũt ad os ei⁹
veniens eſt tẽtatio pcti imaginationẽ in
grediens, cui tunc os apit qñ in cogitatio

ne ⁊ i delectatōe recipit. Et tūc leuiter ſcal
pit:qꝛ pruritū delectationis gignit. ⁊ ſi tūc
homo dormiat vt per negligētiā tentatio
ni nō reſiſtat ingredit in mētē ⁊ eū ꝑ ꝯſen
ſum ꝑforat ⁊ necat. Itē pctōr aſſilat rane
q̄ eſt limoſa ⁊ clamoſa vētoſa ⁊ odioſa ſub
ventre maculoſa linguoſa ⁊ nō ſolū viuēs
in aq̄ ſꝫ etiā in terra. Sic etiaꝫ peccator eſt
limoſus per luxuriā.i.imūdus: clamoſus
per irā. ⁊ vētoſus ꝑ ſupbiā: odioſus hoi
bus ꝑ auaritiā. naꝫ ſicut dicit Boe. odio
ſos auaritia. claros v̄o largitas facit: ſub
vētre maculoſus per gulam. linguoſus ꝑ
inuidam. Nam rana ſicut Ariſto. dicit lin
guam habet ⁊ os coaxans. Sic inuidus ⁊
linguoſus detrahendo. ¶ Item viuit in
terra que eſt grauis ⁊ frigida per accidiaꝫ
que animam grauem reddit ⁊ frigidam.
¶ Item peccator aſſimilat talpe. ¶ Pri
mo qꝛ talpa ſicut porcus roſtrū habet. ⁊
talis eſt peccator per imundiciam luxurie
vel gule. ⁊ cuꝫ tali roſtro talpa radices de
terra extrahit. Quia.ſ.per peccata carnis
euacuantur ⁊ extrahunt affectiones men
tis. Vn̄ Iob.xxxj. de luxuria dr̄. qꝫ eſt oia
eradicās genimina. ¶ Scđo qꝛ talpa ter
ram fodit nec extracta a terra diu viuit.
Et ideo dicit Pli. melius audiunt talpe
terra cooperte q̄ꝫ extracte. ⁊ talis eſt pecca
tor per vitium auaritie. Cuius ſtudiū eſt
terrena reuoluere ⁊ ſine terrenis implica
tionibus non credit ſe poſſe viuere. ⁊ ſo
lum de terrenis vult tractare ⁊ audire.
Io.iij. Qui de terra eſt de terra loquitur.
¶ Tertio qꝛ talpa ſolem odit. ⁊ hoc pec
cator habet ex vitio ſuperbie.ſ. vt odiat
deum qui eſt verus ſol ſm̄ illud ps. iam
ſupra allegatum. Superbia eorum qui te
oderūt ⁊c̄. Nam ſuperbia ſe deo maxime
opponit propter qđ deus ſuperbis maxi
me reſiſtit. ⁊ quātum ad hoc odiunt eum.
vel odiunt ſolem ſuperbi.i. manifeſtantē
vel redarguentem vitia eorum. Vn̄ ſuper
bus non venit ad lucem vt nō arguātur
opera eiꝰ ſicut dr̄. Io.iij. ¶ Quarto ſicut
dicit Ariſto. talpa nō hꝫ oculos apertos
ſed ſub corio latentes quos in morte ſo
lum aperit quos in tota vita clauſos te
nuit. Sic pctōr qui in tota vita ambulat
vt cecus.ſ. errando ⁊ cadendo in peccato
in morte velit nollit cogitur oculos ape
rire ⁊ pctā ſua recognoſcere āte tribunal
dei. ⁊ penas etiā experiri quas viuens cō
ſiderare neglexit Gre. Oculos eniꝫ quos
culpa claudit pena aperit.

¶ Capitulum.xciiij.

Peccatum aſſimilat cuidaꝫ
monſtruoſo aiali qđ dici
tur eſſe in india ſile vrſo
in corpore: leoni in crine.
⁊ hoi in facie. ⁊ habet ca
put rufum ⁊ os magnum
⁊ rotundū ⁊ in vtraqꝫ mandibula tres hꝫ
ordines dentium. cuius extremitates ſūt
vt leonis. cauda eius vt ſcorpionis. ⁊ per
cutit pilis ſuis ſicut porcus agreſtis ſuis
ſetis. ⁊ vox eiꝰ ſicut tube. ⁊ eſt velocis cur
ſus ⁊ comedit homines ⁊ nulla beſtia illa
crudelior. Similitudo ergo vrſi pertinet
ad pctm̄ ire. qꝛ vrſus eſt aial impatiens.
Silitudo aūt leonis ad pctm̄ ſuperbie.
Silitudo hois ad peccatuꝫ auaricie qꝛ ſo
lus hō ex auaritia cōgregat: q̄ etiā facit ca
put rubeum.i. mentem igneam ⁊ ardēteꝫ
ad habendū: vel qꝛ eſt cā homicidij ⁊ effu
ſiōis ſanguinis. Magnitudo v̄o oris re
fertur ad gulā cui diuerſi ordines dentiū
.i. diuerſi ordines miniſtrantium deſerui
unt vt agricole macellarij cognarij ⁊ hu
iuſmodi. Cauda ſcorpionis refertur ad
inuidos q detrahēdo maxime retro pun
gunt.i. in abſentia detrahūt. Similitudo
autem porci refertur ad luxurioſos pro
pter imunditiam. Vox aūt tube peccatuꝫ
eſt manifeſtū ⁊ publicū: ſed velox curſus
eſt in delectatōe peccati que cito tranſit.
hoies aūt comedit dū eos per delectatio
nem capit. per ꝯſenſum deglutit: ⁊ in ſe ꝑ
operationem ſiue conſuetudinē conuer
titi nulla beſtia inuenitur crudelior quia
nulla res inuenitur nociuior homini.
¶ Item peccatum aſſimilatur mulo. Pri
mo ratione inaturalitatis. qꝛ mulus gene
ratur cōtra ordinē nature.ſ. ex cōmixtio
ne duarum ſpecierum.ſ. ex equa ⁊ aſino.
vel ecōuerſo.ſ. ex aſina ⁊ equo: burdo ge

veratur. Et dicit Iſid. ꝙ naat nepos eſau
fuit prim⁹ qui aſinis equas ſuppoſuit vt
contra nãm muli naſcerent. Sic etiã pec-
catũ vt dicit Aug. non eſt ex natura ſed vi
tium nature appetentis id qđ non eſt ſui
ordinis. Et ſicut mulus generatur ex eo
ꝙ aſino eq̃ ſupponitur. Sic etiaꝫ naſcitur
peccatum ⁊ peruertitur ordo nature cuꝫ
ratio ſenſualitati ſubiicitur. ita vt non ra
tiõi ſenſualitas ſubiiciatur ſed potius ra-
tioni ſenſualitas dominetur. Eccli. x. Vidi
ſeruos in eq̃s ⁊ principes ambulãtes qua
ſi ſeruos ſuper terrã. ¶ Secũdo rõne ſte-
rilitatis. qꝛ mulus ſterilis eſt natura ab eo
ſuũ beneficium retrahente. qꝛ quaſi in ei⁹
iniuriã contra naturã producit. Sed Ari
ſto. dicit ꝙ mulus ſterilis eſt ꝑpter exceſ-
ſum frigiditatꝭ in ipſo dominantꝭ. Sic pec
catum eſt ſterile. i. abſqꝫ fructu ⁊ fecũdita-
te meriti vel premij glorioſi. Exceſſus aũt
frigiditatꝭ eſt in aĩa ꝑpter defectum chari
tatis. que. ſ. eſt vt calor anime vitalis ſine
qua opus meritorium vite eterne non ꝓ
ducit Math. xxiiij. Qm̃ ſuperabundauit
iniquitas refrigeſcet charitas multorū.
¶ Tertio ratione vtibilitatis. Nã mulus
a molendo eſt dictus eo ꝙ iugo piſtorum
ſubactus ducat in giro molas ſicut Iſi. di
cit. Sic peccator dũ ab vno peccato in ali
ud trahit quaſi girando ad molas circũ-
voluit ꝑs. In circuitu ambulant. ¶ Item
peccatũ aſſimilat ſalamandre q̃ eſt animal
venenoſum. Vñ dicit Pli. ꝙ fruct⁹ arbo-
rum inficit aquas corrũpit. ⁊ ſi eius ſaliua
ſolum pedem hominis tetigerit totũ cor
pus corrũpit. Sic peccatum eſt peſſimum
venenũ qđ fructus arborꝫ. i. bona opa vł
merita inficit. Itẽ aquas ideſt gratias cor
rũpit: ⁊ ſi ei⁹ ſaliua. i. delectatio pedẽ ideſt
affectionem aĩe per ꝯſenſum tetigerit to-
tum homine perdit. Vnde dicitur. ij. Co-
rin. vj. Immũdum ne tetigeris ⁊c̃. ¶ Iteꝫ
peccatum aſſimilat veneno. dicitur enim
venenũ qꝛ ꝑ venas vadit ad cor. Sic pec-
catum per venas cogitatiõis ⁊ delectatio
nis tranſit ad cõſenſum cordis vel per ve
nas. i. per ſenſus corporis ſubintrat in ar
cana mentis Iere. ix. Aſcẽdit mors per fe

neſtras noſtras ingreſſa eſt domos nr̃as
¶ Itẽ venenũ nõ ledit niſi qñ ſanguinem
tangit. Vñ lucan⁹. Noxia ſerpentũ eſt ad
mixto ſanguine peſtis. Sic nõ nocet vene
num peruerſe ſuggeſtionis ſi nõ admiſcet
ſanguis delectationis. Oſee. iiij. Sanguis
ſanguinẽ tetigit qꝛ delectationẽ cogitatio
nis ſequit delectatio operis. ¶ Iteꝫ vene-
num omne frigiduꝫ exiſtit. Sic omne pec
catum mortale infrigidat dum calorem
charitatis exterminat. ¶ Itẽ peccatum aſ
ſimilat bureſti qui vt dicit Pli. eſt animal
paruũ ſimile ſcarrabeo q inter herbas q̃s
bos diligit ſe abſcondit. quem bos accipit
dum herbas carpit q deuorat⁹ a boue ie-
cur eius ſic inflãmat vt euꝫ cum cruciatu
maximo tandem rũpat. Sic malitia pecca
ti ſub delectationibus quas homo diligit
ſe abſcõdit: quã homo non aduertens cuꝫ
delectationem exterius accipit intrinſec⁹
inducit que ⁊ appetitũ inordinate incẽdit
⁊ mentis ſoliditatẽ frangit. ⁊ vltimo cru-
ciatum cõſcientie vel pene inducit Iſaie.
lxvi. Vermis eorꝫ non morietur. ¶ Item
aſſimilat muſce bouine que quouſqꝫ ſub
cauda vacce vł eius corpori manet affixa
eam quieſcere nõ ſinit: ſꝫ cauda erecta mi-
ro modo inſaniẽs per cãpos vndiqꝫ cur
rit. Similiter q̃diu peccatũ inheret con-
ſcientie anima non poteſt quieſcere: ⁊ ſic
per diuerſa vagat querens ⁊ non inueni-
ens requiem q̃diu peccatum non fuerit
amotũ per penitentiã. ¶ Item peccati fe-
torem debet homo odire ⁊ fugere exem-
plo formice. Dicit eni Ariſto. ꝙ in formi-
cis eſt ſenſus olfatus ⁊ odiunt omne feti
duꝫ. Vnde ſi quis domos earꝫ ſubfumiga
uerit aliquo fetido eas deſerũt. Sic debet
homo oĩa dimittere ⁊ fugere in quibus
eſt fetor peccati. Eccli. xxi. Fuge peccata.
¶ Itẽ peccatum aſſimilat regulo ſerpenti
. i. baſiliſco qui olfatu ſuo necat. ⁊ viſu ſuo
interficit omne viuũ. ad cuius aſpectum
nulla auis illeſa pertranſit. ⁊ ſi procul fue
rit ore ei⁹ comburitur ⁊ deuoratur a mu
ſtelis cõuincitur. Vnde ab hominibus ad
eius cauernam deferunt. nihil enim altiſ-
ſimus abſqꝫ remedio dereliquit. Vnde be.

liſcus viſa muſtela fugit quem inſequi-
tur ⁊ occidit. maxime ſi prius paſta ſit ru-
ta vt Ariſto. ⁊ Auicēna dicunt. Similiter
peccatū occidit animam vel per odoratū
moroſe delectationis in cogitatione: vel
per viſum. i. conſenſum opis. Unde aues
ideſt hominum mentes ſolo viſu. i. con-
ſenſu etiam ſi longe ſint ab opere occidū-
tur ⁊ deuorantur a peccato. Sed remedi-
um contra baſiliſcum. i. contra peccata eſt
muſtela ruta refecta. i. penitentia amaritu
dine plena que ipſum viſa fugat qꝛ peni-
tentia ſolum in contritione vel in propo
ſito habita quandoqꝫ peccatum purgat.
Pſ. Dixi. ſ. in propoſito cordis cōfitebor
aduerſum me iniuſtitiam meam dño ⁊c.
Sed tamē opere completa ipſum perfru
ens. ſ. peccatum extinguit. Actu. iij. Con-
uertimini ⁊ penitemini vt deleantur pec
cata veſtra. ¶ Itē peccatū aſſimilatur aſpi
di. Nam aſpis aurem obturat vt vocem
hominis incantātis nō audiat nec ei obe
diat. ⁊ hoc pertinet ad peccatū ſuperbie.
qꝛ ſuperbus vocem dei non audit ⁊ eius
mandatis obedire contēnit Pſ. Sicut aſ-
pidis ſurde ⁊ obturantis aures ſuas que
non exaudiet vocem incantantium ⁊c.
¶ Itē aſpis interfecto compari ſuo. i. cō-
iuge ſuo miro furore interfectorem per-
ſequitur. ⁊ illū ſiue ſolum ſiue inter mul-
tos aggredit. nec periculū curare videtur
vt ſuum comparē vlciſcat. ⁊ hoc pertinet
ad vitiū ire qꝛ iratus propter appetitum
vindicte precipiti furia omni periculo ſe
exponit. ¶ Itē eſt quedaꝫ ſpecies aſpidis
que dicit ſitula. ex eo ꝙ a ſe percuſſum ſi-
ti occidit: ⁊ hoc pertinet ad auaritiā. Cui⁹
ſitis. i. appetitus ſit inextinguibilis. ¶ Iteꝫ
eſt quedam alia aſpis que dicit viperalis
que. ſ. ſomno interficit. hanc dum cleopa
tra ſibi apponeret ſomno reſoluta eſt ⁊
hoc pertinet ad accidie vitium que pigri
tia ⁊ ſomnolentia animā occidit. ¶ Item
eſt alia que dicit emorrois quia percuſſus
ab ea diſſolutis venis fluxu ſanguinis vi-
tam finit. hoc pertinet ad luxurioſos. qꝛ
ſcꝫ luxuria fluxu ſeminis corpus reſoluit
⁊ ad eternum interitum animam inducit

¶ Item eſt alia ſerpens que dicitur peſter
qui ſemper ore patente emittens virus
incedit. ſed ab eo percuſſus diſtenditur ⁊
necatur. hoc pertinet ad vitium gule qꝛ
guloſus ore patente ideſt parato ad cibū
ſemper incedit ⁊ virus ideſt vitium gule
patenter oſtendit. ¶ Iteꝫ aſpis habet ocu
los in temporibus non in fronte. Unde
non directe reſpicit. ⁊ ideo aduerſarium
perſequitur magis auditu vel olfatu ꝙ
viſu. Nam ſi non ſic eſſet vt dicit Plini⁹
vix homo ab eo euaderet. ⁊ hꝫ pertinet ad
inuidiaꝫ. qꝛ inuidus non recte ſed toruo
⁊ maliuolo reſpicit oculo ⁊ ex auditu vel
ex opinione ſua ſolum detrahendo per-
ſequitur. tanꝙ de re viſa vel certa. vnde
Pſ. de talibus dicit. Venenum aſpidum
ſub labijs eorum. ¶ Item peccatuꝫ ꝙdiu
retinetur ſemper multiplicatur ⁊ creſcit.
Unde aſſimilatur cocodrillo. qui ꝙdiu vi
uit ſemper creſcit. Nam peccatum ꝙ per
penitentiam non diluitur mox ſuo pon-
dere ad aliud trahit. ¶ Item peccatum
plus inualeſcit ⁊ abundat in proſperitate
ꝙ in aduerſitate. ſicut ſerpentes plus abū
dant ⁊ ledūt in eſtate ꝙ in hyeme ⁊ in die
ꝙ in nocte. Omnes enim generaliter ſer-
pentes frigide ſunt nature. nec percutiūt
niſi cum caleſcunt Unde venena eorum
plus nocent de die ꝙ de nocte quia ſunt
frigidi nocturno rore. In hyeme ſe in ni
dis inuoluunt ⁊ torpeſcunt. ſed in eſtate
ſe diſſoluunt ⁊ ad nocendum exeunt.
Quid autem per frigiditatem ſerpenti-
ni veneni niſi malitia accipitur peccati:
que dum cor per conſenſum attingit: ca-
lorem protinus charitatis extinguit. per
calorem vero diei ⁊ eſtatis feruor minor
⁊ maior intelligitur mundane proſperi-
tatis. ſicut frigus econtrario noctis vel
hyemis breuiorem vel leuiorem ſignat
curſum aduerſitatis. ſꝫ in eſtate vel in die
venenū magis ledit. qꝛ ex ipſo proſperi-
tatis feruore peccatum pnitioſius creſcit.
Unde Pſ. dicit. Ab altitudine diei time-
bo ideſt proſperitatis. ¶ Iteꝫ peccata car
nalia ſunt magis manifeſta ⁊ infamia
ꝙ ſpiritualia. ſed tamen ſpiritualia ſunt

magis nociua. Unde aſſimilatur ſerpenti/
bus. dicuntur enim quidá eé maximi ſer/
pentes corpe ita vt coruos integros de/
morêt. Vñ i punico bello vt narrat Titus
liuius a Regulo romanoꝛum duce inter
fectus eſt ſerpens baliſtis C. xx. pedum
longitudinis. Cuius pellis ꝛ maxille fue/
runt ſuſpenſe ante quoddam templum
rome. Sub claudio etiam ceſare fuit ſer/
pens in Italia interfectus in cuius aluo
puer integer eſt inuentus. Sunt autem
alij ſerpentes ita coꝛpoꝛe parui vt vix vi
deri poſſint. ſed ſunt maximi in poteſta/
te nocendi ſicut dypſa que pꝛius occidit
quam ſentire poſſit. Tyrus etiá vt dicit
Ariſto. modicus eſt ꝛ tamen contra eius
venenũ nullum remedium eſt. Serpêtes
ergo magni ſignificant peccata carnalia q̃
ſunt magne apparentie ꝛ infamie ſ3 qua/
ſi ſerpentes aſpectu parui: ꝛ magis noxij
ſunt peccata ſpiritualia que licet ſint mi/
nus manifeſta ꝛ minoꝛis infamie. ſunt ta
men maioꝛis culpe. vt patet de luxuria ꝛ
ſuperbia. Unde Grego. xxxiij. moꝛalium
Aliquádo inquit minus eſt in coꝛruptio
nem cadere q̃ cogitatione tacita delibera
ta elatione peccare. ſ3 cum minus turpis
ſuperbia creditur minus vitatur. luxuri
am eo magis erubeſcunt homines quo
ſimul omnes turpe3 nouerunt. Unde ſit
plerunq3 vt nonnulli poſt ſuperbiam in
luxuriam coꝛruentes ex aperto caſu ma
lum culpe latentis erubeſcant ꝛ tunc etiá
maioꝛa coꝛrigant cum pꝛoſtrati in mini/
mis grauiter confunduntur.

C Capitulum. xcv.

Penitêtia lachꝛymoſa facit
deum diſſimulare pecca/
ta. Nam leo qui coitu3 le/
ene cum pardo odoꝛe co
gnoſcit totus in adultere
ſurgit penam. ſed ſi leena
poſt coitum in flumine lauatur nihil tũc
a leone percipitur. Sic ſi anima ſponſa
chꝛiſti diabolo peccando coniungitur. ip
ſe chꝛiſtus qui ẽ leo de tribu iuda ad vin
dictam contra eam merito pꝛouocatur.
Sed ſi anima in flumine lachꝛymoſe pe/
nitentie lauetur ab ipſo chꝛiſto peccatu3
diſſimulatur ꝛ parcitur. Amb. Quod de
fendi non poteſt ablui pōt. lauant lachꝛi
me delictum quod voce pudoꝛ eſt confi
teri. lachꝛime veniam poſtulant ꝛ meren
tur. C Item penitêtia aſſimilatur pãthe
re. q̃ vt dicit Phiſiol. dꝛaconẽ odit ꝛ dra
co eam fugit. que paſta in ſpelunca ſe reco
dit ꝛ per tres dies aliquando doꝛmit. tũc
ſurgens magnam vocem emittit ꝛ ab oꝛe
eius aromaticus odoꝛ exit ſupꝛa modu3
ſuauis. q̃re tunc omnia animalia ſequun
tur eam. ſolus draco fugit ꝛ eius odoꝛe3
non ferens in ſeipſo deficit. Sed ſicut pã
there draconem ita penitentia odit pec/
catum ꝛ peccatum ipſam penitentiam fu
git que in ſpelunca ideſt in coꝛde penitẽ
inclusa poſtq̃ per tres dies ſcilicet contri
tionis confeſſionis ꝛ ſatiſfactionis perſe
uerauerit exurgens a ſtatu culpe emittit
vocem laudis ſolutu3 ſe ſentiens a ſom
no peccati. Unde in vocem laudis prum
pẽs dicit illud ps. Dirupiſti vincula mea
tibi ſacrificabo hoſtiam laudis ꝛ nomen
domini inuocabo. Qui verſiculus vt di/
cit Caſ. ſupꝛa. ps. tante dicitur eſſe virtu/
tis vt quiſq3 cum in moꝛte trina confeſ/
ſione dixerit omnia peccata ſibi ſoluũtur.
Tunc ẽt ex oꝛe ſuo penitens ſuauẽ emit
tit odoꝛem videlicet ſuauis ꝛ deuote oꝛa
tionis. quam omnia animalia ſequuntur.
ideſt omnes virtutes ꝛ omnia merita p
hoc reſtituuntur ipſi penitenti: ꝛ draco. i.
peccatum deficit ꝛ perit. C Item peniten
tia ſatiſfactoꝛia requirit menſura3 diſcre
tionis ꝛ feruoꝛem compunctionis. Unde
aſſimilatur ſanguiſuge que appõitur coꝛ
poꝛi vt coꝛruptum ſanguinem detrahat
ſed quia quandoq3 inſidet venenoſis q̃n
quis eá ſibi apponit pꝛius ẽ inuoluẽda i
ſale ꝛ in vrticis vt euomat ſi quid vene
ni hauſerit. Similiter penalis penitentia
imponitur vt a peccati coꝛruptione q̃ ẽ
tanq̃ ſanguis coꝛruptus aĩa expiet: vl' vt
affect⁹ peccãdi ab aĩa extrahat ſ3 vt nihil
noxiũ inferat penitẽti apponẽda vel aſ
ſumẽda ẽ cũ ſale diſcretiõis vt prudẽter
cõſideret. ꝛ q̃lis ꝛ quãta ꝛ cui imponatur

¶ Item neceſſaria eſt in ſuſcipiente vrti-
ca. que. ſ. vrit ⁊ pũgit. ⁊ ideo deſignat fer
uorem compunctionis que omnem peni
tentiam leuiter ferre facit. ⁊ ad hoc idem
facit. ꝙ ſi quis ſanguiſuge aquam calidaꝫ
ſuperfundat citius ſe membro applicat.
Eſt enim velut aqua calida lachrymaruꝫ
compunctio feruida que cito membro
ſanguiſugam apponit quia iniunctam pe
nitentiam prompto animo ſuſcipere fa-
cit. ¶ Item tentatões penitẽtia extinguit.
Unde aſſilaꝛ cuidã beſtiole parue quã leo
nes timẽt ⁊ fugiũt. q̃ vocaꝛ leontofonus.
Nã quoddã venenũ portat in ore ꝙ sta-
tim eos necat. Unde hec beſtiola capitur
⁊ exuriꝛ ⁊ incineraꝛ. ex quibus cineribus
dum carnes aſperguntur ⁊ in capitib⁹ viaꝝ
ponuntur leones trãſeuntes dum eas come
dũt moriuntur vt dicũt Iſid. ⁊ Auicẽ. Hec
ergo beſtiola repreſentat humilem pniam
quã leones. i. demones timent ⁊ fugiunt.
Hec portat venenũ in ore cũ pctĩ dicit in
cõfeſſione. ⁊ iđ venenũ occidit leones. i. ten
tationes demonum. Hec beſtiola capitur in
pctõꝝ recordatiõe exuriꝛ in ꝯtritiõis do-
lore incineraꝛ in mortis meditatiõe recolẽs
quõ p mortẽ caro diſſoluaꝛ in cinerẽ vel
incineraꝛ .i. in humili ſatiſfactione Job. xli.
Ago pniam in fauilla ⁊ cinere. ⁊ dum ca-
ro ex hoc cinere aſpergitur vt. ſ. ſatiſfacien-
do affligaꝛ. ⁊ precipue in capitib⁹ viarũ. i.
in principijs tentationũ vel ſenſib⁹ corpo-
ris q ſunt principia viaꝝ per quas pecca
ta intrant in aĩaꝫ. Unde tunc cinis in capiti-
bus viarũ aſpergitur quando ipſi ſenſus
corporis humiliter cuſtodiuntur vel affliguntur
vt oculi plorẽt ⁊ os abſtineat aures audi
ant increpationes ⁊ ſic de alijs. Et ſic tunc
leões ex his occidũt qꝛ demonũ tẽtatões ſi
preualent ſed cito extinguũt. ¶ Item pe-
nitentie amaritudinem diabolus odit ⁊
abhorret. ſicut canis abhorret vt non co
medat inteſtina cerui propter amaritudi
nem que eſt in eis. Nam ſm Ariſto. ⁊ Aui
cen. ceruus non habet fel niſi forte in inte
ſtinis. Unde eius inteſtina ſunt amara ⁊ fe
tida ita vt canis ea non comedat. niſi ſu-
pramodum fameſcat. Sic cum interiora
mentis ſunt fetida. ſ. per memoriam tur-
pitudinis culpe ⁊ amaritudine reſperſa p
dolorem penitentie demones qui paſcun-
tur delectatione ⁊ dulcedine peccantium
illa tangere abhorrent. ¶ Item peniten-
tia liberat a grauedine pctĩ. ⁊ poſt morteꝫ
liberat animaꝫ a pena. Unde aſſimilaꝛ cui-
dam lapidi quem cerue vt dicit Pli. cum
ſentiunt grauitatẽ deuorant qui eas adiu
uat. ⁊ poſtꝙ moriuntur in earum ventre
inuenitur. ⁊ iſte lapis miro modo adiu-
uat mulieres pregnantes ⁊ facit eas etiaꝫ
abſqꝫ dolore parere. Sic anima quando ꝯ-
ſentit grauedinem peccati debet aſſume-
re lapidem. i. penitentiam duram ⁊ aſpe-
ram que non ſolum liberat in vita a pec-
catorum grauitate. ſed etiam poſt morteꝫ
eius virtus inuenitur in anima liberans
eam a penarum acerbitate. Hec etiam eſt
que iuuat mulieres pregnantes. ſ. animas
bonum conceptum. i. bonum propoſituꝫ
portantes ad pariendum in opere perfi-
ciendum. qꝛ aſpera penitentia carnem re-
frenat ne bonis operibus effectum impe
diat. ¶ Item penitentia amara extinguit
remorſus conſcientie ſicut abſinthiuꝫ oc
cidit pulices. Eſt enim eorum venenum
vt Conſtã. dicit. Quid enim ſunt pulices
mordentes niſi peccatorum actus conſci
entiam moleſtantes quos abſinthium. i.
amara penitentia purgando extinguit ⁊
ceſſare penitus facit. Et ſimiliter folia per
ſicorum que amara ſunt pulices occidũt.
⁊ eadem ratione valet contra eos colo-
quintida ſi trita ⁊ mixta cum aqua per lo
cum vbi ſunt aſpergatur. ⁊ ſignat contri-
tionem peccatorum amaram cum lachry-
mis admixtam.

¶ Capitulum. xcvj.

Penitentes aſſimilantur ti-
gridi qđ eſt animal ad mo
dum ſagitte in curſu velo
ciſſimum varijs maculis
diſtinctum vt dicit Iſido
rus. de quo etiam Pli. di
cit ꝙ cum catuli ſui rapiũtur odore rapto-
rem perſequitur. qui equo velociſſimo
tranſportatur. ⁊ audiens ſtrepitum beſtie

perſequentis in via ſpecula poſt ſe pꝛoij-
cit: que illa videns ⁊ ſuam imaginem in-
tuens ⁊ filium eſſe credens ſiſtit ⁊ filiuꝫ ac
cipere cupit ⁊ interim venatoꝛ euadit. Ty
gris ergo velociter currens peccatoꝛ eſt
ferventer vel celeriter penitẽs qui diver
ſis maculis diſtinguitur cum diverſis pec
catis compungitur qui tunc raptos catu-
los inſequitur quando bona per peccata
perdita per penitentiam recuperare cona
tur. Cui venatoꝛ diverſa ſpecula quibus
detineatur pꝛoijcit qꝛ diverſa ſibi impedi
menta diabolus quibus impediatur op-
ponit. ℂ Item penitentes aſſimilant̄ ſtel-
lioni. Pꝛimo qꝛ ſtellio in coꝛio renouatur
dicitur enim ꝙ ſtellio mutat coꝛium ſicut
ſerpens. Sic penitentes debent renouare
converſationem ⁊ vitam exuendo vetu-
ſtatẽ peccati ⁊ induendo iuſticie novitatẽ
Apo. Ephe. iiij. Renouamini ſpiritu men-
tis veſtre ⁊ induite novum hominem ⁊c.
Scdo qꝛ ſtellio manibus graditur. Eſt eni
ſtellio vt dicit Pli. genus lacerte quatuoꝛ
habẽs pedes latos ad modũ manus qbꝰ
repit ad domoꝛum rimas in quibus facit
ſuam cavernam. Vnde. Pꝛover. xxx. Stel
lio manibus nititur ⁊ moꝛatur in domi-
bus regum. Sunt igitur quatuoꝛ manꝰ
ſiue pedes ſtellionis quatuoꝛ virtutes pe
nitentis quoꝛum operibus graditur ad
manſiones regales. i. celeſtes ſcilicet iuſti-
cia qua vtitur ſcilicet ſatiſfaciendo: tempe
rantia qua vtitur in abſtinendo. foꝛtitu-
do qua vtitur continuando vel tẽtationi
bus reſiſtendo ⁊ pꝛudentia qua vtitur a
nociuis ſibi cavendo. De quatuoꝛ virtu-
tes ſimiles ſunt pedibus quando haben-
tur in affectione. ſed tunc ſunt velut ma-
nus quando habentur in vſu ſiue opera
tione. Tertio qꝛ ſtellio in viſu hebetatur.
Nam in hyeme latet ⁊ viſus eius hebeta
tur. Eſt eniꝫ tempus hyemis aſperitas tẽ
tationis in qua penitentes ſe abſcondũt
in ſecreto oꝛationis vel in latibulo humi
litatis. ſed tamen eſſe non poteſt quin ex
tenebꝛa tentationis viſus hebetetur men
tis. qꝛ ſaltem duꝫ homo tentatur offuſca

tur ⁊ remittitur intuitus contemplatio
nis. ℂ Quarto qꝛ ſtellio in viſu clarifica
tur. Nam in vere exiens ⁊ viſum hebeta
tum inveniens locum querit vbi ſolem
oꝛientem reſpicere poſſit in quem duꝫ re
ſpicit deſiccatur humoꝛ qui erat in oculis
⁊ ſic lumen reſpicit ſicut innuit glo Pro
ver. xxx. Sic penitens in vere. i. in tempo
re tranquillitatis poſtꝙ abijt hyems ten
tationis debet per contemplationeꝫ men
tis ⁊ oꝛationem reſpicere ad ſoleꝫ chriſti
qui viſitavit nos oꝛiens ex alto. ⁊ eius in
tuitu affectus mentis inflãmatur. omnis
humoꝛ ſiue affectus indebitus ex tenta
tione relictus purgatur. ⁊ ſic mentis ipſi-
us viſus miro modo clarificatur. ℂ Item
penitentes aſſimilantur leonibus qui in
pꝛincipio naſcuntur infoꝛmes ⁊ parui ad
modum muſtele. ſed poſtea cum creſcunt
efficiuntur foꝛtiſſimi. Sic penitentes inci-
pientes a timoꝛe ſervili ſunt parui in vir
tute ⁊ infoꝛmes qꝛ nondum in charitate.
ſed poſtea creſcentes per charitatem ro-
boꝛantur ⁊ foꝛtiſſimi efficiuntur. Vnde
Greg. dicit ꝙ in via dei a timoꝛe incipitur
vt ad foꝛtitudinem veniatur. ℂ Item pe
nitentes aſſimilantur cervis. qꝛ ſicut dicit
Iſido. Cervi ſunt inimici ſerpentum. ⁊ cũ
ſentiunt ſe gravatos ſpiritu nariuꝫ attra
hunt eos de cavernis ⁊ ſuperata veneni
pernitie eoꝛum pabulo ſoluti redduntur
Serpentes igitur ſunt peccata que odien
da ⁊ fugienda ſunt tanꝙ venenoſi ſerpen
tes ſm illud Eccli. xxj. Quaſi a facie colu
bꝛi fuge peccatum. Cum ergo per remoꝛ-
ſum conſcientie aliqui ſentiunt in ſe gra-
uamen culpe tunc ſpiritu narium. i. fervo
re penitentie. Nam in ſpiritu intelligitur
fervoꝛ ⁊ doloꝛ compunctionis. de quo.
Pſal. Sacrificium deo ſpiritus contribu
latus. In naribus vero diſcretio ſatiſfa
ctionis accipitur. extrahunt eos de caver
nis ideſt de latibulis conſcientiarũ ſolicite
cum peccata ad lucem deducunt confiten
do ⁊ accuſando. Vnde virus peccati de-
pellitur. ⁊ ſit eis memoꝛia peccatoꝛum ma
trimentum lachꝛymarum quibus a pecc

catorum reatu ſoluuntur ⁊ purgantur. ¶ Jtem cerui herbam diptáni primitus prodiderunt cuius paſtu ſagittas quibus vulnerantur excutiunt. Cerui enim ſagittis percuſſi ſunt homines tentationibus deuicti. Per diptánum vero que eſt herba habens virtutem diſſoluendi attrahē di ⁊ conſumendi venenum penitentie intelligitur. que venenum peccati diſſoluit in contritione. attrahit in confeſſione ⁊ conſumit in ſatiſfactione. Vnde hec cum a ceruis ideſt peccatoribus ſumitur ſagitte tentationum repelluntur ⁊ peccatorū vulnera miro modo ſanantur.

¶ Capitulum. xcvij.

Peregrinos ⁊ viatores dirigere ⁊ defēdere nos docent elephantes. Naʒ elephas ſi hominem in via inuenerit errantem ꝑmo ne eum terreat de via aliquantulum exit ⁊ graduʒ figit ⁊ paulatim ipſum precedens ei viam oſtendit ⁊ ſi draco eis occurrerit pro defenſione hominis draconi ſe opponit eumqʒ defendit. Sic homines magni precipue ⁊ potentes debent peregrinos viatores non expoliare vt multi faciunt cum ad territoriuʒ eorum veniunt ſed potius per ſe vel ſuos dirigere ⁊ a malis hominibus defendere. ¶ Jtem ledentes peregrinos ⁊ hoſpites eos expoliantes peiores ſunt ꝙ venenoſi ſcorpiones. Tradit enim Ariſto. in quodam monte a ſcorpionibus hoſpites non ledi ſed indigenas occidi ⁊ ledi.

¶ Capitulum. xcviij.

Perſeuerare debet homo ⁊ eſſe firmus in doctrina bona quam audiuit. Naʒ omne animal habens aures eas mouet preter hominem. Jn quo ſignificatur ꝙ illi qui in bona doctrina quam audiunt non perſeuerant nec ſunt ſtabiles ſimiles ſunt brutis animalibus que aures mouent. quia ab eo ꝙ audierunt cito mouentur ſed qui ſtabiliter perſeuerant in audita doctrina ſunt homines vere rationales. Jo. viij. Si vos māſeritis in ſermone meo veri diſcipuli mei eritis ⁊ cognoſcetis veritatem ⁊c̄.

¶ Capitulum. xcix.

Predicator aſſimilatur cani. Prio ex eo qꝛ cāis dominum ſuum diligit. Et ſimiliter predicatorem verbi oportet eſſe amicum dei. Vnde predicator qui dominuʒ non diligit non eſt dignus ānūciare verba dei. Vnde ps. Peccatori dixit deus. Quare tu enarras iuſticias meas ⁊ aſſumis teſtamentum meum per os tuuʒ ⁊c̄. ¶ Jtem qꝛ canis domini ſui cuſtodit domum ⁊ defendit. Hec domus domini eſt eccleſia quam predicator catholicus ab hereticis defendit. Vel hec domus eſt conſciētia propria ꝙ debet predicator ſollicite cuſtodire ſicut fortis armatus cuſtodit atrium ſuum. vt ſint in pace omnia ꝙ poſſidet. ¶ Jtem qꝛ canis pro domino ſuo morti ſe exponit ſicut legimus. Celoneum venatorem placentie ab armatis inuaſum canem eum defendiſſe. nec vulnerari potuiſſe niſi prius cane perempto. Sic ſancti predicatores pro fide dei ⁊ veritate martyrio ſe exponunt vt patet in Apoſtolis ⁊ Martyribus. ¶ Jtem qꝛ canis voluntarie cum domino ſuo ad predam currit. Eſt enim predicatio quaſi quedam venatio ſpiritualis in qua omnis anima deo acquiſita eſt vt quedam preda capta. ſed canis ad predam non vadit ſi a domino ſuo non ducitur vel ſociatur. quia ſcilicet predicator infructuoſe predicaret niſi eū deus iuuaret ⁊ ſociaret Apoſtolo ꝑmo. Corinthio. xv. Non autē ego ſed gratia dei mecum ⁊c. i. Corin. iij. Adiutores dei ſumus. Debet igit̄ predicator cum ipſum deum habeat ſecum conſortē non refugere ſed libenter diſcurrere ad ꝑdicationis laborem. j. Cor. ix. Sic currite vt comprehendatis. ¶ Jtem qꝛ multorū ꝗs canis corpus dn̄i ſui etiam mortuuʒ

non derelinquit ſicut legimus de cane Ti
cij ſabini qui ipſum dn̄m ſuum captū Ro
me etiam in carcere non dereliquit: quo
inſuper mortuo canis meſtos edens vlu
latus nec mortuū deſeruit: qui cuz quidā
ei panem proiecisset ad os defuncti depor
tauit ⁊ cū ille non māducaret nec ipſe mā
ducauit: cadauere autem in tyberim pro
iecto canis vt corpus ſuſtentaret in tybe
rim ſe proiecit multitudine concurrente
vt videret ſpectaculum fidi animalis. Si
militer predicatores corpus xp̄i mortuū
deſerere non debent qꝛ de morte ⁊ paſſio
ne xp̄i debent iugiter memoriam habere
⁊ de ea predicare frequenter exēplo Apo
ſtolorum. ex quorum perſona beatus Pau
lus dicebat. Nos aūt predicamꝰ xp̄m cru
cifixum ⁊c. ¶ Item qꝛ canis predam quaz
rapit non ſibi comedit ſed dn̄o ſuo reli
quit ⁊ ſimilis eſt predicator qui de opere
fructuoſo non propriam laudē querit ſʒ
gloriam ⁊ honorem deo relinquit. Joh.
viij. Ego gloriam meā non quero. ¶ Itez
qꝛ canis nobilis dato ꝙ de preda a ſe ca
pta nihil percipit nō propter hoc infide
lis exiſtit nec predam aliam inſequi pro
pter hoc omittit. Sic quāuꝭ predicator ex
predicatione ſua nihil tpale ſuſcipiat: non
propterea a predicatione ceſſat nec minꝰ
fideliter predicat. ¶ Item qꝛ canis locum
ſuū cognoſcit. Locus enim noſter finalis
⁊ permanſibilis nō eſt in vita preſenti qd
Apo. recognoſcebat dicens Heb. xiij. Nō
habemus hic manentem ciuitatem ſed fu
turam inquirimus. Et nota ꝙ canes itine
ra ꝓnis longa ad memoriā reducūt ⁊ ad
propria domicilia per longa terrarū ſpa
cia redire conſueuerunt qd predicatores
non corporaliter ſolum faciunt dum per
loca varia predicando diſcurrunt. ⁊ poſt
modum ad ſua clauſtra vel habitacula re
deunt: ſed etiam ſpiritualiter qꝛ quāuꝭ p
proximorum ſalute ſeu prouiſione ad ex
teriora negocia vel officia plerūqꝫ exire
cogant. tn̄ ſollicite ac prouide ad propriū
mentis domicilium redeūt ſm illud. Ani
malia ibant ⁊ reuertebant in ſimilitudinē
fulgoris coruſcantis. Eze. j. ¶ Item qꝛ in

terdum canis fortiſſimas ⁊ magnas be
as inuadit audacter. Sicut legimus de
nibus indie. Solent eniz indi vt dicit Iſi
do. caniculas nocte ligatas in ſiluis dimi
tere vt a tygribus cognoſcant ex quibus
canes adeo acerrimi oriuntur vt leones
proſternant. Vnde quidaz canis ſic natus
a rege Albano Alexādro magno miſſus
primo in eius pn̄tia leonem occidit tādes
elephante deducto videns eius magnitu
dinez primo obriguit ⁊ ingenti latratu in
ſonuit quem tn̄ inuaſit ⁊ tādiu affixit q
eum ad terram proſtrauit. Sic ſancti pre
dicatores diuino zelo ⁊ ſpiritu accenſi in
terduz magnos tyrānos ⁊ peccatores au
dacter reprehendendo aggrediunt ſicut
Joh. herodem. Vnde Herodes metuebat
Johānem ⁊ audito eo multa faciebat vt
dicitur Math. vj. ¶ Item canis vento ⁊
odore etiam per aquas beſtias fugientes
inſequitur ⁊ earum deprehendens latibu
la latratu ⁊ muſſitatu ea prodit. Sic predi
catores ſancti vento .i. ſpiraculo diuino
impulſi. ⁊ odore .i. deſiderio ſuperne ſalu
tis attracti etiam per aquas tribulationū
inſequuntur beſtias .i. peccatores beſtiali
ter viuentes vt trahant eos ad penitenti
am: ⁊ eorum latibula .i. vitia in quibus la
tere volunt redarguendo produnt.
¶ Item canis humanā ſocietatem diligit.
Sic ſancti predicatores humana conſor
tia in quibus fructificare poſſunt minime
fugiunt. ſequentes .ſ. exemplum illius qui
dicit Prouer. viij. delicie mee eſſe cum fi
lijs hominum. ¶ Item predicator debet
ſimilis eſſe caſtori qui ſicut dicit Yſido. cū
quadrupedibus viuit in terra ⁊ cum na
tatilibus ſtat in aquis. Eſt enim in magni
tudine ad modum parui canis: pedes po
ſteriores quaſi caninos hn̄s quibus prin
cipaliter ambulat. pedes autez anteriores
habet q̄ſi anſerinos quibus natat in aq̄s.
Sic predicatores non ſolum debent per
terram diſcurrere per vitam actiuaz que
competit quadrupedibus .i. his qui per
fecti ſunt in quatuor virtutibus ſed etiaʒ
verſari debent in aquis ſcripturaruʒ cū
natatilibus .i. ꝯtēplatiuis ⁊ debent eſſe ſi

tut canis ꝑ latratū ꝑdicationis ſed ꝑui in humilitate mētis. poſterioꝛes aūt pedes ſunt occupatiões coꝛꝑales ꝑtinentes ad pietatē ⁊ ideo ſunt vt aialis terreſtris: ſꝫ anterioꝛes pedes ſūt meditatões ſpūales ⁊ iō ſunt ſicut natatilis qbus.ſ.natat in aq̄ ſapiētie. ¶ Itē ꝑdicatoꝛ curioſus ē ſimilis equo q aquā quā potat ſi clara ē pede ꝑturbat. Similiter ꝑdicatoꝛ curioſus aq̄ clarā.i.ſcripturā ⁊ doctrinā planam ⁊ aptē pede.i.affectu placēdi ⁊ vt reputet̃ ſciens ꝑplexis rōnibus inuolut⁹ ꝑturbat.i. offuſcat vt vix intelligat̃. Vel aqua clara eſt tribulatio patienter exterius poꝛtata quā patiens tūc pede ꝑturbat cū interiori affectu iniuriantē nō amat. Gre. Perfecta patiētia eſt que ⁊ ipſū amat quem poꝛtat. Nā tolerare ⁊ odiſſe nō eſt virt⁹ manſuetudinis ſed fulcimentuꝫ furoꝛis. Eze.xxxiiij. cum puriſſimā aquā biberitis reliquam pedibus veſtris turbabitis.

¶ Item predicatoꝛ etiam aſſimilatur vrſo. Nam quia vrſus ſic interpꝛetatus et dictus eſt ꝙ oꝛe ſuo foꝛmet fetus vt dicit Iſido. Auic. etiam dicit quandam carneꝫ naſci quā mater lambendo in mēbꝛa cōponit. Sic etiam pꝛedicatoꝛ doctrina oꝛis ſpi foꝛmat deo ſpirituales filios. Quaſi enim moꝛe matris i his quos carnales inuenit lingue officio v̄tutum ſpiritualiuꝫ mēbꝛo cōponit Vn̄ Apo. Gal. iiij. Filioli mei quos iterū ꝑturio donec foꝛmetur xp̄s i vob̄.

## ¶ Capitulum. c.

PRelatus dꝫ eſſe ſilis arieti. qꝛ aries dux eſt gregis ⁊ ouium ꝑnceps. Sic ꝑlatus dꝫ eſſe dux ſubditoꝝ ſcilꝫ ſic̄ auctoꝛitate ꝑſidēdo ita bōe vite exemplo pꝛecedendo. ¶ Item quia nā arietem fecit foꝛtiſſimum ſm̄ Iſido. Vnde dicitur veruex a viribus eo ꝙ tanq̄ vir ouium ſit ceteris bidentibus virtuoſioꝛ. Vel dicitur veruex vt ipſe dicit: quia vermem poꝛtat in capite. cuius pꝛuritu ſepe foꝛtiſſime caput mouet. Dicitur autem aries quia hoc animal immolabatur in aris. ſicut pꝫ in lege moyſi. que omnia competunt pꝛelato ſcilicet foꝛtitudo operis ſolicitudo mentis que eſt vt vermis in capite ō qua Apoſt. ij. Coꝛ. xi. Inſtātia mea quottidiana ſolicitudo omnium eccleſiarum. ¶ Item immolatio carnis de qua Apo. Ro. xij. Exhibeatis coꝛpoꝛa veſtra hoſtiā viuentem ſanctam deo ⁊c̄. ¶ Iteꝫ pꝛedicatoꝛ bonus dꝫ clamoꝛe pꝛedicationis ⁊ gemitu oꝛationis ſubditos doꝛmiētes ſiue i peccatis moꝛtuos ſuſcitare exēplo leonis: cuius catuli quando naſcuntur tribus diebus ⁊ tribus noctibus doꝛmire vel moꝛtui eſſe reputantur ⁊ tunc patris rugitu ⁊ clamoꝛe ſuſcitari dicunt̃. Tunc ſuper catulos moꝛtuos leo foꝛtiter clamat quando peccantes ſubditos pꝛelatus vel pꝛedicatoꝛ pꝛedicando vel coꝛripiendo foꝛtiter increpat ⁊ tunc rugitum emittit cum pro eis orando foꝛtiter gemit. Vnde ſicut clamor ⁊ gemitus leonis dr̄ ſuſcitare moꝛtuos catulos. ita clamoꝛ pꝛedicationis ⁊ rugitus oꝛatiōis ſuſcitat ſubditos in peccatis Yſa. v. Rugitus eius vt leonis rugiet vt catuli leonum ⁊c̄. Sed cum pꝛelatus vel pꝛedicatoꝛ loquitur bonis dꝫ loqui dulciter. In cuius ſignum dicitur Iudicuꝫ. xiiij. Ecce examē apū in oꝛe leonis ⁊ fauus mellis. Apis.n. pungit ⁊ mel cōponit. quia pꝛedicatoꝛ dꝫ pungere lentos ⁊ dulcoꝛare d̄uotos. ¶ Itē pꝛelat⁹ dꝫ eſſe ſimilis cameleopardo. quod ſꝫ Iſi. eſt animal ethiopicum caput hn̄s cameli collum equi: crura ⁊ pedes bubali ⁊ maculas pardi. Eſt eniꝫ beſtia albus maculis rutilum colorem emittentibus ſuperſparſa: ⁊ ideo a capite cameli ⁊ a maculis pdi tali nomine eſt vocata vt dicit Pli. Eſt autem beſtia magis aſpectu quā feritate conſpicua tantum manſueta vt quaſi ouis nomen acceperit. Omnia autem hec ſunt pꝛelato congruentia moꝛaliter accepta quia caput cameli oꝛe ruminat ⁊ ruminatio ſignat ſacre ſcripture meditationem. Colum equi flexibile eſt quia curuatur ad tractū freni. Et hec flexibilitas refert̃ ad miſericoꝛdiā ⁊ pietatē pꝛelati. Pedes āt bubali vngulas diuidūt: ⁊ mature īcedūt

q̄ ꝓ refert ad diſcretionis prudētiā: Albe āt macule extra rutillātes ſūt pura opa ⁊ exēpla que exterius alijs apparent. Sic ergo ꝑlatus dꝫ hēre caput cameli ꝑ noticiaꝫ ſacre ſcripture. Collū equi ꝑ flexibilitatē miſericordie. Crura vel pedes bubali ꝑ diſcretōneꝫ prudētie. Albas maculas pdi. i. opeꝝ puritatē ⁊ plus in aſpectu ꝙ in facto debet hr̄e ſeueritatē. Vn̄ dꝫ eſſe aſpectu ferus ſꝫ animo vel ope māſuetꝰ. ¶ Itē ꝑlati debēt ſe hēre ad ſubditos ſicē cerue ad filios. Cerue enī poſt partū vtūtur duabus herbis. ſ. como ⁊ ſumole quibus paſte redeūt ad ſuum fetū ⁊ illarum herbarum ſucco imbute filijs lactis exhibent nutrimentum. filios aūt ad curſus exercent ⁊ fugere eos docent ⁊ ad prorupta eos ducunt ⁊ ſaltandi moduꝫ eis oñdunt. Due ergo herbe/que faciūt ceruam ad nutrienduꝫ filios lacte abundare due vtutes ſunt que faciūt prelatos ſubditos ſuos debito alimēto nutrire. ſ. ſapiētia q̄ facit eos abūdare lacte ſpūalis doctrine ⁊ miſericordia q̄ facit abūdāter dare nutrimenta corpalis elemoſyne. debēt etiaꝫ eos ad currenduꝫ ꝑ viam mandatoruꝫ. i. ad velociter obediendū inſtruere. ¶ Itē ad peccata fugienda inducere precipitia tentationum eis nota facere ⁊ moduꝫ ſaltandi eis ideſt euadendi oñdere. ¶ Iteꝫ ſicut prelati preſunt in dignitatibus ita debent preeſſe in virtutibus. Cuius exemplum eſt quia omne animal cornutum ē quadrupes excepto quodam ſerpente in egypto qui dicitur ceraſtes. quod ſcilicet intelligendum eſt ſi cornua ſunt de natura oſſis: propter teſtudines ſiue limaces cornua mollia hn̄tes. Per animal ergo cornutum intellige hominē in dignitate leuatum: ſignant eniꝫ cornua capitis eminentiam dignitatis. Tales debent hēre quatuor pedes ſcilicet iuſticiam temperātiam fortitudinem prudentiam. Ceraſtes autem ſiue ſerpens cornutus ideſt hypocrita in dignitate poſitus cornua ſine pedibus habet. quia dignitatem tenet ⁊ virtutibus caret. Similiter limax hn̄s cornua mollia ſignat prelatum carnalem habentem remiſſa opera. qui etiam pedibus caret quia interiores virtutes non habet. ¶ Item ꝑlatus virtuoſus tunc facilius ad contemplationem diuinoruꝫ erigitur cum ſe abſtrahit a temporalibus curis. Cuius exemplum eſt quia animalia que dentes non habent in ſuperiori mandibula ſunt cornuta quia materia tranſit in cornua. Per animal vero cornibus munitum prelatum intellige in virtutibus ornatum. Cuius inferior mandibula eſt terrenorum diſpenſatio prouida in qua eſt multitudo dentium. i. multiplicitas laborioſorum operum ⁊ durorū: ſed quaſi mandibula ſuperior eſt diuinorum contemplatio altior que debet eſſe vacua ad tibus ideſt a temporalium curis ⁊ laboribus ſemota. Vtraqꝫ tamen debet vti pro tempore q vult virtuoſe preeſſe. ¶ Iteꝫ prelationis honore digni non ſunt qui ſolum que ſua ſunt querunt. Unde nullū aīal hn̄s dentes recuruos vt aper habet cornua eo ꝙ illa mā tranſit in culmos. Iſſe quippe prelatus ſuos dentes recuruat qui ea que agit ad ſemetipſum reflectit: ⁊ replicat ſed non eſt dignꝰ cornibus dignitatꝭ q alios negligens tantum ſeipſū paſcit. Eze. xxxiiij. Ve paſtoribus qui paſcunt ſemetipſos.

## ¶ Capitulum. cij.

Roficere ⁊ creſcere poteſt homo virtutibus ꝙ diu durat pn̄tis vite tps. Ceruis. n. creſcūt cornua vſqꝫ ad. vij. annum quia vſqꝫ ad. vij. annos. omni anno pullulant eis cornua vnum ramū. Vn̄ eoꝝ etas ꝺprehēdit ꝑ cornua qꝛ ergo ſeptēnariꝰ ē numerꝰ vlis tēporꝭ. ſ. q̄ vniuerſū tps vite nr̄e voluit. ſicē patꝫ i ſeptē diebꝰ ſeptiane accipiamꝰ i ſeptēario ānoꝝ totū tēpꝰ dieꝝ nr̄oꝝ. Scriptū ē. n. Eze. iiij. Dies anni Diē ꝓ āno dedi tibi ⁊. ps. dicit. Dies annoꝝ noſtroꝝ i ipſis ſeptuagita ānis. Septēariꝰ. n. ꝑ ꝺnariū multiplicatꝰ i. lxx. ꝯſurgit. vt inuat ꝙ totū tēpꝰ ānoꝝ noſtroꝝ debemꝰ dedicare ꝑfectui vtutū quē ſignat augmētatio cornuū: ⁊ hͦ fit ꝑ ſeptēnariū

virtutū:q̄ ſūt q̄tuoꝛ v̄tutes cardiales ⁊ tres theologice. vl̄ ꝑ ſeptenariū opeꝝ miſericoꝛdie cū obſeruatione decalogi.

¶ Capitulum. ciij.

immediate cū orificio totius corporis ē coniūctum. hoc pertinet ad vitium luxurie que circa infimam corporis partem viget ⁊ exercetur que eidem orificio eſt vicina. Vnde hoc vitium vilius ⁊ turpius reputatur ceteris. ¶ Itē peccator aſſimilat̄ leproſis. Primo ratione diſtinctionis. diſtinguuntur enim ſeptem genera peccatorum penes ſeptē ſpecies lepre. vel penes ſeptē modos leproſoꝝ qui ī ſacra ſcriptura leguntur. Nam ſignificatur in carnis tumore ſuperbia. ⁊ hec eſt lepra. Ozie. ij. Paral. xxvj. Poſtꝙ eleuatum eſt cor eiꝰ exorta eſt lepra in fronte eius. In exuſtiōe ſignatur iracūdia. ⁊ hec eſt lepra ſymonis Math. xxvj. Cū eēt Jeſus ī domo ſymonis leproſi. In ſiti auaricia. ⁊ hec eſt lepra ieſy. iiij. Reg. v. In ponderoſitate accidia ⁊ hec eſt lepra moyſi. Exod. iiij. Qui cum miſiſſet manum in ſinū protulit leproſā In pinguedine gula. ⁊ hec eſt lepra viroꝝ quattuor in itroitu porte. iiij. Re. vij. In putredine inuidia. ⁊ hec eſt lepra marie. Nu. xij. Prouer. xiiij. putredo oſſium inuidia. In fetore anhelitus luxuria. ⁊ hec ē lepra domꝰ Jacob ſecūdo. Reg. iij. ¶ Secundo ratione mundationis. Nam iſti leproſi mundantur quinqꝫ modis. Primo ablutione per quam ſignificatur contritio quarto Regum quinto dictum eſt naaman lauare ſepties in iordāe. ¶ Itē oſtenſione per quā ſignificatur confeſſio Luce decimoſeptimo. Oſtendite vos ſacerdoti. qui dum irent mundati ſunt.

¶ Item ſeparatione per quam ſignatur excommunicatio Numeri. xij. Legitur d̄ Maria que fuit extra caſtra ſeptem diebus. ¶ Item incluſione per quam religio ſignificatur vt manus moyſi mundata eſt incluſione. Exodi. iiij. Item tactu ꝑ quam tribulationum perpeſſio Math. viij. Tetigit eum dicens. Volo mundare ⁊ confeſtim mundata eſt lepra eius. ¶ Item peccatores aſſimilantur apopleticis ideſt his qui apoplexiam patiuntur. Primo q꞉ ſꝫ Auicennam in apoplexia ſit membrorū ocioſitas: Vnde dicit ꝙ apoplexia eſt ocioſitas membrorum a ſenſu ⁊ motu ꝓpter oppilationem contingentem in ventricu-lis cerebri ⁊ meatibus ſpiritus ſenſibilis ⁊ motui. Hec ocioſitas membrorum inuenitur in accidioſis ⁊ in pigris. quia nihil boni volunt operari. Prouerbio. xix. Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella nec ad os ſuum applicat eam. Et quidā quidem ſunt pigri ⁊ ocioſi circa ſpeculatiua puta circa ſtudium ſcientie. Vnde tales priuantur ſenſu. ideſt adeptione ſcientie. Quidam vero circa operabilia ⁊ tales carent motu ideſt profectu virtutis vł meritorij operis. ¶ Secūdo quia in apoplexia eſt anhelitus difficultas. Nam ſic euacuantur inſtrumenta motus ⁊ anhelitus aut debilitantur vt non ſiat facilis anhelitus immo illic eſt ſpuma ⁊ eſt habens vociſſitudinē ſicut ſtrāgulatio aut ſicut vox ſtrangulati. quandoqꝫ tamen nō apparet anhelitus neqꝫ vox neqꝫ ſpiritus. ⁊ ſi eſt peius. Et hec difficultas anhelitus ideſt reſpirationis eſt in guloſis ⁊ luxurioſis q̄ querunt delectationes carnis. quia tales ſpirituales inſpirationes difficulter recipiunt vnde Apoſtolus dicit prime Cor. ſecundo ꝙ animalis ideſt carnalis non percipit ea que ſunt ſpiritus. ¶ Tertio eſt in apoplexia morbi inſanabilitas. Nam ſicut dicit Ipoc. quando apoplexia eſt fortis habens eam non ſanatur. ſi vero debilis eius ſanatio non eſt facilis. Hec inſanabilitas inuenitur in auaris. vnde Philoſophus in Eth. dicit ꝙ illiberalitas que pertinet ad auaritiam eſt inſanabilis. Hieremie trigeſimo. Inſanabilis facta eſt plaga tua. Sene. Dum cetera vitia ſeneſcunt in homine ſola auaritia iuueneſcit. ¶ Quarto in apoplexia eſt mortis deformitas. quia aliquando accidit vt habens apoplexiam ſit euitatus ⁊ non ſit differētia inter ipſum ⁊ mortuum ita vt nō appareat in ipſo aliquis anhelitus. deinde reuiuiſcit ⁊ ſanatur. Et in talibus anhelitus quidem non apparet ſed ipſorū pulſus non integre cadit propter hoc voluit medici ꝙ tardetur ſepultura donec ꝓpendat eius diſpoſitio neqꝫ ſit minus. lxxij. horis. Inuenitur aūt quedā mortis ꝓfor-

[..]itas in inuidis.quia coꝛpus moꝛtuum
putreſcit ſicut Pꝛouerbio. xiiij. dicit q
putredo oſſium.i.virtutū vel viroꝛū foꝛ
tiuȝ inuidia. ¶ Quinto qꝛ in apoplexia
eſt mala reſolubilitas.qꝛ apoplexia ſi re/
ſoluit vt plurimū reſoluit in paralyſim.
Hec mala reſolubilitas inuenit in ſupbis
⁊ iracūdis.qꝛ ſupbia reſoluit vt plurimū
in irā ⁊ ira deſinit in ſtultitiā ⁊ iacturam.
Pꝛouer.v.Virū ſtultū interficit iracūdia.

¶ Capitulum.liiij.

PEnitentia aſſimilatur pul
moni. ¶ Pꝛimo quidem
quia pulmo aerem attra/
ctum interius depurat ⁊
penitentia coꝛ interius in
fectuȝ mundificat ſcilicet
per contritionem Jacobi quarto. Purifi
cate coꝛda duplices animo. ¶ Secūdo qꝛ
pulmo vocem foꝛmat:ſine pulmone eniȝ
vox foꝛmari non poteſt: neqȝ anhelitus
reddi valet vt dicit Phus. xiiij. libꝛo de
animalibus.Sic etiam penitentia coꝛdis
interius foꝛmat vocem confeſſionis.ps.
Dixi confiteboꝛ aduerſum me iniuſtitiaȝ
meam ⁊c. ¶ Tertio qꝛ pulmo humoꝛem
ſpumoſum generat . Eſt enim pulmo de
molli carne ⁊ aerea ⁊ ſpume coagulate ſi/
milimus vt dicit Cōſtā.⁊ ideo generat cō
ſimilē humoꝛē.ſ.ſpumoſum.Quaſi auteȝ
humoꝛ ſpumoſus eſt feruida lachꝛyma/
rum cōpūctio quā ipſa pnīa generat ⁊ p
ducit.ps.Lauabo p ſingulas noctes lectū
meū ⁊ lachꝛymis meis ſtratum meū riga
bo. ¶ Quarto pulmo coꝛ refrigerat. Nā
ipſe pulmo vndiqȝ coꝛ circūdat ⁊ aerē fri
gidū ad eius temperiē miniſtrat.Vnde in
ter coꝛ ⁊ guttur eſt medius vt ſubito ad
coꝛ aerem mittat.⁊ ipſi gutturi ad vocem
foꝛmandam reddat.Sicut igitur pulmo
caloꝛem coꝛdis refrigerat ita penitentia
tam interioꝛ q̄ꝫ exterioꝛ ardoꝛem concu/
piſcentie mitigat.Eccli.iij. Ignem ardentē
extinguit aqua ideſt ardoꝛem concupiſcē
tie reprimit penitētie lachꝛyma. ¶ Quin/
to pulmo a motu non ceſſat. Cum enim
ſit vt coꝛdis flabellum aereȝ ad temperiē
coꝛdis attrahens ꝯtinue ⁊ emittens opꝫ
neceſſario q ſe dilatando ⁊ conſtringen
do ſemper in motu conſiſtat. Sic etiā ho
mo penitens a motu boni operis nullo
tempoꝛe ceſſare debet neqȝ ocio vacare
Eccles.ix.Quodcunqȝ poteſt facere ma/
nus tua inſtāter operare ⁊ c. ¶ Sexto pul
mo ſpūi vitali nutrimentuȝ continuum
preſtat. Nam caro pulmonis eſt mollis ⁊
concaua ⁊ leuis vt aer in ſuam naturam
de facili immutetur. ⁊ ſic vitalis ſpiritus
in ventriculum coꝛdis ad conſeruationē
vite aīalis facilius trāſeat Sic per opa pe
nitentie nutritur interius ſpiritus .ſiue p
auditum pꝛedicationis.ſiue per ſtudium
oꝛationis.ſiue per fletuȝ compunctionis
ſecundum illud ps.Fuerunt mihi lachꝛy
me mee pāes die ⁊c. ¶ Septio pulmo coꝛ
dis regionem ab inſtrumentis ſenſibilibꝰ
ſeparat ⁊ ſic penitētia ſeparat coꝛ peniten
tis a delectatiōibus ſenſibilibus ⁊ carnali
bus Iſido.in lib.de ſummo bono. Peni
tentia non menſium ac tempoꝛum curſu
penſatur.ſed pēna qua animā cruciatur
⁊ moꝛtificatur caro. ¶ Octauo pulmo ae
rem ad ſupplementum caloꝛis in ſuis fol
liculis ⁊ poꝛis reſeruat. Vnde tamdiu po
teſt animal ſub aqua ſine ſuffocatione vi/
uere q̄diu poteſt recollectum aerem reti
nere. Sic penitēs debet in ſecretis ſtudijs
⁊ affectibus conſeruare pꝛopoſitum non
peccandi. ⁊ tamdiu viuit anima ſub aqua
gratie quādiu poteſt tale pꝛopoſitum re/
tinere. ¶ Item penitentia aſſimilatur pal
pebꝛis pꝛopter tria pꝛimo pꝛopter offi/
cium. Nam palpebꝛarū ſiue cilioꝝ eſt tri
plex officiū. Sunt enim poſite ante ocu/
los. ¶ Pꝛimo ad cuſtodiendum. vnde di
cuntur cilia qꝛ ſuo motu continuo aereȝ
intercidunt ⁊ ſic oculos ab aeris leſione
cuſtodiūt. Talis erat penitētia pauli quā
faciebat ad ſuam cuſtodiam ne ſcilicet ca/
deret a gratia. Vnde.i.Coꝛīn. ix. Caſtigo
coꝛpus meum ⁊c. ¶ Scđo palpebꝛe ſunt
ad operturā. Nā qꝛ natura oculi ē aquea
⁊ humida ad ſui foꝛtificationem ⁊ defen/
ſionem indiget opertura. Sed ſicut pal/
pebꝛa eſt opertoꝛium oculi. ita peniten/

tia eſt operimentum peccati. operit enim
peccatum ne videatur ad iudiciũ ps. Be
ati quorũ remiſſe ſunt iniquitates ⁊ quo
rum tecta ſunt peccata. ⁊ talis fuit penitē
tia magdalene. Sed nota ꝙ quedam aia/
lia tegunt ſiue claudunt oculum cũ palpe
bra ſuperiori ſicut omne animal quadru
pes ſicut Phs dicit. in. xij. li. de aialibus.
Quedã cũ palpebra inferiori ſicut aues.
qꝛ quidã ſe affligunt in penitentia amore
eterni premij. ⁊ hec eſt palpebra ſuperior
quidã timore ſupplicij ⁊ hec eſt inferior.
¶ Tertio palpebre date ſunt ad apparen
tiam. i. ad pulcritudinem ⁊ ornamentum
faciei. Et talis fuit penitentia Johis ba/
ptiſte ⁊ aliorũ ſanctificatorũ que non fuit
neceſſaria ad purgationeꝫ vel cuſtodiam
vitiorum ſed potius fuit ad decentiam ⁊
ornamentum virtutũ. ¶ Secundo pnia
aſſimilatur palpebris propter concurſuꝫ.
Due. n. ſunt in hoie palpebre que aſſidue
ad inuicem concurrunt vt reficiant aſſi/
duo motu obtuitum vt dicit Conſtan. ꝗ
dicuntur palpebre qꝛ palpitando ſemper
mouentur. Sicut igit duplex eſt palpebra
ita duplex eſt pnia que ſibi inuicē in peni
tente aſſidue debent concurrere ⁊ inuiceꝫ
quaſi ſe tangere. ſ. interior ⁊ exterior. Nã
exterior ſine iteriori eſt ifructuoſa. vt pꝫ i
hypocritis. ſed iterior ſine exteriori nõ ē
fructuoſa ſicut patet in negligētibus ⁊ pi
gris ad ſatiſfaciendũ. ¶ Tertio ꝓpter mu
nimentũ. Nam palpebre munite ſunt vil
lis piloꝝ vt apertis oculis ſi quid occur/
rerit repellat. ⁊ inuolutis oculis in ipſis
ſecurius dormiatur vt dicit Cõſtañ. Ha/
bēt aũt palpebre pilos non oino erectos
ſed in extremitatibꝰ mediocriter reflexos
⁊ hoc factum eſt vt ſe habilius ⁊ fortius
clauderent. ⁊ ſi qđ impedimentũ occurre
ret ei efficatius obuiarent. Quaſi aũt villi
piloꝝ ſunt exempla ſanctoꝝ qui de ſtatu
peccatorum precipue carnaliũ ad deũ cõ/
uerſi ſunt. Nã pili ex ſuperfluitate quidē
carnis naſcunt ſed carnei non ſunt ſꝫ ari
di ⁊ tenues. vnde ſignant ſanctos ad deũ
conuerſos. qui licet primo fuerunt carna
les tñ poſt conuerſionē effecti ſunt ſpiri/
tuales ⁊ celeſtes. Horum ergo piloꝝ vil/
los. i. exēpla doctoruꝫ debet penitens ad
ſeipſum reflectere per imitationeꝫ ſi vult
ſe ꝯtra tentationes claudere ⁊ ſecure dor
mire in morte. ¶ Iteꝫ pnia concipit ⁊ par
turit hominem in eſſe ſpirituali ſicut par
turitur ⁊ cõcipitur in eſſe naturali. quod
patet ex quatuor. ¶ Primo ratione con
ceptionis. Nã ad cõceptionē infantis re
quiritur materia conueniens. locus expe
diens. ⁊ cã efficiens. Materia ergo conue
niens humor eſt menſtrualis ſiue ſemina
lis femine. Cauſa vero efficiens ſm Phi
loſophum eſt ſemen viri. Inſtrumentalis
cã eſt calor nature virtutē corpori iſſluēs
⁊ diſponens. Locus autē conueniens eſt
matrix. Similiter dum aliquis ad priam
conuertitur. ⁊ quaſi ſpiritualiter deo con
cipitur velut locus conueniens in aia
mens ſiue memoria que eſt vt matrix in
qua velut humor menſtrualis eſt peccati
recordatio que eſt velut materia pnia. Sꝫ
cã efficiens huius conceptionis eſt timor
dei ſꝫ illud Iſa. xxxvj. A timore tuo dñe
concepimus ⁊ peperimus ſpiritũ ſalutis.
Et nota ꝙ ſi materia fetꝰ in parte dextra
fuerit adunata in naturam cedit maris. ſi
vero in ſiniſtra in naturã mulierꝭ. Et hec
diuerſitas accidit ꝓpter dñium caloris q
in dextra parte conſiſtit. Similiter qñ ca
lor diuini amoris dñatur in mente peni
tentis concipitur quaſi in dextra maſcu
lus. i. ſpiritus cõpunctionis virilis ⁊ fortꝭ
ſed quaſi in ſiniſtra vbi eſt defectus calorꝭ
. i. in corde tepide penitentis ꝯcipitur fe
mina. i. ſpiritus debilis ⁊ inſtabilis. ¶ Se
cundo ratione formationis. Nam corpꝰ
infantis in vtero matris non ſubito for
matur ſed ordinate ⁊ gradatim. ⁊ iſte or
do ꝯſideratur ex tribus. Primo ex conce
pti partibus ſiue membris. Quia primo
formantur membra principalia. ſ. cor cere
brum ⁊ epar que alioruꝫ omniũ ſunt fun
damenta. Et iſta quãdo ſunt ſimul in ſan
guinis maſſa ſibi vicinantur. ⁊ poſtea ab
inuicem diuiduntur. De iſtis tribus fun/
damentis alia tria naſcuntur ſcilicet ner/
ui ⁊ nucha dorſi a capite. arterie a corde

vene ab epate ſm galienum. Ariſto. tamē dicit. ꝙ principium venarum eſt cor in li. de ſōno ⁊ vigi. His autem ſic formatis tāꝗ̄ olim fūdamētis format natura oſſa hor cuſtoditiua ſcȝ craneum ad defenſionem capitis. oſſa pectoris ad munimē cordis. ⁊ coſtas lateris ad tutelam epatis. ⁊ ſic ð aliis. Poſt iſta ꝑducuntur membra ſcdaria ſcilicȝ manus pedes brachia ⁊ ſimilia. ſed iſta nō ſimul ſed ſucceſſiue formāt. Si militer in pnie ſtatu non ē hō ſtati a pꝛinci pio ꝑfectus. ſed ꝑficit gradatim ſm illud ps. Ibunt de ỽtute in virtutē. Vn̄ poſſu mus per tria membra principalia ſcilicet cor cerebrum ⁊ epar itelligere tres virtu tes theologicas ſcilicet fidem. ſpem. ⁊ cha ritatem. Per membra ỽo ſcdaria ſeu de ſeruitoria que his adijciunt virtutes intel lectuales ſed per officialia virtutes mora les in quibus omnibus homo non ꝑfici tur ſubito ſed gradatim. Scdo cōſiderat ordo formationis ⁊ ꝯceptionis gradib⁹ quibus infans dū concipitur ꝗttuoꝛ hȝ grad⁹. Primus eſt cum adhuc eſt lacti vicinus. Secūdus eſt cum iam ſemen ſanguini ſe commiſcet. Tunc enim cor vel cerebrum nondum perfecta ſunt ſed eſt quedā maſ ſa ex ſemine ſanguineqȝ commixta. Ter tius eſt gradus cum corde ⁊ cerebro ⁊ epate iam formatis. alia membra indiſtin cta ſunt. Quartus eſt qn̄ corpus eſt com pletum ⁊ organizatū ⁊ ad aīe ſuſceptōeȝ diſpoſitū. Cui dū aīa ðſup daṫ i vtero mo uetur. ⁊ ſi eſt femia in ſiniſtra pte plus ſen titur. ſi vero maſculus ī dextra pte pl⁹ mouetur vt dicit Galien⁹. In iſtis igitur quattuor gradibus formationis corpis deſi gnantur ꝗttuoꝛ gradus formationis pēi tentis quorū prim⁹ ē i peccati recogitatio ne. Et hec aſſilaṫ lacti quia lac eſt faciliter conuertibile ⁊ i bonos ⁊ in malos hūoꝛes ſic recordatio peccati faciliter conuertiṫ vel i bonū anime nutrimētū puta qn̄ ex recordatione peccati naſcitur doloꝛ ꝯpū ctionis. vel i nutrimētū malū qn̄ ex pec cati recordatiōe naſcitur delectatio vel voluntas reiterandi. Scd̄s gradus eſt in peccati detectatione. Tunc cui ſemē cogni tionis ⁊ recordatōis peccati imiſcet ſe cū ſanguine. i. cum dolore abominatōe pec cati. Tertius gradus eſt in peccati ꝯfeſſiōe vbi ꝗdā mēbra ſunt diſtincta ſcȝ cor cere brum ⁊ epar. per ꝙ tria itelligitur triplex genus peccatorum que hō tenetur diſtin cte confiteri ꝑcipue mortalia: ſcilicet ꝯmiſ ſa in deū. ꝓximū. ⁊ in ſe ipm. vel cōmiſſa corde ore ⁊ ope. Alia ỽo membra ſūt in diſtincta qꝛ vltimo fieri debet penitentis confeſſio cōis. In ꝙ indiſtincte. i. generaliṫ ſe accuſet de venialibus ⁊ mortalibus ꝙ ꝑ obliuionem omiſiſſet vel ignorantiaȝ di ſtincte confiteri. Quartus gradus attēdiṫ in ſatiſfactione. in ꝙ cōſiſtit perfecta pnīa ſeu pēitētis diſpoſitio. ſiue ad ſupne grē ſuſceptionem. ſiue ad fetus. i. boni opis motionem. Sed nota ꝙ fetus interioꝛ. i. diſpoſitio vel propoſitum interius cōce ptum de penitentia exterius facienda i q buſdam eſt femine⁹. i. defectiuus ⁊ nō ve rus. ſicut in fictis ⁊ hypocritis ⁊ tūc ē mo tus exterioris penitentie ſiue operis i ſini ſtra. qꝛ ſcilicet hypocrita ⁊ fict⁹ exteriora opera penitētie facit cum ſiniſtra intētio ne. In quibuſdam ỽo interioꝛ fet⁹. i. con tritio cordis ē maſculin⁹. i. perfecta ⁊ ve ra. ⁊ recte ē mot⁹ in dextra. quia ſcilicȝ ve re contritus facit opera penitentie cū re cta intentōe. Vnde dicitur Math. v. Ne ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua.

¶ Tertio attenditur ordo formatōis ex conceptionis diebus. quia in gradu lactis eſt infans per ſex dies: in gradu ſanguinis per nouem in gradu maſſe carnis. xij. die bus exiſtit. In quarto ỽo gradu ante ple nam perfectionem eſt per. xviij. dies. vn̄ a die conceptiōis vſqȝ ad diem cōpletio nis ⁊ viuificatōis ſunt. xlv. dies ita ꝙ ꝑ mus ⁊ vltimus computetur. Nam i tot diebus cōmuniter viuit fet⁹. Et ſm hūc numerum Auguſtinus computat edifica tionem templi cui comparat perfectionē corporis xp̄i ſuper Joh. c. vi. nō quia talis proceſſus fuerit in formatione dominici corporis cuȝ perfectionem habuerit in ſtanti. ſed quia in tot diebus potuit mem brorum diſtinctio comprehendi. In pec

Igitur proceſſu dierũ intelligitur quadru
plex gradus electoꝛuꝫ. ¶ Prim⁹ eſt inci-
pientium ⁊ iſti ſunt ſub forma lactis qui
eſt paruulorũ cibus. Eſt igitur eorum in
ceptio in operibus vite actiue vnde aſſi-
gnantur eis ſex dies ideſt ſex opa miſe-
ricordie q̄ enumerauit dominus Math.
xxv. ¶ Secundus eſt proficientium. ⁊ iſti
ſunt ſub forma ſanguinis ideſt ſub certa-
mine paſſionum ac tẽtationum ⁊ tribula
tionum. Vñ quibuſdam qui nondum
iſtum gradum attingebant dicebat Apo
ſtolus Heb. xij. Nondum enim vſqꝫ ad
ſanguinẽ reſtitiſtis. ⁊ iſtorum profectus
debet eſſe in vita contemplatiua. Vñ aſſi
gnantur eis. ix. dies propt̃ nouem ange
lorum ordines. quibus aſſimilantur viri
ɔtẽplatiui. ¶ Terti⁹ grad⁹ ẽ pfectorum q
iam habent completam naturã carnis. i.
debitam formam perfectiõis. Tales ſunt
quorum vita conformatur vite apoſto-
lice. Vnde aſſignantur eis. xij. dies propt̃
numerum. xij. apoſtolorum. ¶ Quartus
gradus eſt beatorum quorum perfectio
quantum ad corpus erit in octaua reſur
rectionis q̄ iam inchoata ẽ in chriſto q
ſcilicet reſurgẽs ex mortuis iam non mo-
ritur. Perfecta autem reſurrectio ⁊ ple-
na erit in fine ſeculi quando decima dra-
chma perdita fuerit reinuenta ideſt ele-
ctorum eccleſia totaliter reſuſcitata. Vn
de vltime conſumationi decem dies aſſi
gnantur propter numerum completum
electorum. qui ſignantur in decima dra
chma prius pdita poſtea reinuenta. Lu.
xv. ¶ Tertio ratione cõpletionis ex eo
q quorundam infantium formatio citi⁹
quorundam vero tardius complet̃. Sũt
enim quidam qui dicunt q quidam in.
xxx. dieb⁹ complentur ⁊ tales ſexto men
ſe naſcũtur ⁊ tales propter teneritudinem
non viuere poſſe dicuntur. Quidam v̉o
xxxv. die ß perficiunt̃. qui ſeptimo mẽſe.
naſcuntur ⁊ tales viuẽ poſſe probantur
quidaꝫ. xl. diebus formantur. qui octauo
menſe naſci perhibentur. neqꝫ tales in vi
ta ſeruantur. Vnde Conſtañ. ⁊ etiaꝫ Ga
lienus. dicunt omnem infantem in ſeptẽ
menſibus motuꝫ habẽ qui ſi adeo eſt for
tis vt exire poſſit ad vitam vtiqꝫ conua-
leſcit. Si vero tunc in ſeptimo mẽſe non
egreditur ipſo ſuo motu debilitatur ⁊ eti
am ſumme patitur. vnde ſi ẽt ſequẽti mẽ
ſe ideſt octauo exierit non conualeſcit ſi
ſi vſqꝫ ad. ix. mẽſẽ vel principium decimi
quieuerit iterum vires ſumit vnde egre
diẽs cõualeſcit ad vitã. ⁊ tales qui. ix. mẽ
ſe vel. x. oriuntur. xvi. diebus in matrice
formantur. vel forte qui decimo mẽſe na
ſcitur. l. diebus in vtero completur. Sic
ergo quorũdã formatio citius quorũdã
vero tardius perficitur. Sic ẽt ad deuꝫ q
dam citius ⁊ quidam tardius conuertun
tur. Et iterum in amore dei in quo ſpiri
tualis vite perfectio conſiſtit. quidam ci
tius quidam tardius perficiuntur. Poſ-
ſemus ẽt per predictos quinqꝫ modos
conceptorum ſiue natorum intelligere
quinqꝫ diuerſitates fideliuꝫ. Quorum pri
mi fuerunt iudei ante redemptoris aduẽ
tum. iſtorum formatiõi aſſignantur. xxx.
dies. Tricenarius enim numerus conſur
git ex numero ternario ⁊ denario. quia
ternarius in denarium ductus ideſt ter
decẽ faciunt. xxx. In ternario ergo fides
ſancte trinitatis. in denario vero decalo
gi obſeruantia intelligitur. Et vtrũqꝫ iu
deorum iuſti ⁊ eruditi viri habuerunt ſci
licet fidem ſancte trinitatis cum obſeruã
tia decalogi. Sed tamẽ ante redemptio-
nis ⁊ paſſionis ei⁹ tempus hoc non ſuffi-
ciebat vt ad vitam ingrederentur cum
nondum eſſet aperta ianua paradiſi. Et
hoc ſignificatur in eo q natus in ſexto
menſe vel infra non viuit. Sex enim cu
currerunt etates ante ſaluatoris aduen-
tum. quas ſex menſes conceptionis ſi-
gnant. ita vt prima etas computetur ab
adam vſqꝫ ad noe ſecunda a noe vſqꝫ ad
abraam. tertia ab abraam vſqꝫ ad moy-
ſen. quarta vſqꝫ ad dauid. quinta vſqꝫ
ad tranſmigrationeꝫ babylonis. ſexta vſ
qꝫ ad chriſtum. Poſtrema ab aduentu
redemptoris in qua per paſſionem chri
ſti aperta eſt ianua vite. Secundi ſunt
chriſtiani ⁊ iſtorum formationi ſiue p

fectioni aſſignantur trigintaquinqꝫ dies ita vt ternario addatur quinarius qui eſt numerus quinqꝫ vulnerum chriſti crucifixi. Nã pͦ fidem trinitatis ⁊ impletionem decalogi conformantur qui viri chriſtiani ſunt cruci ⁊ paſſioni chriſti quaſi quinqꝫ vulnera eius in ſemetipſis habentes ſecundũ illud Gal. vi. Ego ſtigmata domini ieſu i corpore meo porto. Tales nati ſũt i ſeptimo menſe ideſt in. vij. etate que ẽ chriſti ſꝫ computationem ſupradictã ꝗuiſ alij aliter computẽt etates. ℂ Tertij ſunt heretici quibꝰ aſſignantur xl. dies. qꝛ quadragenarius numerus ꝑpetit errantibus ſm illud ps. Quadraginta annis offenſus fui generatiõi huic ⁊ dixi ſp̄ errant corde. Tales lꝫ. viij. menſe naſcãtur non tamen viuũt. quia heretici lꝫ ad octauam generalis reſurrectionis etatẽ ſicut ceteri ſint peruẽturi ⁊ reſurrecturi non tamen intrabunt in vitam eternam vnde ⁊ in ps predicto ſubditur quibꝰ iuraui ĩ ira mea ſi introibunt in requiẽ meam. Quarti autem ſunt viri perfecti q ſũt habitaculum ⁊ templũ dei vnde talibus aſſignantur. xl vi. dies qui eſt numerꝰ cõpletus edificationi templi dei ſecundum illud Joh. vi. Quadragitaſex annis edificatum eſt templum hoc. Nam xl vj. Conſurgit ex duplici numero ſcilicet ex. x. ⁊ ſex. Nam quater. x. faciunt. xl. quia ſcilicꝫ viri perfecti cum quattuor euangelijs c b ſeruant precepta decalogi. quibus etiam addũtur. vj. propter. vi. miſericordie opera. Iſti. ix. menſe naſcuntur quia nouem angelorum ordinibus finaliter ſociantur. Quinti autem ſunt beati qui liberati a ſeruitute corruptionis ſunt in libertate glorie filiorum dei vnde iſtis aſignantur. l. dies quia quinquageſimus numerus deſeruit libertati propter iubileum. i. quinquageſimum annum in quo ſerui libertati donabantur. Iſti etiam naſcunt. x. menſe qui ſcꝫ vt dictum eſt ſupra pertinet ad decimam drachmam. i. ad naturaꝫ humanam que per diuinam ſapientiaꝫ. i. chriſtum recuperata. ix. drachmis. i. nouẽ angelorum ordinibꝰ ẽ iungenda. ℂ Quarto ratione parturitionis quia infans dum paritur matri infert triſtitiã ſed poſt partum tribuit letitiam. Egredit etiam ex vẽtre veſtitus ſecundina. Similiter etiã penitentia confert triſtitiaꝫ in actu relinqt letitiam in fructuꝰ ⁊ veſtit etiaꝫ animã gratia ⁊ virtutibꝰ ornat. Lu. xv. Cito ꝓferte ſtolam primã ⁊ induite illum. ℂ Item pẽitẽtia p quam homo moritur peccatiſ aſſimilat morti corporali. Primo ratione vtilitatis. Nam mors ſm Jo. d. vij. vtilitates inducit. Prima eſt quia potentiã tyrannorum abſoluit ⁊ ſimiliter penitentia abſoluit potẽtiã dmonũ quã hñt ſug aĩaꝫ ꝑpter peccatũ. ℂ Secũda ẽ qꝛ peccatis ⁊ voluptatibus finem iponit. Sic penitẽtia finẽ iponit voluptatibus p carnis macerationẽꝫ. ⁊ ẽt peccandi cauendo recidiuationem. Tertio qꝛ mors eſt terminꝰ oĩs miſerie. Et ſilr penitentia terminat miſeriam dũ culpã excludit que eſt miſerie cã. Unde nõ ſolum euadit penitꝰ preſentis pene miſeriã ſed ẽt ſequẽtis. Quarto qꝛ mors ẽ ꝯfirmatio gratie penitẽtia autem dũ a culpa ꝓſeruat quodammodo in gratia ꝯfirmat. Quinto qꝛ mors ẽ acqſitio venie. Et ſimilr p penitentiam acqritur venia ꝺ offẽſa quam effecit culpa. Sexto qꝛ mors ẽ reparatiua innocẽtie. Similiter p pñiam reſtituit innocẽtia ⁊ ſi nõ q ad actũ ſaltẽ quo ad meritum. Naꝫ pñia reſtituit merita q̃ quis acquiſiuit ex ñs in innocẽtia vl etiam in gratia multi etiam feruẽter pẽitẽtes equiperant vel ſuperant in merito vel gratia multos innocẽtes. Septimo qꝛ mors ẽ collatiua felicitatis eterne. Et ſimilr p pñiam acquiritur eterna gloria. ℂ Secundo pñia aſſilat morti ratione varietatis. Diſtinguitur. n. triplex mors q̃ deſignat tres partes penitentie. Eſt enim mors acerba que eſt infantium immatura que eſt iuuenuꝫ. ⁊ matura que ẽ ſenum. Sic penitẽtia debet eſſe acerba in contritione. ⁊ immatura. i. feſtina in conuerſione. ⁊ matura ideſt obita in ſatiſfactione vbi ſcilicet debitũ ſoluitur pene quaꝫ meruit ex illatione offẽſe. Tertio ratione qualitatis. quia mors ẽ

incerta quo ad tempus Auguſtinus. Nil
certius morte. ⁊ nil incertius hora mortꝭ
¶ Itez quo ad locum quia neſcit homo
vbi ſit moriturus Sene. Mors vbiqꝫ te
expectat. tu quoqꝫ ſi ſapiēs fueris vbiqꝫ
expectabis eam, ¶ Item quo ad moduz
quia neſcimus qualiter morituri ſumus
Auguſtinus primo libro de ciuitate dei,
Non eſt multum curandum neceſſario
morituro qua morte moriatur. ſed curā
dum eſt quo poſt mortem ire cōpellat̃ qꝛ
mors nō ē dicēda mala quā bona vita ꝓ
ceſſit. Sic ergo mors hꝫ aliqd certitudis
.ſ. ꝙ oīno eſt vētura. ⁊ aliqd icertitudinis
vt dictū ē. Silr̃ pnīa hꝫ qdē ſi vā ſit certi
tudinē venie. ſed an peccator ad peccatū
rediturus ſit an in pnīa ꝑſeueraturus in-
certū ē. qꝛ nō ē i eius ptāte. Nō ē. n. volē
tis neqꝫ currētis ſꝫ miſerentis dei vt dr̃.
Ro. i. Itē qꝛ mors eſt amara Eccli. xli. O
mors ꝙ̄ amara ē memoria tua. Sic me-
moria peccati dꝫ eē cum amaritudine ani
mi. Vñ Iſa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs
annos meos in amaritudine aīe mee.

¶ Capitulum. lv.

Pigricia ſiue ociū ſpūaliuz
virorūz aſſiſat̃ ſupfluo ſō
no ſiue dormitiōi. Nā itē
patus ſōnus eſt caloris nā
lis extinctiuus. qꝛ ꝑ ſōnuz
imoderatū humores am-
pliꝰ reſoluūt̃ quos dū calor nālis aggre-
dit̃ ab eis minuit̃ ⁊ extinguit̃. ⁊ iō pocio
natis ⁊ minutꝭ ꝓcipit̃ ne dormiant. ne per
ſōnū hūores amplius reſoluāt̃. ⁊ ſic calor
q ē in talibus diminuat̃ ⁊ debilitet̃ ⁊ ſuf-
focet̃. Silr̃ ꝑ ociū ⁊ pigritiā hūores. i. ma-
le affectōes ⁊ noxie cogitatōes multiplicā
tur. ex quibꝰ calor. i. feruor amoris ſpūa-
lis minuitur ⁊ aliqñ totaliter extinguit̃. ꝓ
pter qḋ dicit Apl̃s. i. Theſ. v. Nō dormia
mus ſed vigilemus ⁊ ſobrij ſimus. ¶ Se-
cūdo qꝛ intpatus ſōnus ē aīalis virtutis
deſtructiuꝰ. Vñ dicit Conſtan. ꝙ ſi ſōnus
fuerit nimiꝰ aīalis deficit virtus: eo ꝙ̄ ni-
mis humectatur ⁊ infrigidat̃ corpus. Sic
ociū ⁊ pigricia dū abūdare facit hūorē cō
cupiſcētie inducit in aīaz nimiū frigꝰ ma-

licie. qꝛ multā maliciam docuit ocioſitas
vt dr̃ Eccli. xxxiij. ⁊ extinguit funditus ⁊
deſtruit virtutē ipſius aīe. ij. Re. iij. Dor-
miens oppreſſit. eū. ſ. virtutꝭ actū ſiue ha-
bitū. ¶ Tertio qꝛ nimius ſomnus eſt ege
ſtatis cauſatiuꝰ. ex eo ꝙ ē opatōis ⁊ ꝑ con
ſequēs lucri impeditiuꝰ. vñ Pro. vj. vſqꝫ
quo piger dormis qñ ꝯſurges de ſomno
tuo paulum. dor. pa. dor. paul̃. conſe. ma
tu. vt dor. ⁊ veniet tibi quaſi viator ege-
ſtas: Sic pigritia ⁊ ociū duz a bñ opando
retrahit egeſtatē grē ⁊ ſpūaliū diuitiaruꝫ
inducit. Pro. x. Egeſtatez opata eſt manꝰ
remiſſa.

¶ Capitulum. lvj.

Principes aſſiſant̃ hume
ris ſm illud Iſa. ix. Fact
ē principatus ſuꝑ hume
rū eius. Nā primo hume
ri ſunt ad ſpūaliū mēbro-
rū defenſionē vñ humeri
ſunt ex varijs oſſibus cōpoſiti quoꝝ ſe
pna duo ſpatule dicunt̃. Et fuerunt neceſ
ſaria hec oſſa vt pectus ⁊ coſtas defende
rent. ne a poſteriori leſionē acciperent. Et
in illis duabus ſpatulis ſunt due concaui
tates q̄ vocantur oculi. vñ vocantur ſpa
tule oculorum quod nomē ex officio aſ
ſumpſerunt. nā ſicut oculi totius anterio
ris corporis ſūt defenſores ne ab aliquo
ledatur: ſic iſti a poſteriori pectus et co-
ſtas defendunt. Principes ergo ad mo-
dum humeroꝝ ſpūalium ⁊ religioſoruꝫ
viroꝝ precipue eſſe debent patroni ⁊ de-
fenſores ne ab aliquo ledant̃. ⁊ debēt con
ſtare ex varijs oſſibus. i. fulciri varijs vir
tutibus. ſed precipue iuſtitia ⁊ clementia
debent vigere in eis quaſi due ſpatule in
humeris. vna ad dextram ſcilicet iuſtitia
altera ad ſiniſtram ſcilicet clementia ⁊ he
habent duos oculos. quia iuſtitia reſpi
cit culpam clementia vero naturam. Et
iſtis virtutibus principes firmati ſunt va
lidi ⁊ potentes ad ſubditorum defenſio-
nē. ſm illud Prouer. xx. Miſericordia ⁊
veritas cuſtodiunt regē ⁊ roboratur cle-
mētia tronus eius ꝓs. Nimis ꝯfortatus
ē principatus eorum ¶ Secundo hume
ri ſunt ad brachiorū ⁊ coſtarum pectoris

defenſionem ⁊ oſſium ꝯcatenationē. vn̄ due ſpatule habent retro duo acumina ꝑ que eadem ſpatula furcule eſt ꝯnexa ne a ſuperiori totum ſuum exeat. Interi⁹ vero ad h̄ nomen ponit alterum ne ſubt⁹ exiret acumen armorū. furcule autē ad h̄ fuerunt neceſſarie vt armos ligarent ⁊ a pectore differre facerent quorum oſſa ſūt rotūda exterius. interius vero cōcaua. ⁊ cū tenerritudine pectoris āte colligata. retro vero cornu roſtro. ⁊ ſūt eoꝝ ligamēta oſſa cartilaginoſa q̄ vocantur ſpatularū capita ad hoc tn̄ poſita vt facerent cōcatenationē armoꝝ ſiue hūeroꝝ. Prelati ergo ad modū humeroꝝ ad hoc ſtudere dēnt vt brachia. i. viros artifices ⁊ laborātes. ⁊ coſtas pectori. i. mulieres. qꝛ mulier ex coſta viri formata eſt: ⁊ oſſa. i. maiores ⁊ fortiores ad inuicem ꝯcatenata teneant. ſ. in catena pacis ⁊ veritatis. ¶ Tertio hūeri ſunt ad oſſiū ſpōdiliū ⁊ colli ſupportationem. Oſſa autem colli vel ſpōdilium ſūt p̄lati ⁊ clerici ⁊ viri eccl̄aſtici q ſunt medij inter deum ⁊ populū ſicut collū inter caput ⁊ corpus quos prīcipes ſeculares nō opprimere neqꝫ ꝑſequi debēt ſed bēigne ſupportare ⁊ revereri. ¶ Quarto qꝛ hūeri ſūt ad ponderū diuerſorū ſupportationem. Licet enim poſt caput ⁊ collū alijs membris ſupereminēat oīuꝫ tn̄ onera portāt. ⁊ ꝓ aliorum offenſa ſepe ſpatule verberātur. Sic quamq̄ȝ ſeculares principes poſt caput eccleſie quod eſt papa. ⁊ collū ideſt prelatos eccl̄aſticos ipis ſecularib⁹ ⁊ temporalibus principentur tamen ꝓ omnibus ſibi ſubditis debent vtiliter laborare ⁊ ꝓ eis tuēdis ⁊ regendis onera laborū ⁊ expenſarum portare: ipi etiam pro ſuis ſubiectis habēt deo reſpondere ⁊ freq̄nter ab eo ꝓ ipis flagellantur.

¶ Capitulum. lvij.

Poteſtas humana aſſimilatur brachijs. Nam ſicut duo ſunt brachia dextrū ⁊ ſiniſtrum Ita duplex eſt poteſtas ſcilicet ſpiritualis que eſt vt brachium dextrum ⁊ temporalis que eſt vt ſiniſtrū

Videmus autem q̄ brachia primo quidem ſunt valde fortia. ex omni enim parte fortitudinem habent ſcilicet ſuperiori quia ſcilicet cum armo ſuperiori brachium fortiſſimis neruis ꝯnectit̄. ¶ Itē ex parte interiori ſunt oſſa brachiorū groſſa et dura ⁊ medulla plena. Ex parte vero exteriori nō nimium ſunt carnoſa vt oſſib⁹ ⁊ neruis cōpacta eſſēt fortiora. ¶ Itē in cute muſculis ⁊ lacertis ſunt intermixta. Vnde in brachijs maxima eſt hominis fortitudo ps. Poſuiſti vt arcum ereum brachia mea. Sic illi qui ſunt i p̄tāte temporali vel ſp̄uali conſtituti debent cum ſuis ſuperioribus ⁊ maioribus ſcilicet cum deo ⁊ hominibus eſſe per obedientiam ⁊ beniuolentiam fortiter colligati. ¶ Item interius in ſe ipis groſſis oſſibus. i. magnis virtutibus fulciri. exterius parum carnoſi ideſt non delitioſi vel voluptuoſi. muſculis ſiue lacertis. i. ſolicitudinibus ſemper ad bene operandum mouentibus intermixti. Et quando iſti ſic ſe habuerint vt brachia erūt fortiſſimi. De tali enim brachio dici poteſt. Fecit potentiam in brachio ſuo ⁊c̄. Lu. i. Sexto videmus q̄ brachia ſunt valde vtilia. valent enim brachia ad eleuandum ad portandum ad ſtringendum ⁊ ad repellendum ad impugnandum ⁊ ad operandum. Sic illi qui ſunt domini ⁊ in poteſtate conſtituti debent leuare humiles: portare debiles. ſtrīgere. i. amplecti vtiles repellere nocentes impugnare hoſtes ⁊ bene operari in omnes Sre. Poteſtas cum habetur cogitanda eſt ad vtilitatem. quatenus is qui vtitur vt prodeſſe debeat poſſe ſe ſciat. ¶ Tertio videmus q̄ brachia ſunt valde flexibilia. Sunt enim brachia flexibilia in tribus iuncturis. ſcilicet circa armum circa cubitum. ⁊ circa manum. Similiter illi qui ſunt in poteſtate conſtituti debent eſſe flexibiles circa armos. i. circa ſuperiores per obedientiam ⁊ humilitatem. ¶ Item circa cubitos ideſt circa medios per beniuolentiam ⁊ affabilitatem. circa manus ideſt circa infimos per ſubuentionem ⁊ pietatem. ¶ Quar

ad videmus ꝙ brachia ſūt valde compaſſibilia. Nam quia a capite beneficium ſenſus ⁊ motus recipiunt ingrata non ſunt ſed pro ipſo capite defendendo contra ictus ferientium liberaliter ſe exponunt. Ita principes debent eſſe grati capiti noſtro ideſt xp̄o a quo habent ⁊ ſenſuꝫ diſcretionis ⁊ motum boni operis. Et ideo pro fidei ſue ſeu eccleſie eius defenſione. deberent ipſi cum neceſſarium eſſet perſonas ſuas exponere. ¶ Item in tantum compatiuntur brachia alijs membris ꝙ pro eis ſepe in minutionibus vulnerantur vt illa illeſa ⁊ ſana reddantur. vel in ſanitate habita cōſeruentur. Unde ꝓ aliorum membrorū cuſtodia vulnerari ⁊ ꝑcuti nō refugiunt ſ3 ſponte ſe offerūt. Similiter debent facere pͥncipes ꝓ ſalute ſuoruꝫ ſubditoruꝫ ⁊ maxime pro ſalute ſpirituali Joh. x. bonus paſtor animam ſuaꝫ ponit ꝓ ouibus ſuis. ¶ Quinto qꝛ brachia ſunt cordi valde conformia. Nā per quaſdam arterias ab ipſo corde ſpiritum ⁊ pulſum recipiunt. Et ideo ſtatum ipſiꝰ cordis lucidū nobis produnt. Cordi autem quod eſt membrum commune ex quo procedit vita omnium mēbroꝝ aſſimilatur reſpublica ſiue cōmunia bona ex cuiꝰ proſperitate pēdet saluꝰ omnium ſingularium perſonarum. Huic igiꝉ debent ſe principes totaliter cōformare. ab ipſo pendet ſpiritus ⁊ pulſus eiꝰ ideſt vigor ſpiritualis ⁊ corporalis. Unde eiꝰ ſtatum quando defectiuus eſſet debꝫ brachiū .i. priceps ipſe ꝓdere medicis ideſt ſapientibus conſiliarijs vt reparetur. tāta etiam dilectione ſūt brachia cordi coniūcta ſm Galie. q̄ hoc habent inter omnia membra proprium. vt quod cor diligit ⁊ amat brachia diligunt ⁊ in eius amplexū voluntarie ſe extendunt. quod eniꝫ a corde diligi ſentiunt quanto vicinius poſſūt cordi aſtringunt i tantum vt totum dilectum amantis cordi imprimerent ſi valerent. Sic etiam boni principes illos pͥcipue diligunt ⁊ amplectuntur quos vidēt cordis ideſt reipublice ⁊ boni cōis magis eſſe amicos ⁊ promotores. ⁊ ad hoc toto ſtudio tendunt vt omnes quantū poſſūt cordi aſtringant ideſt ad amorē reipublice trahāt. ¶ Sexto quia brachia quādoqꝫ ſunt mortis indicatiua. Nam ſicut habetur i prognoſticis dēudatio brachioꝝ ⁊ iquietatio eorum in acutis eſt mortiferum ſignum. Similiter ſi principes ⁊ rectores ſunt interius denudati virtutibꝰ ⁊ inquieti exterius pacem ſubditoruꝫ deſtruentes ſignum eſt in republica mortiꝫ ruine. Prou. xxviij. Regnantibꝰ impijs ruine hominum.

¶ Capitulum. lviij.

Potatur anima ad modum corporis tripliciter Eſt. n. potus inanis medicinalis ⁊ nutrimentalis. Nam ſecundum Conſtan. eſt aliquis potus qui tātum eſt potus vt aqua que ſcilicet non eſt per ſe corporis nutritiua. Et huic aſſimilatur curioſitas ⁊ vanitas ſcientie ſecularis q̄ non nutritur anima in ſpiritu vel deuotione. ¶ Item eſt potus qui eſt potus ⁊ cibus vt vinum. quod ſecundum Conſtā. per omnes partes corporis portat cibū nutriens ⁊ calefaciēs ſpiritum ⁊ cōfortās naturalem calorem. Huic aſſimilatur dulcedo ſapientie ſalutaris ſcilicet ſacre ſcripture qua omnes ſēſus anime nutriunꝉ. ſpiritus calefit ⁊ inflammatur. ⁊ charitatis amor creſcit ⁊ cōfortatur. Prouer. ſecūdo. Bibite vinū quod miſcui vobis Apoſtolꝰ Corinthio. decimo. Bibebāt aūt de ſpirituali. ¶ Itē eſt potꝰ medicinalis qui non datur ſm viam potus ſed ſm regulam medicine vt ſyrupus ⁊ ſimilia. Talis eſt potus compunctionis penitentialis qua anima purgatur ⁊ ſanatur pſalmus. Potum dabis nobis in lachrimis in menſura.

¶ Capitulum. lix.

Predicator verbi dei aſſimilatur ori propter quatuor. ¶ Primo propter nutrimenti ſuſceptionem nullū enim mēbrū i aīali nutriꝉ niſi priꝰ cibꝰ ſol:

ponat ⁊ maſticetur.⁊ propter hoc fuit os
humidum interius vt cibi ſiccitas ei⁹ hu
miditate immutaretur.Fuit neruoſũ vt
cibi ſaporoſitas ſentiretur.fuit etiã durũ
ne cibi duricie lederetur.fuit cõcauum ⁊
rotundum vt cibus aſſumptus hinc inde
facilius moueretur.Sicut ergo cib⁹ ĩ ore
diſponitur qui poſtmodum ad membra
nutriẽda trahitur.Sic cibus ſpũalis do
ctrine a predicatore diſponitur ⁊ tradit
quo membra eccl'ie.i.fideles nutriuntur.
vnde predicatorez ad modũ oris oz eſſe
humidum per pietatem neruoſum ꝑ cha
ritatem que eſt vinculuz perfectionis ſic̃
neruus ligamentum oſſium.℄ Item du/
rum per firmitatem.℄ Itez concauum ꝑ
humilitatem ⁊ rotundum.i.motui aptũ
per opoſitatem Hiere.xv.Si ſeparauerĩ
precioſum a vili ⁊c̃.℄ Secundo ꝑꝑ aeris
attractionem. Nam aer primo in ore im
mutatur ⁊ ſubtiliat ⁊ ſic ad cordis refri
gerium per cannalem pulmonis trãſmit
titur.Sic̃ ergo os attrahit aerem reſpirã
do ſic ꝑdicator debet gratiam ſpiritualis
doctrine attrahere orando ꝑs.Os meuz
aperui ⁊ attraxi ſpiritũ Augu.libro.iiij.d
doctrina xp̄iana.Predicator laboret.vt i
telligẽter.vt libẽter.vt obediẽter audiat.
Et hoc ſe poſſe magis pietate orationũ q̃
oratoris facultate non dubitet.vt orãdo
ꝓ ſe ac ꝓ illis quos eſt allocuturus ſit pri
us orator q̃ doctor.Et ĩ ipa hora accedẽſ
prius q̃ exeat ꝓferentem linguam ad do
minum leuet animam ſitientez vt ructet
qđ biberit vel qđ ĩpleuerit fũdat. ℄ Ter
tio propt̃ vocis formationez.Ad hoc.n.
eſt palatum oris concauum vt lingue ple
ctrum facilius moueatur.⁊ ad vocez for
mandam expedite eleuetur ⁊ deprimat
Similiter ad hoc vt vox doctrine ĩ ore ꝑ
dicatoris recte formetur oz eũ hr̃e pala
tum cordis concauum ⁊ vacuuz ab amo
re mundi ⁊ ab omni infectione peccati.i.
Re.ij.Recedant vetera de ore vr̃o.i.O
vos ꝑdicatores a vr̃o affectu recedãt tꝑa
lia que tẽpore veteraſcũt Prou.iiij.Re
moue a te os prauum.i.Petri.ij.Pecca/
tum non fecit neqz inuentus eſt dolus in
ore eius.℄ Quarto propter ſuꝑfluitatũ
a pulmone ⁊ cerebro venientium electio
nem ⁊ mẽbrorum a ſuperfluis exonera
tionem.Sepe enim dum ſtomachus gra
uatur per oris vomitũ expurgatur ſic ꝑ
dicator eijcere a ſe debet ſuperfluas affe
ctiones que ſunt vt ſuperfluitates veniẽ
tes a pulmõe.⁊ ſuperfluas ⁊ noxias cogi
tationes que ſunt ſuꝑfluitates dẽſcẽdẽtes
a cerebro.debet etiã per oris confeſſiõez
vomere peccati grauedinem Eccleſiaſtici
triceſimoprimo.Surge de medio ⁊ euo
me illud.Apoc.iij.Incipiam te euome
re ex ore meo.℄ Notãdũ etiam q̃ os pa
titur ex corruptis humorib⁹ aliũde fluẽ
tibus.Nam ſi ſit homini ſocietas mala ſi
mens corruptionib⁹ plena.ſi peccauerit
in lingua patitur os ei⁹. Mat.xij.Ex ha
bundantia cordis os loquitur.℄ Itẽ pre
dicatores aſſimilantur oculis propter ſe
ptem.Septez enim ſũt predicatori neceſ
ſaria.Primum eſt intentionis humilitas
videlicet vt non predicet ad ſcientie oſtẽ
tationez ſed potius ad dei laudem ⁊ ani
marum vtilitatez.Vnde oculi ſm Iſid.
dicti ſunt quaſi occulti.qr ſcz ſuũ lumen
intus occultant ⁊ cõſeruant.vel quia teg
mina oculorum eos occultant.ne aliqb⁹
iniurijs ledantur.Sic predicatores ne le
dãtur a ſuperbia vel vana gloria ſe ipos
vel lumen ſapientie ſaltez quantum ad ĩ
tentionem debent occultare.i.nõ ad oſtẽ
ſionem predicare Grego.Sic opus ſit ĩ
publico.vt intentio ſemper maneat in oc
culto.ꝑs.Oculi mei ſemper ad dominuz
ſcilicet per rectam intentionem.℄ Secun
do ẽ neceſſaria diſcretiõis ſagacitas vt.ſ.
ſicut medici ſpũales animarum morbos
ſagaciter diſcernant ⁊ oſtendant ac curas
debitas adhibeant.ſicut maxime in oculiſ
repreſentantur ⁊ indicãtur anime paſſio
nes.Nam oculi inter oẽs ſenſus ſũt anie
viciniores.Vñ in eis omne indicium mẽ
tis apparet ſiue anima fuerit hilaris ſiue
triſtis.ſilr̃ amor ⁊ odiũ ⁊ oẽs aie paſſiões
ĩ oculis exꝓſſe apparẽt.℄ Tertio docẽdi
ſtudioſitas.Dicũt.n.oculi lumẽ.qr lumẽ
q̃ ab exterioꝛib⁹ accipiũt ĩterioꝛib⁹ refũdũt.

⁊ ſimiliter predicatores lumen ſapiētie q̄ acceperunt ſiue a deo inſpirante. ſiue ab homine docente ſiue a ſcriptura inſtruē-te. alijs ſtudioſe ⁊ copioſe tradere ⁊ refundere ſatagunt. vñ Ap̄ls. j. Corīh. xv. Tradidi enim vobis ⁊ hoc q̄ accepi. ¶ Quarto eſt neceſſaria officij ſocietas. reqrit eni predicationis officium ex quadam honeſtate ſiue cōmoditate. vt predicatores nō ſoli vadant ſed ſimul combinati vel ſociati vnde primos predicatores quos xp̄s inſtituit binos ante faciē ſuam miſit. vt dicitur Lu. x. Unde oculi capitis qui predicatores deſignant xp̄i geminati ſunt. vt ſi forte vnus lederetur eius defectus p aliū ſuppleretur. Eccl's. iiij. De ſoli q2 cum ceciderit nō habet ſubleuantem ⁊ ideo religioſi combinati incedunt Math. xviij. vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo ibi ego ſum in medio eorum. Et dicit duo q2 eorū eſt duo teſtamenta p̄dicare ⁊ duo p̄cepta charitatis ſeruare ⁊ addit. vel tres. q2 eo4 eſt ſancte trinitatis fidem diuulgare ⁊ tribus theologicis virtutibus. ſ. fide. ſpe. ⁊ charitate vitam ſuaȝ adornare. ¶ Quito neceſſaria ē circa crucem xp̄i deuotionis ſingularitas. vt predicator quiſq3 cum egregio predicatore dicat. Mihi abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Jeſu chriſti. Unde nerui qui ad oculos ſpiritū viſibilem deferunt ſunt in modum crucis diſpoſiti. Nam a prora cerebri exeunt duo nerui. qui in ſubſtantiam cryſtallini humoris oculis ſe infigūt Et hi nerui tranſuerſaliter in modū crucis infiguntur in oculis ⁊ in puncto contactus inuicem ſe cōtingūt ⁊ hoc ingenioſe factum eſt vt altero oculorum clauſo vel penitus excecato ſpiritus viſibilis ad alterum totum tranſiret ⁊ ſuam ibi perficeret actionem. vnde tūc pupilla ⁊ actus videndi ꝯfortatur propter virtutis viſiue coadunationem vt patet in ſagittarijs qui vno oculo directius ſagittā emittūt. ¶ Item ideo ſe ꝯtingūt in puncto ne qđlibet vnum duo eſſe videatur. Semper enim vna res duo eſſe apparent ſi vterq3 oculus ſuum idoluȝ diuiſim videret. Neceſſe ergo fuit vt virtus viſiua continuaretur ad organum in quo eſſet virt⁹ vnifontalis deriuatiua i pupillis: ſicut auctor perſpectiue dicit. Sunt ergo nerui oculi in figura crucis diſpoſiti vt predicator cū chriſto confixus ſit cruci ⁊ nō ſeipſum ſed crucifixum chriſtum ſtudeat predicare ſ3 illud. j. Corinth. j. Nos autē predicamus chriſtum crucifixum ⁊c. ¶ Sexto neceſſaria eſt ſciētie luminoſitas: q2 ſicut oculorū pupille neceſſarium eſt lumē ad videndum ita p̄dicatori neceſſaria eſt ſcientia ſacre ſcripture ad predicandum. Debet eni eſſe predicatoris mens velut pupilla oculi que interius imutatur a ſpiritu veniente a cerebro ⁊ exterius a lumine refulgēte: nam mediante lumine ſpeciem rei exterius recipit ⁊ receptam anime iudicio tranſmittit. Sic predicatoris mens vt recte ſpeculetur que ſunt docenda oportet q̄ illuminetur interius a ſpirituſancto inſpirante. Et etiam exterius ex ſacre ſcripture lectione inſtruente ⁊ ideo oportet q̄ ſit ad modum pupille in qua eſt puritas paruitas dignitas ⁊ ſui per reflexionē viſibilitas propter. primum dicitur pupilla quaſi pura ⁊ puella. ⁊ ſic predicatoris mens debet etiam eſſe pura vt a deo illuminetur. Sed cauendum eſt ne h3 pupilla .ſ. puritas mentis tollatur per mortē peccati non ſolum exterioris oculi operis: ſed etiam interioris conſenſus vel delectationis moroſe. Dicunt enim Phiſici ipſas pupillas per triduum ante mortem morituros homines non habere quib⁹ non viſis certa deſperatio eſt de egro. ¶ Item pupilla eſt parua ⁊ ideo ſic dicitur eo q̄ paruuli pupilli eſſe dicuntur ſic predicatorū mentes debent eſſe p humilitatem parue. Et hoc etiam multum valet ad recipiendum lumen diuine ſapientie ſm illud pš. Sapientiam preſtans paruulis. vnde pupilla licet ſit parua in quantitate: eſt tamen maxima in virtute. ⁊ ideo maxima comprehendit. ¶ Item pupilla eſt magne dignitatis: q2 vt dicit Hali. Oia q̄ in ipſo oculo ſunt aut ſt pupillam adiuuantia. aut pupille vt ſeruientia. ipſa vero

ro ſedet in medio quaſi omnium regina
Similiter omnia que ſunt in predicatore
debent ſubdi menti ⁊ rationi eius. Que-
dam ad ſeruiendum vt corporis mēbra
Quedam vero ad iuuandū ſicut ſenſus
⁊ alie vires. Quaſi etiam in ſignum digni
tatis pupilla circa ſe habet quēdam circu
lum que corona dicitur quo diſcreta ni-
gredine albe partes oculi a pupilla ſepa-
rantur. Et in hoc ſignatur gloria ⁊ corona
que fideli predicatori ſeruatur ſm illud
Apli.ij.Thi.iiij. In reliquo repoſita eſt
mihi corona iuſtitie ⁊c. ¶ Item pupilla
cum omnia iudicet ⁊ diſcernat ſeipſam
non videt. Et ſi contingat per accidens ſe
videre hoc eſt per radiorum reflexionem
ſcʒ quando ſpecies ſua vadit ad ſpeculū
⁊ a ſpeculo reflexio fit ad viſum. Et hoc for
te eſt cauſa quare viſus in ſpeculo delecta
tur. qꝛ per reflexionem radiorum in ſeip
ſum reuerſus coadunatur ⁊ per conſe-
quens fortificatur ⁊ confortatur. Sic ſi p̄
dicator neſcit ſe ipſum cognoſcere vel vi
dere accedat ad ſpeculum ſcripture ⁊ re-
flectat applicando ad ſe ipſum que legit
vt ex reflexione radiorum .i. diuinorum
verborum ſiue exemplorum que ibi repe
riuntur poſſit ⁊ ſuos defectus ⁊ etiam ꝓ
fectus intueri. ¶ Septimo eſt neceſſaria
predicatori virtutum ⁊ donorum varie-
tas. Nam oculus eſt compoſitus ex tribꝰ
humoribus quorum primus dicitur al-
bugineus: ſcd̄s cryſtallinus: tertius vitreꝰ
Qui non dicuntur humores qꝛ ſunt liq̄
di vel fluxibiles. ſed propter molliciem
quam habent vltra cetera membra. ſed in
ter hos humores ſolus cryſtallinꝰ eſt in-
ſtrumentum viſus. In his igitur tribus
humoribus deſignant̄ tres virtutes theo
logice quas predicator debet habere ſed
precipue charitatem que ceteris preemi-
net ſicut humor cryſtallinus Apl's.j.Co
rinth.xiij. nunc manent fides. ſpes. ⁊ cha-
ritas tria hec. horum autē maior eſt cha
ritas. Vnde predicator ſine ea nihil eſt ſcʒ
illud ibidē. Si liguis hoīuʒ loq̄r ⁊ angelo
rū charitatē āt nō habeā ⁊c. ¶ Itē oculꝰ
hʒ ſeptem tunicas .i. ſeptem pelliculas ſi-
ue telas que circundant illos humores ⁊
ab inuicem diſtingunt. ſcilicet quatuor a
parte anteriori ⁊ tres ab interiori: nam
interius immediate iuxta cryſtallum eſt
tunica que dicit̄ retina a venis ⁊ arterijs
pie matris ideſt ſubtilioris cerebri pānicu
li qui pia mater vocatur exorta ⁊ contex
ta in modum retis que portat ſpiritum
viſibilem ad vitreum humorē. ⁊ cuʒ ſuis
neruis ſenſum ad cryſtallinum. Poſt re-
tinam ſequitur ſecundina que ab ipſa pia
matre eſt generata vt retinam defendat
ne aliquo caſu ledatur. tertio ſequitur ſcli
rotica tunica valde dura que a dura ma-
tre .i. a ſuperiori ⁊ groſſiori pāniculo cere
bri procedens omnia alia eſt defendens.
⁊ eſt quaſi ligamentum oculorū. A parte
vero anteriori imediate iuxta cryſtallinū
humorem eſt tela aranea ſic propter ſuā
ſubtilitatem dicta vt ſit ſpiritui viſibili
peruia ex ſubtilioribus partibus retine
tunice generata ⁊ hec tunica inter albugi-
neū ⁊ cryſtallinum humorem eſt colloca
ta ne ſimul cōmiſceantur. ⁊ hec tunica cō-
iuncta cum interiori retina facit primum
orbem. Nam he due tunice in ſe claudūt
cryſtallinum humorem. Hanc ſequitur
vuea ſic dicta qꝛ vue nigre eſt in colore ſi-
millima. qꝛ enim omnia predicta in cōpo
ſitiōe oculi erāt clara ⁊ alba ⁊ viſuʒ diſgre
gantia. ideo neceſſaria fuit tunica vuea: q̄
ſua nigredine lumen in oculo aggregaret.
Hec autem tunica ad modum ſpongie eſt
quodammodo poroſa ⁊ villoſa neruorū
continens fila vt cryſtallinum humorem
ab humiditate ſuperflua depuraret ⁊ ſpi
ritum viſibilem alijs circūſtantibus mini
ſtraret. Hec tunica vuea a parte anteriori
cum ſecundina coniungitur. ⁊ faciunt ſm
orbem claudendo albugineum humorē.
Hanc ſequitur tunica cornea ſic dicta qꝛ
cornu lucido eſt ſimilis vnde ⁊ peruia eſt
ſpiritui viſibili ratione ſue tranſparentie
⁊ tamen ratione aliquātule denſitatis eſt
aggregationis viſus aliquantulum ope-
ratiua ⁊ ratione ſue fortitudinis ⁊ cohe-
rentie ab exterioribus nocumentis eſt in
terius defenſiua. Hec autem cornea ſclira

ſice interiori coniuncta tertium facit orbem. dum vitreum humorez circulariter intra ſe claudunt. Ultimo autem in ſuperficie oculi exteriori ponitur tunica que dr̄ ꝯiunctiua que a craneo deſcēdēs non totum tegit oculū ſed ꝯſiſtit in angulis oculorum eos ligans ⁊ retinēs vt in ſua maneant fixione. per has ergo ſeptem tunicas que oculum veſtiunt ſeptem dona ſpiritusſancti repreſentantur que mentē predicatorio ornare debent: de quibus dicit̄ Iſa. xj. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini ſpiritus ſapientie ⁊ intellectus ſpiritus ſcientie ⁊ pietatis ſpiritus cōſilij ⁊ fortitudinis ⁊ replebit eum ſpiritus timoris domini. Ubi aduertendum ꝙ ſicut prime ſex tunice in tribus ordinibus oculi connectuntur. Ita prima ſex dona in tribus gradibus ſpiritus combinantur. ¶ Primus gradus eſt ſpiritus ſapiētie ⁊ intellectus: vbi ſapiētia combinatur intellectui: ſicut prīo orbe oculi aranea tunica cōnectitur retine. ¶ Secundus eſt ſpiritus ſcientie ⁊ pietatis in quo ſciētia pietati combinatur: ſicut tunica vuea coniungitur ſecundine. ¶ Tertius gradus eſt ſpirit⁹ conſilij ⁊ fortitudinis vbi conſilium combinatur fortitudini: ſicut cornea tunica ſclirotice copulatur in tertio oculi orbe. ſed donuz timoris ponitur per ſe ⁊ alteri dono non combinatur: ⁊ replebit inquit eū ſpiritus timoris domini ſicut etiam ſeptima tunica oculi que dicitur coniunctiua alteri tunice non cōnectitur.

¶ Capitulum. lx.

Prelat⁹ aſſimilat̄ capiti ꝓpter. vij. ¶ Primo ꝓpter ſuam ſituationē. Naz qꝛ caput eſt inter exteriora membra pars hoīs principalis ideo ꝓpter dignitatem locatū eſt in corporis ſupremo. Et etiā ꝓpter neceſſitatē. ſ. vt poſſit inferiora mēbra regere ⁊ que ſub ipſo ſunt vniuerſa diſponere. Sic p̄lati poſiti ſunt in altitudine dignitatis ⁊ auctoritat̄ vt poſſint ſibi ſubditos congruēti⁹ regē ⁊ gubernare. Sz tm̄ ſicut eminēte dignitate. ita conari debent vt emineant ſanctitate humilitate ⁊ opoſitate. Unde beato petro dixit xp̄s. Tu vocaberis cephas qd̓ dicit̄ caput antiquitus eni capita lauabāt̄. Unde xp̄o dicenti. Si nō lauero te ⁊c. Petrus rn̄dit. Dn̄e nō tm̄ pedes meos: ſed ⁊ manus ⁊ caput. ⁊ figurabat̄ in lotione capitis ꝙ p̄lati debēt eſſe mūdi. ¶ Itē capita inungebantur ꝑm illud. Unge caput tuū Math. vj. In quo ſignificabatur ꝙ p̄lati debēt eē pl̄ oleo. ſ. miſericordie pleni. ¶ Itē capita cinere aſꝑgebantur. Thre. ij. Aſperſerūt cinere capita ſua: in quo figurabatur ꝙ debēt eē humiles. ¶ Itē ſuꝑ capita manus imponebant̄. Exo. xxix. Imponēt aaron ⁊ filij eius man⁹ ſuper caput illius in quo ſignificabat̄ ꝙ debent eſſe actiui ⁊ operoſi. ¶ Scd̓o prelatus aſſimilatur capiti propter ſenſationem. Naz omnis ſenſus apparet in capite: vnde dicit Iſido. ꝙ caput dicitur a capiendo eo ꝙ oīs ſenſus ⁊ nerui ab eo inicium capiūt: vnde caput eſt ſedes omniū ſenſuū. Sunt enim in eo ſenſus tam exteriores ꝙ̄ interiores. Exteriores enim ſunt viſus auditus guſtus odoratus ⁊ tactus qui ſenſus oēs myſtice cōpetunt prelatis. ſ. viſus contēplationis auditus cōfeſſionis vel cōſultationis guſtus diuini amoris quo aīa ſpiritualium deliciarum ſaporem percipit odoratus diſcretionis ⁊ tactus boni opis. ¶ Senſus interiores ſunt q̄tuor. ¶ Primus eſt ſenſus cōis qui poſitus eſt in anteriori parte cerebri vbi cōcurrūt nerui ſenſitiui quinqꝫ ſenſuū q locus medulloſus ⁊ humidus ē. ¶ Scd̓s eſt v̄r⁹ imaginatiua ⁊ h̓ etiā in anteriori p̄te cerebri ponit̄ poſt ſenſum cōez ⁊ ibi eſt magna duritia ex frigiditate cerebri proueniēs. Hec eadem virtus dicitur phantaſia vt vult Auerro. Sed imaginatiua vocat̄ inquātum imagines rerū ſenſibilium in ea reſeruantur. vn̄ etiaz vocatur theſaurus formaꝝ. ſꝫ fantaſia dr̄ inquātum huiuſmodi imagines ſiue formas cōponit vel diuidit: vt cū apprehēdit aliqd eē album ⁊ frigidum ⁊ ſil̄ia. ¶ Tertius eſt virtus eſtimatiua ſꝫ in homine vocatur ratio particularis: ⁊ h̓ virtus eſt in media

cellula cerebri quē calida eſt ex motu multi
ſpūs ad ipſaȝ.Ʋnde in hoie media cellula
cerebri rōnalis ſiue logiſtica dr.¶Quart⁹
eſt virtus memoratiua q̄ cōiter ponitur
in poſteriori parte ac cellula capitis. Iſte
ergo q̄tuor virtutes deſignāt q̄tuor perfe
ctiones q̄ debēt eē in ꝑlato. ¶Prima ē pi
ria diuinarum ſcripturaꝝ.⁊ iſtam deſignat
ſenſus cōis. Nam ſenſus cōis eſt vt dicit
Algazel a quo oēs ſenſus ꝓprij deriuanꞇ
⁊ ad quē ois impreſſio eoꝝ renunciatur ⁊
reducitur:⁊ in quo cōiunguntur omnes
⁊ ſic ſunt quaſi ſuggerētes ipſi. Sicut ergo
a ſenſu cōi deriuantur ſenſus proprij ita a
diuina ſapiētia que tradiꞇ in ſacra ſcriptu
ra deriuanꞇ oēs ſciētie ſeculares ⁊ phyſi
ce.Ʋnde Caſſio. dicit ꝙ ois ſplēdor rhe
torice eloquentie:oēs modi locutōis poe
tice:quelibet varietas pronūciationis de
ore a diuinis ſcripturis ſumpſit exordi
um.Et iteꝝ ſicut ois ſenſuum impreſſio
ad ipſum ſenſum cōmunē reduciꞇ ita oēs
ſcientie alie ad ſacram ſcripturā reducun
tur ſicut ad regulam dirigētē. ¶Itē q: fi
nis eius eſt vltimus finis ad quem fines
aliarum ſciētiaꝝ ordinantur.ſ. beatitudo
eterna:etiā quantū ad hoc oēs alie ſciētie
coniunguꞇ in ea. Nam quelibet ſcia eſt q̄
dam ꝑfectio hominis. ⁊ quelibet ꝑfectio
hois ad vltimam ꝑfectionē eius ordinaꞇ
quā principaliter iſta ſciētia reſpicit.ſ.feli
citatē eternam.Ʋn̄ Auicē.dicit ꝙ omnes
ſcietie cōicant in vna vtilitate q̄ eſt acqui
ſitio ꝑfectionis aie preparātis eam ad fu
turam felicitatē.¶Itē ſicut oēs ſuggerūt
ſenſui cōi.i.expectant complemētū cogni
tiōis ab ipſo circa particulare qđ eſt in ſen
ſu,ita etiā ꝑ ſacram ſciam omnis humana
cognitio recipit cōplemētū ꝓpter qđ diciꞇ
Sap.xiij.ꝙ vani ſunt oēs hoies qbus nō
ſubeſt ſciētia dei.¶Scđo dȝ eſſe in prela
to cura ⁊ cuſtodia animarū quaȝ deſignat
virtus imaginatiua q̄ eſt cōſeruatiua ⁊ cu
ſtoditiua ſenſibiliuȝ formaꝝ. Inſuper ad
modum fantaſie dȝ ſubditos ad inuicē ſo
ciare vel ab inuicē ſeparare prout eoꝝ ſalu
ti viderit expedire.¶Tertio dȝ eſſe in eo
prudentia ⁊ diſcretio rerum agendarum
vt.ſ.omnia cum diſcretiōne ⁊ ratiōe agat
⁊ hāc deſignat virtus logiſtica.i. rationa
lis.¶Quarto dȝ eſſe in eo iugis memo
ria ſeu recordatio ſuorum defectuū ⁊ cul
parum q̄.ſ.eū in puritate ⁊ in humilitatē
conſeruet ⁊ hanc deſignat virtus memo
rie.¶Tertio ꝑlatus aſſimilatur capiti ꝓ
pter capitis diſpoſitionē. Diſpoſitio enīȝ
capitis ſm̄ Ariſto. ex tribus cognoſcitur
ſcȝ ex quantitate ex figura ex capillis.Ex
quātitate quidem q: caput dȝ eſſe medio
cre inter paruū ⁊ magnum membris aliīs
in quātitate proportionatū. Nā caput ni
mis paruū ſignat defectum materie ⁊ de
bilitatem virtutis formatiue:ſȝ nimis ma
gnum ſignat ſuperfluitatē materie ⁊ defe
ctum virtutis operatiue. Sic prelat⁹ ne
qȝ dȝ eſſe nimis magnus per ſupbie elatio
nem neqȝ etiā nimis paruus per puſillani
mitatis deiectionē:ſȝ vt vtroqȝ vitio ca
reat magnanimus ⁊ humilis eē ſtudeat:
vt.ſ.ex vtraqȝ virtute quoddā mediuȝ ⁊
tēperamētum ꝓficiat. ¶Itē cognoſcitur
diſpoſitio capitis ex figura q: figura capi
tis eſt rotūda.tum ꝓpter leſiōis ⁊ paſſibili
tatis amotionē,tū ꝓpter medule cerebri
ampliorē receptionē.Et tamē dȝ eſſe ali
quantulū oblongū ⁊ circa tpa aliquātulū
planū. Nā perfecta diſpoſitio capitis eſt
q̄n in rotūditate diſponiꞇ ad ſimilitudinē
globi cerei inter manus vel duo ligna cō
preſſi. Talis eni glob⁹ eſt figura rotūdus
⁊ tñ aliquātulū in vtroqȝ latere planus in
ꝑte tñ anteriori in vtraqȝ ꝑte erit acutum
aliquantulū eleuatū.⁊ hoc neceſſariū fuit
ad retinendū ventriculū cerebri in pro
ra.i.in anteriori ꝑte capitis ex qua quiqȝ
nerui ꝓcedūt quinqȝ ſenſus faciētes. Si
militō paruȝ acuitur a poſteriori ꝓpter
retentionē alterius vētriculi in puppi.i.
in poſteriori parte ex qua procedūt me
dulle ſpondiles ⁊ nerui motum volunta
rium faciētes.Debet ergo ad modū capi
tis prelatus eſſe rotundus.i.iuſtus vt nō
ſit in eo aliquis angulus iniquitatis ali
quam partē retinens precipue in iudicio
vbi partem vel perſonā accipere non de
bet.¶Item debet eſſe oblongus per lon

ꝗam diſcuſſionē ⁊ deliberationem ſcꝫ vt
non cito ꝓcipiteꝝ ſniam: qꝛ velox conſili-
um ſine iudiciū ſequitur penitentia. De-
bet etiam eſſe ex vtroqꝫ latere planus id
eſt firmus ſcꝫ tam in proſperis ꝙ in ad-
uerſis. Illud.n. quod planū eſt vbi appli
catur vel ponitur reſidet firmum ſed nō
ſic quod eſt ſphericū ſed debet etiam eſſe
acutus añ in ꝓuiſione futuroꝝ: ⁊ retro i
recordatione preteritorum ⁊ in medio
eleuatus preſentia ſublimiter diſponēdo
¶ Item cognoſcitur diſpoſitio capitis ex
capillis qꝛ ſꝫ eoꝝ quantitatē ⁊ qualitateꝫ
⁊ cadendi velocitateꝫ ſiue tarditatem de
cōplexione capitis iudicaꝛ. Quaſi autem
capilli adherentes capiti ſunt officiales ⁊
familiares vel conſiliarij vel amici ipſius
prelati qui ei iugiter adherēt ex quibus
multū pendet ⁊ oſtditur qualis prelatus
ſit. Capilli.n. bene diſpoſiti ꝙdiu adherēt
capiti ipſuꝫ cuſtodiūt ornant ⁊ defendūt
ablati ṽo vel male diſpoſiti ipſum turpe
reddūt. Et ſimile accidit de amicis vel cō-
ſiliarijs ⁊ familiaribus ꝓlati. qꝛ ſi boni ſūt
ipſuꝫ cuſtodiūt ⁊ honorabilē reddunt. ſi
ṽo praui ipm corrumpūt vel ſaltem in fa
mē ⁊ odioſum efficiunt. ¶ Quarto prela
tus aſſimilaꝛ capiti ꝑꝑ eius cōpoſitioneꝫ.
Nā primo quideꝫ caput eſt ex multis oſ
ſibus ꝯſtitutū ⁊ hoc ꝑꝑ cerebri defenſio-
nem. Nam ſubſtantia cerebri tenera eſt ⁊
mollis vnde de facili lederet niſi eſſet in-
terpoſitio cranei ⁊ oſſiū alioꝝ ꝑ q̄ ab ex-
trinſeca leſione ſeruaꝛ. Oſſa aūt iſta q̄ de-
bent eſſe in prelato vt ipſum defendant ⁊
cuſtodiant ſunt miſericordia iuſtitia cle-
mētia ⁊ cetere virtutes. Prouer. xx. Mi
ſericordia ⁊ veritas cuſtodiunt regem et
clementia roboraꝛ tronus eius. ¶ Itē ca
put hꝫ aliquid de carnoſitate ⁊ ꝯ fuit ne-
ceſſariū ad tēperamentū oſſium ⁊ neruo
rum. ne forte nimium oſſium frigiditate
teneritudo cerebri occaſionaliter lederet
Similiter in prelato eſt infirmitas carnis
ſiue paſſibilitas ad humilitatem. ſ. ⁊ cuſto
diam virtutum. Nam ſicut dicit Apoſto
lus. ij. Cor. xij. Virtus in infirmitate perſi
citur. Habet tamē caput parum de carno

ſitate ⁊ pinguedine reſpectu alioꝝ mem-
brorum. ⁊ hoc propter viuacitatē ſenſus
⁊ iuuamentū intellectus ſicut dicit Phs
in. xij. de animalibus. Forte ratio huius ē
qꝛ ſpiritus in neruis ſenſibilibus per car
nis groſſitiē ⁊ nimiam pinguedinē in ſuo
tranſitu impediretur. ⁊ ſic ſenſus hebeta
retur ⁊ intellectus obtunderetur. Vnde
Hiero. dicit ꝙ venter pinguis nō gignit
ſenſum tenuem. In hoc ergo ſignatur ꝙ
prelatus non debet eſſe delicioſus neqꝫ i-
tendere ad impinguandum corpus. ſed
paruam curam debet habere vel impen-
dere carni ſue. ¶ Itē debet ꝓlatus paruꝫ
habere de carne. i. de amore carnali ꝯſan-
guineorum. ſ. vt nō intēdat ad ditanduꝫ
vel impinguādū eos de patrimonio cru
cifixi. i. de bonis eccleſie. ¶ Itē caput quā
uis multam videaꝛ exterius hēre durici
em multā tñ habet intus mollicié in me-
dulla ita vt ipſius mollicie irrigetur toti
us corpis machina. Sic ꝓlatus quāuis ſe
debeat qñqꝫ durum oſtēdere in corripiē
do exterius tamē in compatiēdo mollis
debet eſſe interius. ¶ Item caput multū
eſt neruoſum. ⁊ hoc fuit neceſſarium pro
pter oſſium adinuicem coniunctionē ⁊ ꝓ
pter ſenſus ⁊ motus operationē. Nam
per neruuꝫ mediū anima in corpore om
nē motuꝫ opatur ⁊ ſenſum. neqꝫ ſine ner
uo deſcēdēte a cerebro mēbrum ꝯiungiꝛ
mēbro. Iſti ergo nerui ſunt bona verba
⁊ exēpla ꝓlati qbus ſubditorum ſenſus
informanꝛ ⁊ ad bene opandū mouentur
⁊ in pacis. i. vnitatis conſortio inuiceꝫ cō
nectunꝛ. Vñ ſi virtus fluens de capite per
neruos impediaꝛ corpis corruptio ſequi
tur ⁊ omnis compactio diſſoluiꝛ. qꝛ ſi vir
tus doctrine vel bone vite ꝓlato ſubtra-
hitur. ſubditorum vita quoqꝫ corrumpi
tur ⁊ vnitatis per cōſequens ꝯcordia diſ
ſipaꝛ. ¶ Quinto ꝑꝑ cerebri incluſionē. nā
intra caput cerebrū ē incluſum ꝙ ē corp9
albū ſine ſanguine de ſpū ⁊ medulla hñs
multū ⁊ in tribus cellulis ē diſtinctum ⁊
intra duos pānicülos ſcilicet piam matrē
⁊ duram ſitu naturali eſt contentum.
Eſt autem album vt cuiuſlibet ſimilitudi

nis coloris ſit facile ſuſceptiuum. Habet
multū de ſpū vt multus in eo ſit motus.
Habet multū de medulla vt acumen calo
ris q ex eius motu generaꝶ ꝑpareꝶ. Parū
habet de ſanguine ne eius colore inficere/
tur. ⁊ ſic omne appꝛehenſuꝫ videretur ru
beum. Ideo etiā fuit humidum ſine ſan/
guine vt cito in naturam ſentiēdi mutare
tur. In tribus aūt cellulis eſt diſtinctum
que ventriculi appellantur. In anteriori
cellula formatur imaginatio in media ſen
ſibilis ratio in vltima memoria ſiue recor
datio. Hec omnia cōpetūt pꝛelato. ſ. vt ſit
albus ꝑ puritatē. ⁊ ſine ſanguine. i. ſine in/
ordinato conſanguineoꝝ amore. ſ. vt nō
edificet ſyon in ſanguinibus ⁊ dꝫ habere
etiā multū de ſpiritu ideſt multū eſſe ſpi/
ritualis. ¶ Itē de medulla humoroſa ſcꝫ
de deuotione anime vel de pietate cōpaſ
ſionis: diſtinctio aūt trium cellularuꝫ ſeu
virtutū ſignat tres partes pꝛudētie: quaꝝ
vna eſt poſterior. ſ. memoria ꝑteritorum.
Alia anterior. ſ. prouiſio futuroꝝ: tertia
media. ſ. intelligentia pñtiū. Dꝫ etiam ad
modū cerebri eſſe inter durā ⁊ piam ma/
trem incluſus. Iſte eniꝫ due matres ſunt
duo pāniculi ad defenſionē cerebri poſiti:
vnde vocanꝶ matres cerebri vnꝰ eſt groſ
ſus ⁊ ideo dicitꝶ dura mater: hic aūt crāeo
ſupponiꝶ ſed in medio cerebri ingroſſaꝶ
⁊ ad maiorē fortitudinē ſolidatur. nō tñ i
mediate cū craneo coniungiꝶ ſed potius
ab eo ſuſpēdiꝶ. ⁊ huc atqꝫ illuc circa cere/
bri ſubſtantiā dilataꝶ. Hec dura mater fuit
neceſſaria vt piam matrē que eſt ea tene/
rior a duricia cranei defenſaret: ⁊ vt ve/
nas ⁊ arterias cerebri colligaret ⁊ vbi eēnt
ſpacia vacua illa impleret ac pia mater du
re matri ſupponiꝶ ⁊ ipſa mollior inueniꝶ.
Et ideo ſubſtantiam cerebri circūuoluit ⁊
dictas cellulas inter ſe diuidit ⁊ diſtinguit
Neqꝫ ſupfluit ħ pia mater: qꝛ cerebri inte
rius venas recolligit. ⁊ ne cerebrum ſua li
quiditate defluat coadunando cuſtodit:
cerebrum etiā cooperiens ⁊ amplectens
ipſum a dura matre defendit. Iſte ergo
due matres dñt eē in pꝛelato. dura. n. ma/
ter eſt pnia. pia mater miſericordia. dꝫ. n.

eſſe ſibi per pniam auſterus. ſed per pieta
tem eſſe alijs largus ⁊ benignꝰ: vel dꝫ eē
dura mr̄ in correctiōe iuſticie. ⁊ pia mater
in compaſſiōe miſericordie. Nam diſcipli
na ſine miſericordia multū deſtituiꝶ. ſi vna
ſine altera teneaꝶ: vt dicit Grego. Vtraqꝫ
tñ diciꝶ eſſe mater ex dilectione charitat̄
mota. ¶ Sexto pꝛelatus aſſimilatur capi
ti propter fumoſitatuꝫ receptionem. Eſt
eni caput totiꝰ corporis caminꝰ ⁊ tectum
⁊ ideo multaꝝ fumoſitatum a ſtomacho
aſcēdētium eſt receptiuū: ⁊ ideo fecit deꝰ
illud poroſum ⁊ foraminibus plenū vt ꝑ
poros occultos ⁊ foramina manifeſta eijce
reꝶ ſupfluū ne fieret receptaculū nature
mortiferū. Iſte multe fumoſitates ad cere
bruꝫ aſcēdētes ſunt multe ſollicitudines
⁊ anxietates quas oportet ꝓlatū habere.
ſed tamen ſupfluas curas ⁊ anxietates dꝫ
abijcere: ſiue per ſecretas cōſiderationes
⁊ orationes ſiue ꝑ manifeſtas ⁊ vtiles oc
cupationes. ¶ Septimo aſſimilatur capi/
ti ꝓlatus ꝓpter ipſius capitis leſionē ſiue
paſſione. Patiꝶ enim caput multipliciter:
aliqñ quidē ex ſua mala cōplexione. aliqñ
vero ex nimio fumo a ſtomacho aſcēden
te: aliqñ vō ex aeris intemperie. aliquan
do ex alioꝝ membroꝝ aſſociatione. aliqñ
ex nimia repletione. aliqñ ex nimia exina
nitione: aliqñ ex nimia fatigatione. aliquā
do ex nimia dormitione. q̄ oia conueniūt
malis pꝛelatiſ qui aliqñ depꝛauanꝶ ex ma
la complexione inclināte: aliqñ ex fumo
ſupbie aſcendēte: aliqñ ex intemperantia
diſſoluente: aliqñ ex maloꝝ familiaritate
inficiēte: vel ex alioꝝ malignitate deficien
te: aliqñ ex nimia repletione ciboꝝ vel tē
poralis ꝓprietatis: aliqñ ex nimia inanitī
one expenſaꝝ ſue neceſſitatis: qñqꝫ etiam
ex nimia fatigatione infirmanꝶ ⁊ inutiles
efficiuntur: aliqñ vō ex nimia dormitione
negligētie ⁊ pigritie detinenꝶ. ¶ Itē ꝓlatꝰ
aſſimilaꝶ collo. ¶ Primo rōne ſituatiōis.
Nam collū ſituatū eſt inter caput ⁊ corpꝰ
qꝛ pꝛelatus mediator eſt inter deum ⁊ po
pulum. Vnde dꝫ eſſe coniunctus deo per
puritatē ⁊ populo per charitatē ⁊ pieta/
tem. Vnde Deuꝶ. v. Dixit moyſes. Ego ſt

queſter ⁊ medius fui inter vos ⁊ deū. Et
quanq̄ prelatus ſupra aſſimilatus ſit capi
ti non propterea eſt inconueniens q̄ etiā
aſſimilet collo: q: licet ipſe ſit vt caput re
ſpectu populi: tamē eſt vt collū reſpectu
xpi qui eſt principale caput eccleſie ſm il
lud. Eph. j. Ipſum dedit caput ſup omnē
eccleſiam q̄ eſt corpus eius. ❡ Scd̄o rōne
compoſitionis. Nam collū componit ex
duabus ꝑtibus. ſ. anteriori q̄ dicit gula ⁊
poſteriori q̄ dicit ceruix ſicut dicit Iſido.
Et iſte due partes colli ſignificant duas ꝑ
fectiōes ꝑlati. Quia gula ſiue guttur ſigni
ficat auctoritatē doctrine: q: ſ. in gutture
vox formatur. Ceruix vō ſignificat ſoldi
tatē vite. Ceruix enim non eſt concaua vt
gula ſed ſolida eſt ⁊ plena. Sed nota q̄ lʒ
vox in gutture formet: tamen ſi eſt vox ſi
gnificatiua ⁊ articulata ⁊ litterata q̄ ꝓprie
dicit locutio requirit plura alia inſtrumē
ta. Vnde ſm Conſtan. Organa vocis ſunt
plura. ſ. pulmo arterie guttur vula ⁊ den
tes labia atq; lingua. Vocū enim organoꝝ
quedam ſunt vocis ordinatiua vt vula q̄
ſm Conſtā. vocem pulchraʒ reddit ⁊ for
tem q̄ſi proportionabiliter ſe hʒ ad alia in
ſtrumēta. Nā aerem introeuntē tpat ⁊ ne
nimis impetuoſe exeat detinet ⁊ refrenat
❡ Itē a receptiōe puluerꝭ guttur ⁊ arte
rias ꝯſeruat. Quedā vō ſunt vocis emiſ
ſiua vt canales pulmonis ⁊ arterie q̄ ſunt
q̄ſi q̄dā fiſtule q̄ ſi ſint mūde lenes ⁊ tpate
dulcē ⁊ lenē ⁊ tpatā faciunt ipſam vocēʒ.
Si vō fuerint aſpere aut plus debito late
vel ſtricte aut diſtorte grauem vel exilem
diſſonā ⁊ inequalē vocē emittūt. Quedā
vō ſunt vocis diſtinctiua. i. vocū diſtincte
formatiua ſicut lingua labia ⁊ dētes ⁊ hu
iuſmodi. Igitur prima organa que ſūt vo
cis ordinatiua admonent prelatum ⁊ do
ctoreʒ vt loquatur ordinate ⁊ tpate. Illa
vō q̄ ſunt emiſſiua admonent vt loquat
aperte: q: in emiſſione vocis fit oris aper
tio. Alia vero q̄ ſunt vocis diſtinctiua ad
monēt vt loquat diſtincte: pars vō poſte
rior que dicit ceruix deſignat vitā prelati.
Conſtat enim ex carne ⁊ oſſibus ⁊ neruis
⁊ eſt oſſea ad caput fortius ſuſtinendū ⁊

neruoſa ad motum voluntarium faciē
dum ⁊ ſenſum ad partes corporis deferē
dum. In q̄bus deſignat q̄ prelati quātū
ad vitam debēt eſſe carnei ꝑ manſuetudi
nis lenitatē. ⁊ oſſei ꝑ fortitudinis firmita
tem ⁊ neruoſi ꝑ dilectionis colligationē ⁊
extenſibilitatem. ❡ Tertio rōne propor
tionis. Nam dʒ collum eſſe proportiona
tum corpori ne excedat in puitate. vel in
magnitudine modum. Tunc aūt prelat
excedit in magnitudine modum quando
eſt nimis ſeuerus. tunc in paruitate quā
do nimis remiſſus. dicit aūt Ariſto. in li.
xiiij. de animalibus q̄ in quadrupedibus
ſpiſſi corporis ⁊ crurum mediocriū collū
eſt curtū ⁊ groſſum ⁊ huiuſmōi animaliū in
collo eſt maxima fortitudo ſicut patet in
bobus bubalis ⁊ vrſis ⁊ lupis. Tali collo
fortiſſimo. ſ. curto ⁊ groſſo aſſimilant pre
lati qui debent eē fortiſſimi in operando
curti ⁊ breues in expediēdo groſſi ⁊ pleni
vel pigues i ſubueniēdo ⁊ largiēdo. ❡ It
prelati debent eſſe ſimiles tibijs quia pri
mo dʒ eē in eis fortitudo patientie. ⁊ hoc
deſignatur in tibijs que. ſ. intrinſecus ſūt
ex oſſibus fortibus facte que etiam ſunt
tanq̄ colūne ad corpus portandū habi
les. Sic prelati debent eſſe colūne per de
bilium ſuſtentationē ⁊ fortes ⁊ patiētes
in portando ſubditoꝝ onera. ❡ Secūdo
dʒ eſſe in eis compaſſio miſericordie ⁊ hꝫ
ſignatur in tibijs quaꝝ oſſa interius ſunt
medulla plena: vnde ſunt exterius dure
⁊ iterius molles: ⁊ ſic ipſi ꝑlati ⁊ vt videa
tur exterius duri per correptionem iuſti
cie ⁊ ſint intrinſecus molles per compaſ
ſionem miſericordie. ❡ Tertio dʒ eſſe in
eis manſuetudo conuerſationis extrinſe
cuſ ⁊ hꝫ ſignificat in tibijs que ſunt carnoſi
tate veſtite ⁊ in complicatione caruʒ cum
femoribus neq; ab eis recipiunt neq; infe
runt offenſam. Vn̄ tanq̄ culcitra ad mol
lem corporis ſupportandā carnoſitas ip
ſarum a parte ſuperiori eſt interius loca
ta. Sic prelati cum ſe alijs complicant ſiue
applicant cum eis conuerſando debēt eē
ſic māſueti ⁊ tpati vt neq; ipſi illos offen
dant conuerſationis aſperitate neq; ipſi

ofendātur ab eis nimie familiaritatis vl
dulcedinis contemptibilitate: debent au-
tem omnes ſubditos vt culcitra.ſ. dulci-
ter ꝛ leuiter ſuppoꝛtare. ¶ Quarto dꝫ eē
in eis longitudo perſeuerantie que etiaꝫ
ſignificatur in tibijs ſiue coxis q̄ ſunt lon-
ge. Unde ideo dicunt tibie qꝛ ſimiles ſunt
tubis in ſpecie ꝛ longitudine vt dicit Yſi.
qꝛ.ſ.ipſi prelati longanimes ꝛ perſeueran
tes eſſe debent in ſui officij ſolicitudine ꝛ
laboꝛe. ¶ Itē prelatus ſimilis eſt nutrici.
¶ Primo qꝛ nutrix puero gaudēti con-
gaudet ꝛ cōdolet patiētia. ita dꝫ prelatus
erga ſubditos ſm illud Ro.xij. Gaudete
cum gaudētibus ꝛ flete cum flētibus. Se-
cundo qꝛ nutrix ſubleuat puerum caden
tem. Sic ꝑlatus cadētē in peccatis ſuble-
uare dꝫ reducēdo benigne ad penitētiam
vel cadētē in pauptatē exhibēdo ei miſe
ricoꝛdiam. ¶ Tertio qꝛ nutrix lactat pue
rum ploꝛantē qꝛ prelatus afflictum ſubdi
tum dꝫ cōſolari. ¶ Quarto qꝛ nutrix de-
oſculat cadētē: qꝛ.ſ.ꝑlat⁹ dꝫ oſculo amo-
ris ꝛ pacis fouē ſubditum patiētē. ¶ Qui
to qꝛ nutrix ligat puerum nolentē qꝛ ſcꝫ
ꝑlatus dꝫ reſtringē inuitum ſubditum in
ſolentē. ¶ Sexto qꝛ nutrix ablnit puerū
ſe ſoꝛdidantē: qꝛ ꝑlatus purgare dꝫ ꝑ coꝛ
rectionē iuſticie ſubditum delinquētem
ꝛ ſeſe ꝑ culpam ſoꝛdidantem. ¶ Septimo
qꝛ nutrix paſcit recuſantē: qꝛ.ſ.prelat⁹ ſub
ditum nolentē audire verba dei: vel ſtu-
dere in ſacris doctrinis quibus anima pa
ſcitur dꝫ compellere ad audienduꝫ vel ad
ſtudendum. ¶ Octauo qꝛ nutrix inſtruit
neſcientē: qꝛ ꝑlatus dꝫ inſtruere ſubditoꝫ
ignoꝛantē. ¶ Nono qꝛ nutrix balbutit ꝛ
linguam frangit vt facilius inſtruat non
loquentē. Sic ꝑlatus ſubditum neſcientē
confiteri dꝫ inſtruere de confeſſione quo
modo ſe cum eo peccatoꝛē accuſando.
¶ Decimo qꝛ nutrix medicinam accipit
vt ſanitati reſtituat paruulum egrotantē.
Sic bonus ꝑlatus libenter penitentiam
recipit pro ſubditis liberandis. ¶ Undeci
mo qꝛ nutrix nunc manu nunc genu ele-
uat puerum vagiētem. Et ſic ꝑlatus nūc
manu operis nunc genu oꝛationis eleuat

ſubditum laboꝛantem vel tribulationes
ſeu tētationes patiētē. ¶ Duodecimo qꝛ
cibum ipſa maſticat vt reficiat fameſcentē
Sic ꝑlatus vel ꝑdicatoꝛ verba dei diſpo-
nit ꝛ oꝛdinat vt melius inſtruat ꝛ reficiat
audientes. ¶ Decimotertio qꝛ ſibilis ꝛ cā
tilenis demulcet puerum doꝛmientē. Ita
ꝑlatus deuotis recōmendationibus ꝛ of
ficijs dꝫ iuuare ſubditū moꝛientē vel qꝛ
officijs ꝛ canticis eccleſiaſticis dꝫ pꝛouoca
re ſubditos ad ſomnum.i. ad quietē inti-
me contemplationis. ¶ Item prelati de-
bent excedere ſubditos ſicut mares femi-
nas excedunt. Maſculus eniꝫ in quatu
oꝛ feminam excedit pꝛimo quo ad com-
plexionē: qꝛ maſculus calidus eſt ꝛ ſiccus
femina vō frigida ꝛ humīda in quo ſigna
tur ꝙ ꝑlatus dꝫ excedere ſubditos ꝛ in ca
loꝛe diuini amoꝛis ꝛ in ſiccitate.i. caſtitate
carnis: carens.ſ. humoꝛe ſeu fluxu concu
piſcentie carnalis. ¶ Itē in maſculo vigēt
virtutes foꝛmales ꝛ actiue. In femina ve
ro materiales ꝛ paſſiue. Unde Ariſto. in
lib.xv. De animalibus dicit ꝙ vir ſe habꝫ
ad modum foꝛme ꝛ mulier ad modū ma
terie. In quo ſignatur ꝙ prelati debēt ma
gis eē actiui.i. magis operoſi ꝙ̄ ſubditi: ꝛ
magis ſolliciti in opibus virtutum ꝛ pre-
cipue in opibus pietatis q̄ ptinent ad vi-
tam actiuam. ¶ Scdo preualet maſculus
quo ad nature opatione. Nam in maſcu
lo maioꝛ eſt virtus. Un̄ vir ab eminentia
virtū dictus ē vt dicit Yſi. Et iō nerui vi-
roꝛum oſſa ꝛ lacerti ſunt foꝛtioꝛa ꝛ groſ-
ſioꝛa ꝛ oīa mēbꝛa in viris ſunt ſolidioꝛa
ꝛ iō ad opa aptioꝛa. In quo ſignat ꝙ ꝑla-
ti debēt magis ꝙ̄ ſubditi abundare virtu
tibus interioꝛibus ꝛ in bonis opibus ex-
terioꝛibus ꝛ in tolerantia laboꝝ ꝛ etiam
paſſionū. ¶ Tertio ꝑcellit quo ad ſenſus
diſcretionē. qꝛ in omni gn̄e aīaliū maſcu-
lus in ꝑcauēdis īſidijs ꝛ fugiēdis nociuis
ſollicitioꝛem hꝫ animū feminis ꝛ pꝛudē-
tioꝛē vt dicit phs. in li.v. de aīalibus. In
quo ſignat ꝙ ꝑlat⁹ dꝫ excedē ſubditos in
diſcretiōe pꝛudētie ꝛ in cognitōe ſcientie.
¶ Quarto quoqꝫ precellit maſculus q̄ ad
ptātē ꝛ dn̄atōeꝫ: vn̄ docēdi auctoꝛitas vi-

r's conceditur ſed feminis denegatur.j.
Corin.vj.ꝛ Geneſ.iij.dictum eſt mulieri
ſub viri poteſtate eris ꝛ ipſe dominabitur
tui. Sic prelati excedūt ſubditos ꝛ doctri
ne auctoritate ꝛ regiminis poteſtate ꝛ do
minij dignitate.

¶ Capitulum.lxj.

PRudentia ꝛ diſcretio aſſi
milatur odoratui:ꝛ h̄ pa
tet ex quiqꝫ. ¶ Primo ex
parte principij effectiui.
Nā virtus aīe mediante
ſpiritu aīali perficit odora
tum:ſic ꝛ anima mediāte ſpūſancti lumi
ne ꝛ gratia efficitur prudens ad diſcernen
dum ꝓficua vel nociua. Vñ Apo. dicit.j.
Corinth.ij.ꝙ ſpūalis homo oīa diiudicat
ꝛ ipſe a nemine iudicatur. Et.ij. Corinth.
xij.ꝙ per ſpiritūſanctū datur diſcretio ſpi
rituū. Unde vera prudētia nō pōt eſſe ni
ſi in bonis ꝛ ſpūalibus viris. ꝛ ideo etiam
phūs dicit i.vj. Ethicoꝝ ꝙ īpoſſibile ē pru
dentē eſſe non entē bonū. ¶ Scdo ex par
te organi receptiui. Organū enim odora
tus eſt aliqd circa cerebrū ſed in homini
bus regritur ad odorandū ꝑfecta diſpoſi
tio nariū. in quibꝰ ſunt due carūcule ſiue
cauernule ad modū mamillaꝝ dependen
tes que videntur eē propria organa odo
ratus ꝛ recipiūnt ſpiritū animalē ꝑ quoſ
dam neruos a cerebro venientes. Nares
eni nō ſunt propria inſtrumenta olfatus:
qđ patet qꝛ ipſis abſciſis nō priuatur aīal
odoratu. Nos etiā per loca fetida tranſe
untes ſi flatū repreſſerimus aerē fetidum
nares intrantē in nullo ſentimus ꝛ h̄ eſt
qꝛ ille carūcule quaſi quodā motu volun
tario ſunt obſtructe. Sunt etiaꝫ carūcule
huiuſmodi cōcaue ꝛ ſpongioſe: cōcaue q̄
dem vt in ſua poroſitate cōcaua fumū re
cipiant a re odorabili reſolutū. Spongio
ſe vero ſunt vt in eis virtus attractiua ſit
Sicut aūt ſunt due carūcule velut inſtru
menta odorandi. ſic ſunt due virtutes q̄
ſunt quaſi aīe inſtrumenta nociua a profi
cuis diſcernendi. ¶ Prima eſt intelligētia
ſiue ratio vniuerſalis aīe que.ſ.per prudē
tiam perficitur vt ſe recte habeat circa ea
que ſunt ad finem vtilia.ſ.a nociuis gene
raliter diſcernendo. Unde Aug. dicit in li.
lxxxiij.q.ꝙ prudentia eſt cognitio rerum
appetendaꝝ ꝛ fugiendaꝝ. alia eſt eſtimati
ua que in homine dr̄ ratio ꝑticularis. que
eſt collatiua intētionum particularium ſi
cut ratio vniuerſalis eſt collatiua vniuer
ſalium. Et hec eſtimatiua etiā in brutis eſt
per quā ouis fugit lupum ſicut inimicū
quāꝗ̄ hoc per ſenſum non ꝑcipit. per hāc
etiam mouet auis ad colligendum paleas
tanꝗ̄ vtiles ad nidum. Unde per hanc eti
am ipſa bruta dicuntur participare aliqd
prudētie: ſicut patet per phūm. viij. de hi
ſto. animalium. ¶ Tertius ex parte medij
delatiui. Nam ſicut dicit phūs in.ij. libro
de anima. olfatus imutatur ab odorabili
per medium.ſ.aerem aut aquam. Nā ani
malia que reſpirant per aerem odorant.
Dixerunt autem quidā ꝙ a corpore vapo
rabili quedam fumalis euaporatio reſol
uitur que eſt ſubiectum odoris ꝛ perue
nit vſqꝫ ad ſenſum olfatus. Et hinc eſt qꝛ
dicebant ꝙ contrarij odores in medio ſe
impediunt. Sed cōtra hoc eſt qꝛ odor ca
daueris a vulturibus vſqꝫ ad quingenta
miliaria ſentitur. Impoſſibile autē vide
tur ꝙ aliqua corporalis euaporatio cada
ueris vſqꝫ ad tantum ſpacium diffunda
tur. Sed ad hoc reſpōdent ꝙ talis euapo
ratio ad tam remotum ſpacium defertur
per ventos. Sed contra hoc eſt qꝛ ſenſibi
le imutat medium vndiqꝫ ſm eandem di
ſtantiam niſi impediatur. Non autem ſuf
ficeret ad occupandum tantū ſpaciū etiā
ſi totum cadauer reſolueretur in fumalē
euaporationem. cum ſit certus terminus
rarefactionis ad quem corpus corporale
peruenire poteſt que eſt charitas ignis ꝛ
precipue cum per huiuſmodi odorem ca
dauer ipſum appareat imutatuꝫ. Et ideo
dicendum ꝙ ab odorabili reſolui poteſt
fumalis euaporatio que tamen non per
tingit vſqꝫ ad terminū vnde odor perci
pitur. qꝛ imutatur mediū ſpiritualiter vl
terius ꝙ̄ predicta euaporatio pertingere
poſſit. Vñ etiā hoīes non ſentiunt odores
ſine reſpirationibus. Auis aūt agentia

s que non reſpirāt ſicut ſunt que ſangui
ne carent cuʒ etiaʒ odores ſentiūt. quod
patet q꞉ ꝗdā eoꝝ de lōginquo veniūt ad
alimentum quod non eſſet niſi prouoca
rentur odore꞉ oportet ꝙ odorent mediā
te aqua. Per aerem igitur qui ſubtilioris
nature eſt intelliguntur ſpiritualia. Vnde
quandoqꝫ aer ſpiritus vocatur. Per a-
quam vero que groſſior ⁊ fluxibilis eſt ī
telliguntur temporalia ſeu corporalia ꝗ
continue tranſeunt. Vnde ſicut ad odorā
dum neceſſarij ſunt animalibus aer ⁊ aq̄
ita ad recte viuendum vel operandum
neceſſaria eſt hominibus duplex prudē
tia ſcilicet ſpiritualium ⁊ temporaliū. ſcʒ
vt prudenter ſciāt vtraqꝫ diſpōere ſicut
decet. ¶ Prima ergo prudentia ſiue idu
ſtria eſt circa ſpiritualia que pertinent ad
ſalutem. ⁊ inuenitur in omnibus habēti
bus gratiā quia vnctio docet eos de om
nibus. vt dicitur. i. Ioh. iij. ſed ſecūda ſci
licet ea que eſt circa temporalia per quaʒ
ſcilicet ſibi ⁊ alijs qui poteſt prouidere
non ſolum de his que ſunt neceſſaria ad
ſalutem ſed de quibuſcūqꝫ pertinentibꝰ
ad humanam vitam non eſt in omnibus
gratiam habentibus. ¶ Quarto ex parte
officij diſcretiui. Et eniʒ odoratus offici
um odores fetoreſqꝫ diſcernere ſed odo
res percipit diligendo fetores vō horrē
do. ⁊ hoc eſt q꞉ odoribus tanꝗ̄ cōueniē
tibus adiuuatur. fetoribꝰ vō tanꝗ̄ corrū
pentibus impeditur ⁊ iſta prudentie com
petunt de qua Auguſti. dicit in li. ð mori
bus eccleſie. ꝙ prudentia eſt virtus ea a q
bus adiuuatur ab eis quibus impedit̄ ſa
pienter eligens.

¶ Capitulum. lxij.

R Egimen principātium ⁊
prelatorum aſſimilatur.
fronti propter quatuor
¶ Primo propter expreſ
ſionem. Hec enim ſtatum
mentis noſtre ſua ſpecie
exprimit dum nunc ſit leta nunc triſtis.
Similiter in ſtatu regiminis maxima no
tificatio ſit. Vnde quidam Phꝰs dixit ꝙ
principatus virum oſtendit. Eſt etiā ſtatꝰ
regiminis maximē variabilis quē nūc tri
ſtitia deprimit. nunc vero leticia extollit.
Sed tunc viri prudentes in hoc ſtatu exi
ſtentes plus meroribus afficiuntur ꝗ̄ ri
ſibus Ezech. xi. Signum thau ſuꝑ frōtes
virorū gementium. ¶ Scd̄o propter diſ
poſitionem. q꞉ ſm̄ Conſtantinum frons
eſt os ſemicirculare neqꝫ multum durū
neqꝫ nimis molle. Nam neceſſariuʒ fuit
vt eſſet ſic temperatum ne lederetur vi
cinitas oculorum. Sic prelatus vel pri
ceps licet debeat in ſe eſſe fortis ad mo
dum oſſis. alijs tamen neqꝫ debet eē ni-
mis durꝰ ne ſit crudelis neqꝫ nimis mol
lis ne ſit remiſſus. Et iō ſicut dicit Berñ.
miſcenda eſt lenitas cum ſeueritate ⁊ fa
ciendum eſt quodā ex vtraqꝫ tꝑamentū.
¶ Item frons eſt modice carnoſitatis ⁊
pauce pinguedinis quia ſecundum Phꝫ
talia impediunt intellectum. Vnde ſignat̄
ꝙ princeps non debet carnalibus inten
dere neqꝫ delitijs inſiſtere ad corpus im-
pinguandum niſi paruʒ quantum requi
rit neceſſitas ſcilicet ſecundum decentiaꝫ
ſtatus. Eccli. x. Ve tibi terra cuius rex pu
er eſt ⁊ cuius principes mane comedūt.
¶ Tertio propter repreſentationem. q꞉
totius animalis virtuoſitas lucet in frō
te. Frons eni vt Phꝰs dicit ē ſedes vere
cūdie ⁊ honorꝫ. Vñ perſone inuerecūde
dici ſolet. Tu depoſuiſti frōtem Hiere. iij.
Frons mulieris meretricis facta eſt tibi
noluiſti erubeſcere. Sic virtuoſitas ple
bis lucet in qualitate rectoris ꝓpt̄ qð
dicitur. Eccli. x. Qualis rector ciuitatis
tales ⁊ inhabitantes in ea. Sedes enim re
giminis maxime ē ſedes verecundie vel
honoris. Naʒ ſi laudabiliter tenetur tūc
reddit dignū honore. Eccli. x. In medio
fratrū rector illorum in honore. ſi vero
male teneetur opprobrio ⁊ verecūdie pa
tet. ¶ Quarto propter ſignificationem.
q꞉ dicit Ariſ. li. i. de animalibꝰ ꝙ qñ frōs
fuerit magna ſignificat ſtultitiā qñ medio
cris ſignificat bonitatē ꝯplexionis qñ ni
mis eleuat̄ ⁊ i ſuꝑficie rotundat̄ exceſſū
ſignificat cholere ⁊ caloris. Sic ſi ꝑnceps
velit videri magnꝰ ꝑ oſtētatiōeʒ ē ſignū

ſultitie mētis. Et ſi eleuatur ꝑ ſupbie ela
tionē ſignat exceſſū ꝓprie reputatōis ⁊ in
terioris Iordinationis. ſȝ ſi mediocriter
ſe habet vt neqȝ ꝑ ſupbiā ſe extollat neqȝ
ɔtēptibilē ꝑ ignominiā ſe reddat tūc ē ſi
gnum bone diſpoſitiōis iterioꝝ. ¶ Item
rectores ⁊ ꝑlati dabent eſſe ſimiles ner
uis. ¶ Primo qdem qꝛ nerui a cerebro
originē ſumūt. Nō āt oēs a cerebro im
mediate ꝓcedūt ſȝ quidā ab eo nucha me
diāte deſcendunt. Et tale mediū fuit neceſ
ſarium ne ſi imediate a cerebro oēs veni
rēt aut ſe rūpēdo leſionē icurrerēt aut ꝓ
pt lōgitudinē vie a ꝑncipio ſenſus ad ac
tū ſentiēdi potētiā nō haberēt. In h āt ſi
gnat̄ ꝙ quorundam rectorum iſtitutio
ſeu poteſtas eſt immediate a deo. ſic moy
ſes ⁊ aaron ⁊ apoſtoli inſtituti ſunt a chri
ſto precipue petrus. alij prelati ⁊ recto
res vt epiſcopi ⁊ reges ⁊ hmōi eliguntur
ab hominibus vel poteſtatem habent a
deo homine mediante. ſed ſiue immedia
te ſiue mediate non eſt poteſtas niſi a dō
ſicut apo. dicit. Ro. xiij. ¶ Tertio qꝛ ner
ui motum ⁊ ſpiritum accipiunt quem
membris refundunt. Sic prelati ⁊ recto
res in omnibus que faciunt debēt moue
ri a deo. vt videlicet ea que faciunt ꝓpter
eum operent̄ ⁊ nō ꝓpter fauorem hominū
Tunc enim dicuntur moueri a deo ſicut.
finis mouet agētes Apo. i. Cor. x. Omnia
in gloriam dei facite. ¶ Tertio qꝛ nerui
in ſua cōncauitate ſpiritū recipiunt ⁊ cu
ſtodiunt. Sic prelati in mentis ſue humi
litate debent ſpiritū dei habere ⁊ cuſto
dire. Unde in Iſa. ſm aliā trāſlationem
dicitur. Super quem requieſcit ſpiritus
meus niſi ſuper humilem ⁊c̄. ¶ Quarto
quia nerui partes diuerſas recolligunt ⁊
annectunt. quia ſcilicet prelatorum ē ſub
ditos diſcordantes ad priorem reducere
concordiam ⁊ vnire Ephe. iiij. Solliciti
ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pa
cis. ¶ Quinto quia nerui in ſuo exitu ſūt
molles. ſed in fine ſe duros oſtendunt.
Sic prelati leniter in principio incipien
do ſemper ad perfectiora ⁊ arctiora ſub
ditos trahere debēt Apo. i. Cor. xv. pri⁹

qd animale deinde qd ſpirituale. ¶ Sexto
qꝛ nerui ſua mollicie ⁊ flexibilitate oſſa i
flexibilia flectūt. Sic ꝑlati ſue māſuetudi
nis exēplo debēt duros ⁊ rigidos flecte
ad mititatē ſm illud. Diſcite a me qꝛ mi
tis ſū ⁊ humilis corde ⁊c̄. Et talis rector
erat moyſes q fuit vir mitiſſim⁹ ⁊ ſuppo
ſit⁹ ē ꝓplo dure ceruicis ſic neruis alligāt
oſſa. Iob i ꝑſōa eccl̄ie hn̄tib⁹ mites ꝑlatos
⁊ duros ſbditos dic̄. Oſſib⁹ ⁊ neruis ɔpe
giſti me ¶ Itē modificatio regētiū dȝ eē ad
modū cartilaginis. ¶ Prio q̄ ad ꝙpantitā
qꝛ cartilaginoſa ſūt oſſib⁹ molliora ſȝ car
nib⁹ duriora. In quo ſignificat̄ ꝙ rector
vt ſupra tactum eſt non debet eſſe nimis
durus neqȝ etiam nimis mollis ⁊ pius. ſȝ
quaſi quodam medio temperatus. Unde
in arca teſtamenti virga fuit ſimul cū m̄
na. vt in rectoris iuſtitia ſit virga. i. a ſpe
ritas correctionis. ſimul cum manna id
eſt cum dulcedine compaſſionis. ¶ Se
cundo ratione efficatie. Nam cartilago
veſtit extremitates oſſium ne ex nimia
confricatione in ſuis iuncturis exaſpe
rentur. et vt facilius oſſa cum carnibus
iungerentur. Per oſſa intelliguntur
ſubditi fortiores ⁊ maiores quorum ex
tremitates ſunt eorum defectus. nemo
enim eſt tam perfectus qui non habeat
aliquos defectus ſaltem extraneos et
paruos ex quibus contingit quod inter
fortes et probos viros nonnunquam
et colliſiones ſcandalorum et exaſpera
tiones verborum procurante diabolo
oriuntur. Sed iſta extrema ideſt parua
ſubditorum vitia vnde ſcandala oriun
tur ne ex nimia confricatione ideſt ex aſ
ſidua ſimul conuerſatione in iuncturis
ideſt in locis vel officijs vel operibus
quibus ſimul coniunguntur ſe inuicem
oſſa. ideſt ſubditi exaſperent ideſt inordi
nate perturbent. cartilagine ſunt veſtien
da ideſt prouida et honeſta prelati indu
ſtria reprimenda et precauenda. Tunc
enim extremum ſubditi prelatus veſtit
et cooperit quando ipſum ne ad alios
turbandum prodeat reprimit. vel tunc
cartilaginis mollicies extrema oſſium

ſit dum dominorum et perfidorum ſub ditorum extrema ideſt parua vicia quedam diſſimulādo vel parcendo prelatuſ pertranſit. ex quo quandoq; accidit qḋ dum ſubditus ſic ſe patienter et benigne in ſuis defectibus a maioribus tolerari conſpicit ipſe a cōfratrum iniurijs et exaſperationibus facilius ſe compeſcit. Ipſa etiam cartilaginis mollicies oſſa cum carnibus iungit. quia benignitas et manſuetudo prelati etiam firmiores et fortioreſ in pacis vnitate connectit. Sic ergo per cartilaginis mollitiem et oſſa ſimul et carnes cum oſſibus ſine leſuris coniunguntur. quia ſub benigno et modeſto prelato omnes ad inuicem ſubditi tam fortiores quam infirmiores ſine ſcandalis vel iniurijs in pace cuſtodiuntur. ℭ Tertio ratione deficientie. dicit enim Ariſto. in. li. xiij. de animalibus ꝙ cartilago preciſa non recreſcit: qꝛ preciſa vel ablata operis moderatiōe nō perficiẗ o pꝰ ſʒ deficit a ſua pfectione. Vnde bene poetice dicit. Semp ad oē qḋ eſt mēſurā ponere pdeſt Nā ſine mēſura nō ſtabit regia cura.

ℭ Capitulum. lxiij.

Religioſi aſſimilātur dentibus. ℭ Primo quia dentes in carne radicati ſunt. ⁊ tamen terminos carnis excedunt. Sic religioſi ꝙuis in carne ſint poſiti tamen preter carnem viuere debent ſecundum illud. ij. Cor. x. in carne ambulantes nō ſm carnē militamꝰ. ℭ Scḋo qꝛ dentes nihil inter ſe vel in ſe eē patiunẗ. Sic religioſi nihil īter ſe vel ī ſe pati dn̄t qḋ ſit charitatis eorū ſeu vnitatis diuiſiuum vel ablatiuū Ro. xij. Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. ℭ Tertio qꝛ dentes ſuperiores ad inferiores reuertuntur ⁊ ſibi inuicē mutuo coaptanẗ Sic int religioſos ſupiores dn̄t redire ad inferiores p compaſſionē p humilitatē ⁊ p charitatē. Et īferiores dn̄t coaptare ſe ſuperioribꝰ reuerēdo ⁊ obediēdo. Vl' qꝛ ſola maxilla inferior in hoīe moueẗ dn̄t ecōuerſo inferiores cū offēderit redire ad ſuos ſuperiores penitendo ⁊ venias humiliter petendo ⁊ ſuperiores inferioribꝰ ſe debent coaptare miſericorditer recipiendo vel inferiorum infirmitatibus diſcrete condeſcendendo Apo. Ro. x. debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum ſuſtinere. ℭ Quarto qꝛ dentes ordinate inuicem componuntur: ſic religiones vocantur ordines quia omnia debent in eis eſſe ordinata ſecundum illud. j. Cor. iiij. Omnia honeſte ⁊ ſecundum ordinem fiant in vobis. ℭ Quinto quia dētes ad formationē vocis cooperantur Sic etiā a religioſis formari debet vox laudis quo ad diuinum officium cantantes ⁊ vox pdicatiōis ꝗ ad pdicātes. Etiā coopāẗ quo ad vocē ꝯfeſſiōis quo ad cōfeſſiōes audiētes. ℭ Sexto qꝛ ēt dētes toti corpi obſequūtur. Et ſic religioſi ſeruiunt vſi eccleſie p exemplum ꝯuerſatiōis p v̄bum predicatiōis per ſuffragium orōnis. ⁊ ēt p miniſteriū ſacramentalis adminiſtrationis. Cāti. iiij. Dētes tui ſicut greges tōſarum. conuentus religioſorum ſūt ex quibus eſt lac. i. doctrina predicatiōis balatus. i. vox laudis vel orōnis ⁊ fetus i. fructus multiplicis adminiſtrationis. ℭ Septimo quia licet non ex ſe tn̄ ex adiunctis patiuntur. Nam lʒ ſuba dentiū oſſea ⁊ īſēſibiẗ ſit de ſe impaſſibilis tamē dolorem trahit ratione ſocietatis carnis vel nerui q ei ſunt ꝯiuncti. Sic religioſi pp amorem nimium quem habent interdum ad ſuos conſanguineos carnales vel etiam ad aliquos ſeculares ſibi familiariter iunctos de eorum malis dolorem ſentiunt quem per ſe non hērent. vl' interdum religioſi qui ex ſe boni ſunt tamen ex incautis ⁊ nō bonis ſeculariū familiaritatib' īficiunẗ ⁊ maculanẗ ⁊ dolores ſeu ſcādala patiunẗ. ℭ Octauo qꝛ dentes ab inuicē diſtingūtur. Sunt eni ī maſcul. xxxij. quoꝝ quatuor ī anterioꝛi pte pares ꝗdrupli vocāẗ q. lati ſūt ⁊ acuti: vn̄ ⁊ inciſores a medicis ſſ vocati. eo ꝙ ad cibi inciſionē ſūt apti. ⁊ qcqd ore capiẗ pmo ab eis capitur ⁊ mordeẗ. Mordēdo āt cibū auferunt qḋ ē neceſſariū ⁊ reliquūt qḋ ē

ſupſtuum. Sunt ꝛ duo alij q canini ſunt appella.i quadruplis ꝯiuncti in ſūmitate acuti ꝛ duris cibis ꝯmolēdis apti ꝛ rotūdiores: ꝛ ꝑp̄ h canini dñr qꝛ canū dētibus aſſimilant̄. Et ſunt canini dētes ꝑciſoꝛib⁹ foꝛtioꝛes acutioꝛes lōgioꝛes ꝛ rotundiores. Sunt iſtis collaterales groſſi ꝛ lati q dñr molares eo q̄ ad molēdū cibū ſunt conuenientes. Nā q̄ a pꝛioꝛibus ſunt con fracta iſtis tāq̄ molis tradūt̄ molēda. In primis ergo dentib⁹ ꝑciſoꝛibus vel q tollūt ꝛ ꝑcidunt ꝑtem neceſſariā ꝛ reliquam dimittūt poſſunt intelligi religioſi ꝛ minus ꝑfecti q ſeruāt tm̄ ea ad q̄ neceſſario tenent̄ ex voto vel debito. Per caninos vō q duriora ꝯterūt intelligunt̄ qdā feruētiores q duriorē ꝛ auſteriorē vitā ducunt. Per molares vō latiſſimos intelligunt̄ ꝑfecti q hn̄t latitudinē charitatis cōſtantiā firmitatis latebrā humilitatis efficaciā vtilitatis. Nā molares dētes ſunt lati firmi occulti ꝛ vtiliſſimi. ❡ Nono qꝛ dentes multa patiunt̄. Nā patiunt̄ putredines fetoꝛes ꝑfoꝛationes mutatiōes doloꝛes ꝛ alias cōſimiles paſſiones que oēs ſunt ex coꝛruptis paſſionibus ꝛ humoꝛibus deſcēdentes. Iſta oīa cōpetunt malis religioſis qui perfoꝛant̄ per tētationum iacula: putreſcunt ꝑ luxuriā: fetēt per infamiā: mutantur aliqñ ꝑ apoſtaſiā: torquētur ꝛ dolent per punitionis iuſtitiam.

❡ Itē religioſi debēt eſſe ſimiles pueris. ❡ Pꝛimo qꝛ pueri ſunt ablactabiles. Unde pꝛopꝛie puer dr̄ cum eſt a lacte remotus. Sic religioſus dꝫ ſe a ſeculo velut infans ab vberibus alienare ſicꝫ dicit Iſaac in li. ſuo de vita monaſtica. Pſalmiſta. Sicut ablactatus eſt ſup matre ſua. ❡ Secūdo qꝛ pueri ſūt diſciplinabiles qꝛ dicitur aliquis puer cum doli capax efficit̄ ꝛ diſcipline aptus. hab. ff. Unde ſub tutoꝛibus poſitus diſcipline ſubeſſe compellit̄. Sic religioſi debent eſſe ſub diſciplina patris ſpiritualis. i. pꝛelati Prouerb. xiij. Noli ſubtrahere a puero diſciplinam. ❡ Tertio qui ꝛ ſunt mot⁹ venerei inexꝑti: quia in hac etate motus venerei hoīes cōiter non inuadunt eo q̄ vie adhuc ſtricte ſūt. Unde ab hac puritate pueri dicti ſūt. Sic religioſi debent ſeipſos reſtringere ꝛ ſibi vias ꝑcludere qbus poſſent a carnis illecebris ſupari. ꝛ in puritate non tm̄ mētis ſꝫ ēt carnis manere. Apo. j. Coꝛ. xiiij. Nolite pueri effici ſenſibus ſꝫ malicia paruuli eſtote. ſ. vt non ſit in vobis malicia carnis vel ſpūs. ❡ Quarto qꝛ ſunt ad motū flexibiles. Et ſic religioſi debēt eſſe flexibiles ꝑ obediētiam ad exequēdum motum voluntatis ſupioꝛis vt poſſit pꝛelatus dicere illud. Nee. v. Oēs pueri mei congregati erant ad opus. ſ. ꝑ pꝛomptitudinem obediētie. ❡ Quinto qꝛ ſunt coꝛpe leues. ſ. vt non ſint religioſi pigri vel graues ꝑ accidiā ſicut erat ille de quo Math. viij. Puer me⁹ iacet ꝛc̄. ❡ Sexto qꝛ ſunt animo dociles: quia ſcilicet religioſi debent eſſe dociles dei. Sap. viij. Puer eram ingenioſus ꝛ ſoꝛtitus ſum animam bonā. ❡ Septimo qꝛ ſunt pueri ſine ſollicitudine vitam ducentes: qꝛ. ſ. veri religioſi nihil in terra appetunt ꝛ ſine ſollicitudine viuunt ſicut de Apoſtolis dicit q̄dā gloſa ſup actus apoſtoloꝛum q̄ gloꝛia Apoſtoloꝛum erat nihil in terra poſſidere ꝛ ſine ſollicitudine viuere. Tales enim pueri ſolū deum querūt. ij. Paral. xxxiiij. Cū adhuc puer eſſet cepit querere deū. ❡ Octauo qꝛ nullū piculum ſunt magiſq̄ virgam timētes. Et ſic religioſi timent virgam flagelli diuini. Plus enim timere debent flagella dei q̄ hominis. Iudic. viij. Timebat qꝛ adhuc puer erat. ❡ Nono qꝛ ſunt neqꝫ laudes neqꝫ vituperia aliqd reputantes. Ita religioſi vt deo placeant vituperia dūt ꝛ laudes hominum ꝑuipēdere ſicut dicebat Apo. ij. Coꝛ. iiij. Mihi pꝛo minimo eſt vt a vobis iudicer ꝛc̄. iij. Reg. iij. Ego autem puer paruulus ſum ideſt humilis. ❡ Decimo quia ſunt iniuriarū immemoꝛes. Et ſic religioſi debent iniuriarum obliuiſci parcendo exemplo chꝛiſti q dixit. Pater dimitte illis ꝛc̄. Luce. xxij. Unde ꝛ ipſe vocatur puer. Actuum. iiij. Conuenerunt. n. vere in ciuitate iſta aduerſus ſanctum puerum tuum ieſu. ❡ Undecimo quia verberati a matre

ſtatim ſunt reuertentes nec ſe de iniuria vindicantes. Ita religioſi etiã ſi affligant in religione nõ debẽt propter hoc ſuã religionẽ relinquere vel ipã ʒ accuſare ⁊ vituperare ⁊c̃. Et de talibus pueris patet Math.i. Religiõem dicẽ illð. Yſa.viij. Ecce ego ⁊ pueri mei quos mihi dedit dominus ⁊c̃

¶ Capitulum.lxiiij.

Sanctorum virorum perfectio repreſentatur i corde. ¶ Primo qꝛ cor ẽ exterius carneum. Et ſic ſãcti viri ſunt exterius carnei.i.lenes ꝑ mãſuetudieꝫ conuerſationis vel habẽt ſancti viri cor carneum ꝑ diſcipline ſuſceptibilitateꝫ vel carneum ꝑ compaſſibilitatem non lapideum.i.durum per ipietatem. Eze.xxxvi. Auferam cor lapideum de carne veſtra ⁊ dabo vobis cor carneum. ¶ Secundo qꝛ cor eſt interius cõcauum. ⁊ h̄ neceſſarium fuit ſicut dicit Conſtan. propter caloris conſeruationem. qꝛ cor eſt totius caloris corporis fontale principium. Sic ſancti viri ſunt concaui per humilitatem. Nam ſicut calor naturalis conſeruatur in concauitate cordis. ita calor charitatis in humilitate mentis: ⁊ hanc concauitatem habuit cor chriſti. Unde dicebat. Diſcite a me quia mitis ſuꝫ ⁊ humilis ⁊c̃. Eſt etiam cor caloris charitatis fontale receptaculuꝫ quia gratia dei diffuſa eſt in cordibus veſtris ꝑ ſpiritũ ſanctum qui datus eſt nobis vt dicitur Ro.v. ¶ Tertio cor eſt ſubſtantialiter ſolidum ⁊ durum ⁊ hoc neceſſarium fuit ne de facili lederetur. Et ſic ſancti viri ſunt ſolidi in ſe per patientie firmitatem ⁊ ſunt interduꝫ etiam aliquando duri per iuſticie ſeueritatem. ¶ Quarto cor eſt figuraliter rotundum ⁊ etiam oblongum. Rotunduꝫ quidem eſt vt abundantia ſpirituum in eo recipiatur. Oblongum vero in forma pirea vt ſcilicet tendens in acutum tanq̃ in conum actio naturalis caloris fortior ſit. Sic etiam ſancti viri habent cor rotundum.i. valde capax ſpiritualium virtutum ⁊ etiam oblongum per cõtinuitatem feruoris ⁊ bonorum opeꝝ. ¶ Quinto cor ſemper eſt in motu ⁊ mouet cor ſecundum diaſtolem ⁊ ſiſtolem.i. ſecũduꝫ dilatationem ⁊ conſtrictionem: cuius motus ſi ad horam ceſſaret ſtatim animal deficeret vt ph̄s dicit. Et nota ꝙ per dilatationem frigidus aer attrahitur per conſtrictionem v̾o calidus ⁊ fumoſus expellitur: ⁊ ſic calor cordis temperatur ⁊ complexio adequatur. Sic ſancti viri cõtinue mouent ⁊ ſollicitantur ad attrahẽdum gratiam: vnde continue dilatantur per augmentum in gratia ⁊ conſtringuntur per abſtinentiam a culpa: vel qꝛ ſe cohercent in penitentia. ¶ Sexto quia cor eſt pulmoni vicinum: vt cum ira incenditur huiuſmodi pulmonis remedio tẽperetur. Sic ſancti viri impetum ire ſciunt temperare remedio rationis per virtutem manſuetudinis. ¶ Septimo quia cor eſt ſpiritu humore ⁊ calore plenum: ẽ enim primo cor fontale ⁊ principium ſpiritus. Habet enim cor duas cõcauitates vnam ſiniſtram que ad cacumẽ tendit ⁊ dextram que infra ſubſiſtit. Et he concauitates dicuntur ventriculi cordis. Et dicit Aug. ꝙ in vẽtriculo cordis i dextra plus eſt de ſanguine q̃ de ſpiritu. In ſiniſtro v̾o econuerſo quia ibi ſpiritus vitalis generatur ad viuificandum animal' q per quaſdam arterias diffuſus vndiqꝫ dilatatur. Sic in cordibus ſanctorũ ẽ plenitudo ſpiritusſancti ſicut de Aplis dicitur Actuum.ij. ꝙ repleti ſunt omnes ſpiritusſancto: vt poſtea per ipſos tanq̃ per arterias.i. predicatoruꝫ ora ad alios deriuaretur. Sꝫ qð in ſiniſtro ẽ plus de ſpiritu q̃ de ſanguine. ⁊ in dextro econuerſo ſignat ꝙ in aduerſitate eſt plus de amore ſpirituali q̃ de corporali: ſed in proſperitate econuerſo ſicut in Apoſtolis qui poſtq̃ ablatus fuit ab eis ſponſus ⁊ fuerunt in luctu tribulationum plus abundauit amor ſpiritualis ⁊ gratia ſpiritusſancti q̃ primo: quia primo plus diligebant chriſtum corporaliter. Unde dixit Si non abiero paraclytus non veniet ad

vos. ¶ Item cor eſt fontale pricipiũ hu
moris ſcilicet ſanguinis. Unde phs dicit
in .xij. libro de animalibus. ꝙ in corde eſt
principium venarum ⁊ prima virtus cre
ans ſanguinem: ⁊ eius ſanguis eſt mũdꝰ
clarus calidus ⁊ maioris ſenſus ⁊ conue
niens intellectui. Sic cor ſanctorum eſt
plenum humore ſanguinis. i. effectione
diuini amoris vel deuotionis. Nam affe
ctus ſeu deuotio eoꝝ non eſt immunda
impura ſicut hypochritarũ q ſimiles ſũt
ſepulcris dealbatis que foris apparent al
ba ⁊ intus ſũt nigra ⁊ fetida. ¶ Item eſt
clara nõ obſcura vel tenebroſa ſicut here
ticoꝝ. ¶ Itẽ calida ⁊ feruens nõ tepida ſi
cut ipfectoꝝ. ¶ Itẽ ſenſata nõ fatua vel
indiſcreta ſic pſumptuoſoꝝ. ¶ Itẽ ẽ fon
tale principium caloris. Unde dicit phs
in .xvj. li. de animalibus ꝙ ꝑpter calorẽ
cordis poſuit natura membrum frigidũ
ex oppoſito cordis. ſ. cerebrum. Uñ in ge
neratione aialis ſtatim creat caput poſt
generationem cordis. Sicut ergo cor eſt
plenum calore. ita ſancti viri ſunt pleni
amore: ſꝫ calor cordis a cerebro tẽperat:
qꝛ feruor amoris ſapiẽtia regulat. Uult
eni deus diligi ſapienter qꝛ ⁊ ipſe neminẽ
diligit niſi eum q cum ſapientia inhabi-
tat vt dicitur Sap. viij. Octauo qꝛ cor eſt
membrum pmo formatum. Unde phs
dicit in eodem .xvij. li. ꝙ cor animalis eſt
cõplementuꝫ pmo a natura creatuꝫ. i. an
te omnia alia membra formatuꝫ. In quo
ſignatur ꝙ homo primo intendere debꝫ
ad compoſitionẽ ⁊ ſanctificationem cor
dis interius ⁊ poſtea ad componendũ ⁊
ordinãdũ moreſ ⁊ facta exteriora Math
xxiij. Munda prius qđ intus. ẽ. ¶ No-
no quia cordi accidit multiplex nocumẽ
tum. Nam quandoqꝫ patitur ex aliorũ
membrorum colligantia: quandoqꝫ ex ꝓ
pria diſtemperantia: quandoqꝫ ex deficiẽ
tis regiminis cauſa. Sic etiaꝫ ſpirituales
leduntur quandoqꝫ ex prauis ſocijs: qñ
qꝫ ex proprijs vitijs: quandoqꝫ a defecti
uis prelatis: patitur etiam cor ex virtu-
tis ſue diſolutione ex ſpiritus euapora-
tione ex nimia repletione ⁊ ex vene con
caue oppillatione. Diſſoluitur autẽ cor
dis virtus ſpiritualis per luxuriam eua
porati ſpiritus per ſuperbiam fit reple-
tio nimia per gulam oppillatur vena mi-
ſericordie per auaritiam. Accidit etiam
cordi timor ſic ꝙ patienti videtur ꝙ cor
de loco ſuo moueatur: hunc timorem
facit accidia circa ſpiritualia. Nam acci-
dia facit cor frigidũ nimis ⁊ omnia ope
ra reddit mollia ⁊ diſſoluta. Dicit autem
Haly ſuper quendam textum Galieni
ꝙ ſi cor fuerit nimis frigidum ⁊ nimis
humidum ⁊ pulſus mollis homo virili
tate ⁊ audacia priuatus erit: piger ⁊ timi
dꝰ apparebit. ¶ Decimo quia vigor cor
dis oſtenditur per multiplex ſignum. Di
cit eniꝫ Galienus ꝙ virtus ⁊ complexio
cordis oſtenditur per magnitudinem reſ
pirationis. per velocitatem pulſus. per
virilitatem feſtinam ad actionem. per irã
audaciam ⁊ feruorem. per amplitudinẽ
pectoris ⁊ piloſitatem. hec omnia calorẽ
dominantem in corde ſignificant. Hec er
go cordis virtus debet apparere in peni
tentibus per magnitudinem contritio-
nis. per quam anima etiaꝫ incipit reſpi-
rare per nouam attractionem ſpiritualis
gratie. ¶ Item per velocitatem confeſſio
nis q̃ eſt ſimilis pulſui. per h ꝙ indicat
ſpirituali medico infirmitatem anime in
terius latentem. ¶ Item per feſtinam ⁊
virilem actionem ſatiſfactionis. ⁊ p iram
contra proprias tranſgreſſiones. per au
datiaꝫ contra tentatões: per feruorẽ con
tra omiſſiones. per amplitudinem pieta
tis et piloſitatem auſteritatis. Nam ca-
ro piloſa eſt aſperior non piloſa Gene.
xxvj. Noſti ꝙ eſau homo piloſus ſit ⁊
ego lenis. ⁊ ideo Johannes baptiſta pro
aſperitate penitẽtie portabat veſtimẽtũ
de pilis cameloꝝ. Hec ergo omnia oſten
dunt calorem amoris diuini in corde do
minantem. ¶ Undecimo qꝛ cor quanto
animoſius tanto magnis puũ. Uñ aialia
parui cordis in quãtitate ſũt maioris aio
ſitatis propter maiorẽ adunationẽ virtu-
Ois eni vtꝰ quãto magis adunata: tãto
eſt potẽtior ⁊ quãto magis diuiſa tãto ẽ

bilioꝛ vt i lib. de cauſis oñdit. Sic ſpũaliter tãto qs plus hȝ de magnitudine v̄tuꝫ quãto plus hȝ de puritate hũilitatis. Hec eni eſt q̄ oẽs virtutes vnitas ꝛ cõcatenatas tenet. Vnde Gre. dicit ꝙ q ceteras virtutes ſine humilitate congregat quaſi puluerem i ventuꝫ poꝛtat.

¶ Capitulum. lxv.

tia pars hominū.i.oēs reprobi. Nam pri
ma pars eſt inocētium:ſecunda pniuꝫ:ter
tia reproboꝛum in peccatis iſtis pſeuerā
tium ꝛ hi ſoli occiduntur ſiue de igne aua
ritie ſiue de fumo ſupbie:ſiue de ſulphu-
re.i.fetoꝛe luxurie:etiā dato ꝙ đ oꝛe ipſoꝝ

procedat.ſ.quãꝗ etiam ad talia a maiori
bus inducatur ſiue verbis ſiue exemplis:
his enim duobus modis poſſunt etiaz
maiores inficere minores ſiue verbis pre
cipiendo aut etiaz ſuadendo. Et ideo ſub
dit ꝗ poteſtas equorũ in ore ipſorũ eſt.ſ.
principũ precipientiũ aut ſuadentiũ ſiue
exẽplis poſt ſe trahẽdo ꝛ quãtũ ad hoc
ſubdit ꝛ in caudis eoꝝ.i.in exemplis, vel
ore dicit ꝗtũ ad maiores ꝑcipiẽtes ꝛ mo
nentes:in caudas quantum ad minores
offendentes ꝛ eos ſequentes. Vel per os
intelligitur gula Eccli.vij Omnis labor
hoĩs in ore ei⁹ ſ3 ei⁹ aĩa nõ ĩplet. Per caudã
vo ĩtelligit luxuria. Vñ legit Judicuz.xv.
Qđ ſanſon accepit trecẽtas vulpes ꝛ cau
das eaꝝ ligauit ad caudas ꝛ faces ligauit
ĩ medio q̃s igne ĩcendit dimiſitqz huc ꝛ il
luc diſcurrẽtes. Jn his duob⁹ vitijs mul
tũ cõſiſtit poteſtas diaboli ꝛ miniſtrorum
eius.qꝛ per hec duo vitia precipue cor
rũpuntur. Sed ſubditur ꝙ caude eorum
ſimiles erant ſerpentibus:qꝛ luxuria a pñ
cipio habet voluptatem.ſed poſtea peni
tudinem.ꝛ iõ aſſimilatur ſerpentibus:q
vt dicit gloſa. blandiunt in facie ꝛ occul
te immittũt venenũ ſ3 iſte caude hñt capita
in quib⁹ nocẽt. Et hec ſunt exẽpla maioꝝ
ĩ quib⁹ minores corrũpunt ꝛ occidunt ſe
quẽtes ſiue ĩn luxuria ſiue in auaricia ſi
ue in quocũqz alio vitio.

¶ Capitulum.vij.

COnfortat deus hominez ad bene operandum pro
mittendo premium ꝛ cer
tificando de eo. Cuius ex
emplum apparet in viſio
ne abrae:đ qua habet Ge
neſ.xv. Jn qua primo ꝓmittitur premiũ
qñ dicit ꝙ factus eſt ſermo dñi ad abraaz
per viſionez dicẽs. Noli timere Abraã.
ego protector tu⁹ ꝛ merces tua magna
nimis. Dixitqz Abraam dñe deus quid
dabis mihi ego vadã abſqz liberis filius
procuratoris domus mee iſte damaſcus
eliezer addiditqz Abraã. Mihi aũt non
dediſti ſemẽ ꝛ ecce vernaculus me⁹ heres
meus erit:ſtatimqz ſermo domini factus
eſt ad eum dicens. Nõ erit hic heres tu
us:ſed qui egredietur de vtero tuo ipſũ
habebis heredẽ. Eduxitqz eũ foras ꝛ ait
illi. Suſpice celuz ꝛ numera ſtellas ſi po
tes ꝛ dixit ei. Sic erit ſemen tuũ dixitqz
ad eũ. Ego dominus qui eduxi te de vr
chaldeoꝝ vt darem tibi terrã iſtam ꝛ poſ
ſideres ipaz. Jn quibus verbis aduerte ꝙ
dominus ad cõfortandũ abraam fecit ei
q̃ttuor ꝓmiſſiones de qbus Apo.ait Gal
iij. Abrae dicte ſunt ꝓmiſſiões ꝛc. ¶ Pri
ma fuit de mercede operis cũ dixit. No
li timere ꝛc. ¶ Primo eum cõfortat ex
cludendo timorem. Noli inquit timere.
¶ Secundo euz ſecurat promittendo ꝓ
tectionẽ. Ego inquit ꝓtector tu⁹ ps. Eſto
mihi in deum protectorez.ꝛ vere timere
nõ debent qui talem ꝓtectorem habent.
ps. Dominus mihi adiutor ẽ nõ timebo
quid faciat mihi homo. ¶ Tertio eũ le
tificat proponendo mercedem. Sed attẽ
de qualem mercedez promittit bene ope
ranti in perſona Abrae:qꝛ mercedez cer
tam:qꝛ ego ſc3 qui decipere vel fallere nõ
poſſum. ¶ Item mercedem propriaz:qꝛ
merces tua. Sic enim eſt omnium gene
raliter vt ſit etiam cuiuſlibet ſingulariter
¶ Item mercedem copioſam qꝛ magna
nimis. Nam nec oculus vidit:nec auris
audiuit:nec in cor hominis aſcendit que
preparauit deus diligentibus ſe. ¶ Se
cunda promiſſio fuit de ſucceſſione here
dis:qꝛ dixit ei dominus. qui egrediet de
vtero tuo ip3 habebis heredem. Jn quo
ſignatur ꝙ datur vnicuiqz illa hereditas
ex ꝓprijs meritis nõ ex alienis. Nam me
ritum hominis eſt ei ſicut filius cui debe
tur hereditas: Vnde Apoſtolus. Vnuſ
quiſqz propriam mercedem accipiet ſm
ſuum laborez:ꝛ loquitur de adultis ſec⁹
eſt de paruulis. ¶ Tertia ꝓmiſſio fuit de
multiplicatione ſeminis. Dixit enim. Su
ſpice celum ꝛ numera ſtellas ſi potes ſic
erit ſemen tuum. Per ſtellas celi poſſũt
intelligi angeli qui ſunt in celo. Per ſe
men vo meritum vite ex quo ſc3 recolli
guntur fructus mercedis eccleſie. Tunc
enim ſemen hominis ad modũ ſtellarum

celi multiplicantur quādo homo p̱ vite
meritū in celo angelis coequatur. Vel qꝛ
ſtelle celi ſūt incorrupte lucide magne. &
tamen in apparentia parue. Tunc enim
ſemē hoīs ad modū ſtellaꝝ celi multipli/
cat: qn̄ meritū opis ē icorruptū p̱ itētōez
lucidū per diſcretionem magnum per
dilectionem: ſed apparentie parue per
humilitatem ¶ Quarta promiſſio fuit d̄
terra promiſſionis. Unde dixit. Ego do/
minus qui eduxi te de vr chaldeoꝝ & da
bo tibi terraꝫ iſtam. Terra iſta eſt corpus
qḋ tunc pacifice poſſidet vir iuſtus: quan
do per diuinam gratiam eſt de vr chal/
deorum eductus. i. de incendio carnis.
Chaldei. n. ſunt motus carnis. quoꝝ: vr
. i. incendiū eſt concupiſcentie inflāmatio
a qua niſi homo diuina gratia eruatur:
non pōt terram corporis ſui pacifice poſ
ſidere. ¶ Secundo abraam certificatus ē
per ſacrificium . ſ. de promiſſione implen/
da. Petiuit enim ſignum non ex diffidē
tia promiſſionis ſed ſcire volens modū
impletionis dicens. Unde ſcire poſſum ꝙ
poſſeſſurus ſim eaꝫ. & tunc iuſſit vt offer
ret ſacrificium vt in ipſo ſacrificio ſignū
acciperet. Unde precepit ei vt immolaret
vaccam & capram & arietem & omnia tri/
ma & in ſuper turturem & columbam qui
ſequēti i māe accepit omnia hec & diuiſit
per medium & vtraſqꝫ partes contra ſe
altrinſecus poſuit. aues autem non diui
ſit deſcenderuntqꝫ volucres celi ſuper ca
dauera & abigebat ea abraaꝫ. Cūqꝫ ſol oc
cubuiſſet ſopor irruit ſup̱ abraā & horror
magnus & tenebroſus inuaſit eū. & iſtud
fuit aliqua ps ſigni dati. Hoc ergo eſt ſa
crificiū iuſticie qḋ deo offerri dꝫ. Nam in
vacca ſignificat̄ obediētia: & hec dꝫ eſſe tri
ma ſiue triēnis ſcꝫ per ſubiectionē tripli
cis hūilitatis videlicet ſupiori pari & iſe/
riori. Sic eniꝫ decet nos iplere oēm iuſti
ciam. In capra v̄o ſignificat̄ penitentia q̄
etiam debet eſſe triennis ſm̄ tria in qui/
bus conſiſtit penitentia ſcilicet in dolo
re contritionis in pudore confeſſionis &
in labore ſatiſfactionis. In ariete v̄o in/
telligitur ſimplicitas que etiam debet eē

trima: quia eſt triplex genus ſimplicita
tis contra triplex genus duplicitatis ſcili
cet hereſis et hypocriſis & ambitōis. Du/
plicitas hereſis imiſcet falſa veris. Dupli
citas hypocriſis bona malis: hōeſta ihō
neſtis. Duplicitas ambitiōis tēdit ad du/
plicem finē: ſcꝫ lucri tp̄alis & premij cele/
ſtis volēs duob⁹ dn̄is ſeruire: ſed diuiſit
abraam ea per mediū. Nā obediētia diui
denda eſt vt fiat in his ſcꝫ que ſunt ſꝫ de
um nō contra deū. Similiter penitētia ē
diuidēda vt fiat cū diſcretōe ita vt ſit rō
nabile obſequiū noſtrum & occidat̄ edoi
in valle ſaliuaꝝ vt ſic occidat̄ concupiſcē
tia ꝙ nutriatur natura. Nam oīs victi/
ma eſt ſale ſallienda: qꝛ in omni opere eſt
diſcretio adhibēda. ¶ Item ſimplicitas
diuidēda eſt vt nō ſit fatua ſed religioſa
vt ſit ſanctitas nō fatuitas vt ſit ſimplici/
tas colūbe cum aſtutia ſerpentis ne ſit ſi
cut equus & mulus in quib⁹ nō eſt intelle
ctus. Sicut enim mulus cui inſidebat ab
ſalon ipꝫ detulit in ſuſpendum: ſic fatua
ſimplicitas multos p̄cipitat in infernum.
In colūba aūt deſignat̄ charitas: qꝛ co/
lumba felle caret & gregatī volat. In tur
ture vero deſignatur caſtitas. Sed has
aues Abraam non diuiſit: quia charitati
& caſtitati ab omnibus & omni tempore
eſt inſiſtendum. Nam caſtitas competit
non ſolum virginibus & viduis ſed etiaꝫ
ſuo modo coniugatis. Vel ideo fit diui/
ſio animalium & non auium. Quia per
animalia intelliguntur actiui: quorum
ſolicitudo diuiditur ad multa: ſꝫ p̱ aues
intelliguntur contemplatiui quoꝝ tota i
tentio fertur in vnum . ps. Unam petij a
domino &c̄. Unde dominus dixit mar/
the. turbaris erga plurima: hoc quantum
ad actiuaꝫ. Porro vnum eſt neceſſarium
hoc quantum ad contemplatiuā. Vel in
turture ſignificat̄ vita ſolitaria. qꝛ turtur
ſoliuaga in ſolitudine gemit ſic ſolitari⁹
debet gemere luctu penitentie Hiere. xv.
Nō ſedi in cōſilio ludētiū. & gloriatus ſū
a facie man⁹ tue. ſedebā ſolus: qm̄ cōmina
tione repleſti me. hn̄s enim precioſū bal
ſami liquorē in vaſe fragili nō dꝫ ſe pone

re in preſſura hōīnu3. Sen. vbi plus ē populi ibi plus eſt periculi cū inter hōīes fui minor hō redij. Oſee ij. Ducam eā3 in ſolitudinem ⁊ loquar ad cor eı⁹. Moyſi locutus eſt de⁹ nō in palatio ſed in deſerto. Cecus a dño extra turbā illuminatur. Puella mortua in thalamo electa turba reſuſcitatur. Nō eni in commotione dom⁹ clauſe erant oues in arca: q2 opera ſpūalia debent claudi in ↄſciētia. In colūba vō que gregatim volat ſignificat religio in cōgregatione viuentiū q debēt ad modū colūbe ⁊ carere felle inuidie. ¶ Itē nō roſtro detractionis percutere nec venenum infamationis ſiue litis in ore ſ3 ramū oliue.i. verbū pacis portare ad chorum refectorium ⁊ alia communia gregatim ſimul incedere. iuxta riuos aquarum.i. ſcripturarum reſidere. ⁊ ibi vmbram accipitris.i. temptationem diaboli preuidēdo declinare. Hec columbina ſimplicitas tantū deo placet vt ſpūſſanctus in ſpecie alterius aīalis noluerit apparere. In hac aūt duplici aue.i. vita cōſiſtit oīs perfecta religio. Vnde cuidam querenti quam religionem deberet intrare. Reſpōdit quidam neſcio an eē velis turtur an colūba. Sed in vtraq3 vita cauendum eſt ne diuidat ⁊ diſpergatur per vanagloriam. ſ. ne opus volet ad deū ⁊ intētio ad mundu3. Vn̄ in Leuitico ꝑcipit ſi offerat turtur vel colūba ꝙ cōfrigat aſcela ne poſſit euolare q2 ſi qua ſunt in religioſis opera virtutum occultanda ſunt non ad fauore3 hominum propalanda. Vnde ſi ex operibus bonis ſupercreſcit inanis gloria opa illa quaſi alas ſūmunt ad euolandū ⁊ fugiunt vt nobis nō proficiāt ſed eas confringere debemus dicentes nobis. Quid habes quod non accepiſti. Super h autē ſacrificiu3 dicit ꝙ aſcenderunt volucres: ſed abigebat eas abraam. Sic tu ad auferendum impedimenta ſpūs ſacrificij ſc3 orationis deuote abige aues.i. importunas cogitationes. Vnde Grego. Sepe in ipſo noſtre orationis ſacrificio īportune cogitatiōes ſe ingerunt que hoc qđ deo placētes offerimus maculare cōtendūt.

Vnde abraam dum ſacrificium obtuliſſet inſidiātes aues pertulit quas ſtudioſe abegit cui⁹ nos exemplo dū vota cordis holocauſtū deo offerimus ab immūdis cogitationibus hoc cuſtodiamus. Sed attēdendum eſt quod ſequitur: quia dū occubuiſſet ſol. ſop. ir. ſup abraa3. ⁊ hor. mag. ⁊ tre. inua. e. Sepe eni3 poſt ſacrificiū boni operis vel deuote ⁊ feruentis orationis ne per elationem mens eleuetur occidit ſol.i. extinguit feruor deuotionis ⁊ irruit in animā ſopor corporis. ita vt anima quaſi ſeipſam magno ſtupore horreſcat ⁊ quaſi quedā tenebra timoris ⁊ dubitationis eam inuadat. Et hoc facit deus vt ipſam in humilitate conſeruet ne fructum ſacrificij.i. boni operis meritum per elationem perdat.

¶ Capitulum. viij.

Contemplatiua vita qualis eſſe debeat oſtēditur per exemplum in ſomnio iacob qđ deſcribitur Gen. xxviij. Vbi dicitur ꝙ vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſup terram ⁊ cacumē eius tangēs celum ⁊ angelos quoq3 dei aſcendentes ⁊ dſcendentes per eam: ⁊ dominum innixum ſcale dicentem ſibi. Terra3 in qua dormis tibi dabo ⁊ ſemini tuo eritq3 ſemen tuum quaſi puluis terre ⁊ dilataberis ad orientem ⁊ occidentem ⁊ ſeptentrionem ⁊ meridiem. In quo quidem ſomnio primo tangitur contemplatiuorum virtus que eſt charitas. Hec enim ſcala eſt per quam ad celos aſcenditur: hec ex vna parte ſtat ſuper terram ſcilicet quantum ad amorem proximi. Alia autē ſc3 ſummitas attingit celū ſcilicet amor dei. vtraq3 enim pars pertinet ad vitam contemplatiuam Vnde Beda dicit ꝙ cōtēplatiua vita eſt amorem dei ꝓximi tota mēte retinere. Vel hec cōtemplatiua ſcala eſt ſcriptura diuina que quidē ſtat ſuper terrā inquātum eſt practica inſtruens de humanis: ſ3 ſummitas attingit celū inquātū ē ſpeculatiua inſtruens de diuinis. Vel tangit terram quantū ad teſtamētū vetus in quo ⁊

mittebantur tpalia. Celum vero attingit quá-
tū ad nonū in quo pmittunt celeſtia. Hu
ius ſcale duo latera ſunt ſenſus lralis et
ſpūalis. Sūt et huius ſcale .xij. inter ſcala
ria que oz pdicatores ſiue cōtēplatores
aſcendere ſcz ɔfeſſio oratio grarū actio in
tellectus pſcrutatio dubiorū inquiſitio lit
tere expoſitio pdicatio pdicādi diſcretio
.i. puectis alta: rudib⁹ infima: eterne pene
comminatio glorie pmiſſio pdicatōis ob
ſeruatio ɔſtātie fortitudo in pſperis z ad
uerſis. Huic ſcale innixus ē dñs ſicut ſuo
ſpiraculo. qr ſcz ab eo inſpirata Apoſt. ij.
Thimo. iij. Ois ſcriptura diuinitus i ſpi
rata zc. Vel ſicut ſuo ſpeculo in quo a cō
tēplātibus aſpicit z cognoſcit .i. Corinth.
xiij. videmus nūc p ſpeculū zc. Quidā aūt
dicūt q ſcala p quā maxime aſcēdunt vi
ri ɔtemplatiui z deuoti hoies ē crux xpi
h licet fuerit ſup terrā mālitter erecta vir
tualiter tn̄ fuit vſqz ad celū porrecta qr p
ipſā nobis eſt celi ianua aperta. Duo aūt
latera ſcale hui⁹ fuerūt duo principalia li
gna eius. vnū p altū: aliud p tranſuerſuz.
Gradus huius ſcale ſunt pene quas xps
ſuſtinuit ſcz in capite ſpinarū coronatio
nē in facie ſputorū fedationē in manibus
clauorū cōfixionē in dorſo z corpe flagel
lorū verberationē. In latere lancee aperi
tionez: in pedibus clauorum pforationē:
in qbus oibus aia deuota z prudēs mirā
da cōtēplatur. huic ſcale innixus eſt dñs
in paſſione ſicut hō nitit ſuo cubiculo qr
in ea dormiuit p mortez. Vel ſcala h vt q
dam exponunt eſt clauſtraliū pnia: cuius
duo latera ſunt vilitas z aſpitas. p vilita
tem nec gloriā affectāt nec ignominiā for
midāt. p aſperitatem vō mollia cōtēnunt
z moleſtias puipendunt. Hec ſcala ſtat ſp
per terrā habitatiōe, z attingit celū ɔuer
ſatione. gradus eius aūt ſunt ſeptem vtu
tes q enumerātur ij. Petri. j. Vos inquit
curā oēm ſubinferentes miniſtrate in fi
de veſtra virtutem. In virtute aūt ſciam:
in ſcia aūt abſtinentiā: in abſtinētia patien
tiam: in patiētia āt pietatē: z in pietate āt
fraternitatis amorē: in amore aūt frater
nitatis charitatem. Huic ſcale innititur
dominus: ſicut exemplar ſuo exemplato
qr ipſe dedit exemplum viuendi in pau
pertate obedientia z caſtitate. Alij autem
exponunt q h ſcala eſt beata vgo que ſu
per terram fuit per contēptum munda
norum celum attingens ſuſcipiendo de
um. Tunc enim iclinauit celos z deſcen
dit: huius ſcale latera ſunt humilitas z
obedientia. grad⁹ fuerunt in ea donorū
z vtutum. huic innixus ē dominus ſicut
ſuo thalamo in icarnatiōe. ps. Ipſe tanq
ſpōſus pcedēs de thalamo ſuo. ¶ Scdo
tāgit i h ſōnio Jacob ɔtēplatiuorū mot⁹
Mot⁹ .n. cōtēplatōis triplex eſt ſm Dio
niſiū ſcz rectus z obliqu⁹ z circularis. Re
ctus ergo mot⁹ tangit p angelorū .i. con
tēplatiuorū aſcenſum. obliquus tangitur
p deſcenſuz: qr ille q aſcendit ſurſū cū de
ſcēdit motū ſuū reflectit z obliquat a ſur
ſum in deorſū. Mot⁹ āt circularis tāgit
cū ſubdit. Dilataberis ad oriētē z occidē
tem ſeptētrionalem z meridionalē. Per
has quatuor partes celi circulariter ſol
mouetur. Igitur iſti angeli ſunt cōtēplati
ui z ſpirituales: qui ſunt quaſi homines
celeſtes z angeli terreſtres. hi aſcendunt
contemplando z deſcendunt ſe humilian
do z ſicut dicit Ambroſi⁹. Qui vult per
ſcalam aſcendere: oportet q manibus z
pedibus ſe teneat: man⁹ opera: pedes co
gitationes z affectiones. Vel vt aliqui ex
ponunt. Iſti angeli ſunt prelati qui aſcen
dunt per contemplationem z deſcendūt
per actionem. Vel angeli ſunt predicato
res qui quandoqz debent aſcendere pre
dicando ſublimia: quandoqz deſcendere
predicando humilia. Sequitur motus
tertius: quia dilataberis ad orientem ſci
licet per origines virtutum: z occidentez
p occaſum vitiorū: ad meridiem per fer
uorem affectionum: ad ſeptentrionem ſi
ue aquilonez per expugnationem diabo
licarum ſuggeſtionuz. ¶ Tertio tangitur
contemplatiue vite fructus cū dicit do
minus. Terram in qua dormis tibi da
bo. Terra enim hec celeſtis patrie eſt in
qua erit perfecta quies ſecundum illud
ps. In pace in idipſum dormiam z requie

ſtam. Unde in hac terra debet caput no/
ſtrum .i. mens tanq̃ in puluinari ſe pone
re vt quieſcat a temporaliũ cura. Hac da
bit nobis deus ſi in ea per cõtẽplationez
ꝛ deſideriũ peregrinamur ꝛ cõuerſamur.
Gen. xvij. Dabo tibi terrã peregrinatio/
nis tue. Quia vero in p̃dicto ſomnio dicit
q̄ iacob vidit innixum ſcale dicẽtem ſibi
ꝛc. Notãdũ ẽ quod ſicut dicũt ſomnioꝝ
interpretes apparitio domini in ſomniis
ſcḋm diuerſã expõnẽ vl' ſignificatões. Nã
dñs per ſomniũ aliqñ apparet vt tacens
aliqñ vero vt loquens: aliquãdo vero vt pa
tiẽs. Quãdo igitur alicui per ſomniũ do
min⁹ apparet vt tacens ꝛ nihil loquẽs. ſi
ille q̄ hoc vidit peccatoꝛ ẽ ſignificat q̄ cõ
uertet ad deũ ꝛ finiet in penitẽtia dies ſu
os. Si vero ſit iuſt⁹ ꝛ ſanct⁹ ſignificat q̄ glo
ria ei⁹ augmento apud deum ꝑficiet gau
dium habiturus. Si vero talis qui hoc vi/
det ſit homo i poteſtate ꝯſtitut⁹ puta rex
vl' princeps ſignificat q̄ inueniet gaudiũ ꝛ
victoriã de inimicis. Qñq; vero dominus
ꝑ ſomniũ apparet vt alicui loquẽs ꝛ tũc
ſiue loquatur aliquid pertinens ad futu
rorum ꝓmiſſionem ſicut locutus eſt hoc
iacob: ſiue aliquid ꝑtinẽs ad ꝯuerſionem
ſicut aliquãdo loquit' peccatoꝛib⁹. ſiue ad
ꝯfoꝛtationẽ ſicut aliquãdo loquitur iuſtis
tribulatis ꝛ i afflictionibus poſitis: vel alio
quocunq; modo loquatur quicquid dic
tenendũ eſt. Quandoq; vero dominus in
ſomnijs apparet vt crucifixus vel imago
ipſa crucifixi. ꝛ tũc vt dicunt ſignat patiẽ
tiam ꝛ victoꝛiam in tribulationib⁹. Vñ ſi
quis videat in ſomnio ſe adoꝛare imagi
nẽ domini noſtri ieſu chꝛiſti aut oſculet'
aut deprecetur ſi quidẽ rex eſt ꝛ ipſe inue
niet victoꝛiã de inimicis ꝛ gaudiũ in glo
ria ſua. Nam crux poſt crucifixionẽ chꝛi
ſti maximas victoꝛias deſignat ꝛ omnis
calamitatis amiſſionem. Quod ſi aliquis
de populo videat hic cõſequitur gaudiũ
ꝛ pꝛo quo interpellauerit obtinebit. Sz
ſi ſolũ videatur imago chꝛiſti abſq; cruce
minus erit gaudiũ vel victoꝛia. Et nota
etiam hic de imaginibus quod illa que in
ſomnio apparent ſine auro ſignificãt euẽ
tum rerũ potioꝛem. Nam ille que appa
rent cum auro quandoq; tribulationez
poꝛtendunt. Hec dicunt ſomnioꝛũ inter
pꝛetes que ego referendo tantũ non aſſe
rẽdo hic pono an vera vel falſa ſint fate
oꝛ me neſcire. Dicit Ari. ð ſomnijs quod
neque eſt eis totalit' credendum neque
totaliter diſcredẽdũ. Et ideo eueniẽtia
ſomnia vt ipſe dicit neque idoneum ẽ cõ
temnere neque opoꝛtet ab eis facile per/
ſuaderi: pꝛecipue quia ſpirit⁹ mẽdax ple
runq; in viſione vel ſomnio vt poſſit dec
pere hominez in foꝛma chꝛiſti legitur ap
parere. Sic enim beato martino per exte
rioꝛem viſionem ſenſibilẽ in foꝛma chꝛi
ſti apparuit qdaz purpuratus quẽ tñ ille
per ſpiritũ cognouit atq; cõfudit. In vi
tis q̄z patrũ refert' q̄ monach⁹ qdã audi
ens facta magna moyſi cordis ſpũ cepit
eũ ꝑferre xp̃o. q̄ ſequẽte nocte ꝑ ſõniũ vi
dit moyſẽ cũ choꝛo ãgeloꝝ ſtãtẽ i veſtib⁹
albis xp̃z vero nigris indutũ vidit i choꝛo
hoꝛuz pp̄ q̄ iſpiciẽs monach⁹ a fide xp̃i de
ſipuit ꝛ factus eſt iudeus.

Capitulum. ix.

COꝛpus chꝛiſti ſub ſacramẽ
to aſſimilat' illi libꝛo quez
vidit Joannes Apoca. v.
Vidi inquit libꝛũ qui erat
ſcriptus int⁹ ꝛ foris ſigna
tum ſigill'. vij. Dicitur coꝛ
pus chꝛiſti liber intus ſcriptus quia vide
licet in ſe continet conſolationes et ſua/
uitates notabiles ꝛ mirabiles. Et iterũ
ſcriptus foris. quia ſacramentis viſibili/
bus tegitur: ſignatum autem ſigillis ſep/
tem ponitur pꝛopter ſeptem mirabilia
que ſunt ibi. Pꝛimum eſt q̄ ſit de pane
non mutatum ſed manens idem: ꝛ poni/
tur a quibuſdam exemplum: ſicut cogni
tio mea mediãte voce ſit tua manẽs mea.
Secũdũ eſt q̄ tanta magnitudo ſub tã
parua ſpẽ tota latet. Et ponũt quidã exẽ
plum ſicut i pũa pupilla oculi tot⁹ mũd'
magnus recipit' vel videt'. Tertiũ ẽ q̄
totũ coꝛpus ꝑ os hominis intrat nõ di
minutũ eadẽ potẽtia vt quidã dicũt qua
clauſo vtero de virgine exiuit ꝛ etiã de ſe

pulchro. ¶ Quartum eſt ꝙ comeditur non
conſumptū ꝛ nō diuiſū. Et ponūt aliqui
exemplū in ſenſu viſus ſicut viror herbe
ab oculo videntis quaſi quidā eiꝰ cibꝰ ſu
ſcipitur: nec tamē ipa herba minuitur vel di
uiditur. ¶ Quintū eſt ꝙ ab immūdis tā
gitur ſine ꝯtagione ſui ſicut lumē ſolis re
cipitur in re feda nec tñ fedatur. ¶ Sextuꝫ
eſt ꝙ a pluribus ſumitur ꝛ in pluribꝰ locis
cōficitur: nec tamen augetur vel minuitur: ſicut
ſi multe cādele ab vna accēdantur illa vna
ꝓpter hoc nec minuitur nec augetur. ¶ Se
ptimū eſt ꝙ eſt ibi quātitas ſine quāto: cu
ius exemplū ꝓprie nō eſt in natura dare
vel alicubi reperire.

¶ Capitulum. x.

Demones aſſimilantur illiſ
locuſtis de quibus agitur
in viſione ſcti Johannis
Apoc. ix. Vbi dr̃ vidiſſe ꝙ
exierūt locuſte i trā ꝛ data
eſt illiſ ptās ſicut hñt ptātem
ſcorpiones terre ꝛ pceptum eſt illis ne le
derent fenum terre nec oē viride neqꝫ
oēꝫ arborem niſi tantum homines q nō
hñt ſignū dei i frōtibꝰ ſuis. Vbi pmo no
ta demonū elationē ꝑ ſimilitudinē locu
ſtaꝝ: aſſilantur. n. demōes locuſtis ꝛ propter
aſcēſū ſupbie. qꝛ locuſte i altuꝫ ſaliūt: ꝛ ſic
dmon per ſupbiā Yſa. xliij. In celū ꝯſcen
dā ꝛc̃. ¶ Itē ꝑꝑ caſū ruine: qꝛ locuſta poſt
ſaltum nimiū cadit. Yſa. xiiij. Quō cecidi
ſti d celo lucifer ꝛc̃. ¶ Itē propter ꝯtinua
tionem malicie que notatur in longitudi
ne crurum poſteriorum: qꝛ ſꝑ in malicia
perſeuerant. ¶ Scdo attēde demonū tē
tationem: qꝛ exierunt in terram. .ſ. ad tē
tādū hoies ꝛ dñr exire. ſ. a dei ordinatio
ne. Deus. n. tētationes nr̃as ordinat i bo
nū noſtrū ꝛ ꝓfectū ſꝫ ab hac itētōe diabo
lus exit qꝛ ſuis tentationibus non nr̃ꝫ ꝓ
fectum ſed caſum ꝛ detrimētum intendit
Exierūt etiā de celo vbi creati fuerūt. ſ. d
empyreo: qn̄ fuerūt eiecti ꝑ ſupbiā in ter
raꝫ. i. ad tētādū hoies q habitāt in terra.
eos eni q ſūt in celo tētare vel moleſtare
nō pñt. Vñ pars eoꝝ relicta eſt in h aere
caliginoſo ad tētādū nos q ſumꝰ i terra

¶ Tertio ꝯſidera diuinā ꝓmiſſionē quia
data eſt illis ptās ſcꝫ tentandi permiſſiue
dñe. Licet diabolus afflictionem iuſtoꝝ
ſꝑ appetat. tamē ſi ab auctore noſtro po
teſtatem non accipit ad tētationis articu
lum nullatenus cōualeſcit. Sequitur ſi
cut hñt poteſtatē ſcorpiones terre. Scor
piones ſicut gloſa dicit facie blandiuntur
ſed cauda pūgunt occulte. Et ita faciunt
demones tentantes: qꝛ a principio porri
gunt delectationeꝫ. ꝛ in fine inducūt cru
ciatum ꝛ afflictionem ꝛ ſicut nō ſentitur
punctio acus ſic nec punctio ſcorpionū:
ſed poſtea paulatim diffanditur per to
tum corpus ꝛ moritur punctus. ꝛ ſilr dece
pti a demonibus quādo peccāt nō ſenti
unt deceptionem: ſed tādē miſerabiliter
puniuntur. Prouer. v. Fauus diſtillās la
bia meretricis ꝛ nitidiꝰ oleo guttur eiꝰ:
nouiſſima aūt illius amara quaſi abſinthi
um. ¶ Quarto nota diabolice malicie re
frenationem: quia preceptum eſt illis ne
lederent ꝛc̃. Et hoc preceptum eſt demo
num refrenatio ne tantum noceant quā
tum velent vel quantum poſſent ſi per
mitterentur. qꝛ nullus eis poſſet reſiſte
re. Reſtringitur autem eorum poteſtas
contra electos ꝛ ſaluandos: quorum qui
dam ſunt incipientes ꝛ iſti intelliguntur
per fenum: quidam vero proficientes ꝛ
iſti per viride. Quidam vero perfecti ꝛ
iſti per arborem deſignantur. Et nota ꝙ
non dixit ne eos percuterent ſiue tange
rent: ſed ne eos lederent quia ſancti ꝛ
percutiuntur interdum exterius ꝛ tangū
tur interius ſcilicet dum tentantur ſed
non leduntur in mentibus. ſ. vt peccatis
ꝯſentiant: vel vt finaliter pereant Job. ij
Dixit dñs ad ſathā. Ecce in manu tua ē
verūtñ aiaꝫ illiꝰ ſerua. Et ꝑ iſta tria deſi
gnātur tres ordies ſaluandorum. ſ. Noe
Daniel. ꝛ Job. i. coniugati qui terre adhe
rent ꝛ deſſignantur per fenum. Et conti
nentes qui virorem corporis ſeruant.
Et iō deſſignātur ꝑ viride. Et prelati q deſ
ignātur ꝑ arbores quaꝝ rami refrigeriū p
ſtant alijs. Eſt ergo ſenſus preceptū eſt il
lis ſcꝫ demonibꝰ. i. coartata eſt poteſtas

eoꝝ ne lederēt fenū terre.i.cōiugatos in
viaijs in corpore affligāt ⁊ interdū corpa
illa auferāt:neqꝫ oē viride.i.ptinētes viro
re pudicitie virētes:neqꝫ oēm arborē.i.ꝑ
latos folijs verboꝝ ſuoꝝ alios ſanātes.⁊
fructib⁹ opeꝝ ſatiātes.vmbra exemploꝝ
vl ꝯſolatōe alios recreātes:niſi tm̄ hoies
ab hūo dictos.i.carnales .j.Corinth.iij.
Cum ſit iter vos zelus ⁊ cōtētio nōne car
nales eſtis:⁊ ſm hominē ambulatis qui
nō hꝫ ſignum dei in frōte ſua.i.in aperto
hoc ſignū eſt thau qd hꝫ figuram crucis
⁊ eſt vltima littera i alphabeto hebreoꝝ
⁊ nominaſ ſiue interpretatur cōfirmatio
Unde ſignificat ipſam finalē penitētiam
q̄ cōfirmat hoiem in bono:hoc aūt ſigno
liberātur oēs q illud hn̄t Eze.ix.Signa
thau ſuper frōtes viroꝝ gemētiū ⁊ dolē
tiū ſup cūctis abhominatōib⁹ q̄ fiunt ⁊c̄.
Et infra oēm ſuper quē videtis thau ne
occidatis.Et h̄ ſignū dꝫ haberi nō ſolum
in corde ſꝫ ēt i fronte:vbi eſt locus erube
ſcētie:⁊ ēt locus manifeſtus vt ſcꝫ nō eru
beſcat hō facere penitētiā apte ⁊ nomen
xpi apte predicare.¶ Itē demones conā
tur maxime ipedire ꝑdicatores quod oñ
ditur ex viſione beati Ioānis que habe
tur Apoc.vij.vbi dicitur.Uidi q̄ttuor an
gelos ſtātes ſup q̄ttuor āgulos terre te
nētes quattuor vētos terre ne flarēt ſup
terrā neqꝫ ſupra mare neqꝫ ſupra vllā ar
borem.Per iſtos q̄ttuor angelos itelligū
tur vniuerſi demones q dn̄r q̄ttuor ꝓpt
naturā numeri.qꝛ quaternarius multū
diuiſibilis eſt ⁊ ipſi non intendunt niſi di
uiſionem facere.¶ Item quaternarius
non eſt numerus ſolidus ſed ſuperficia
lis.¶ Item ſuggeſtio demonuꝫ ſuperficia
lis eſt non habens ſoliditateꝫ.¶ Item di
cuntur quattuor qꝛ quattuor euāgelia ipu
gnāt ⁊ q̄ttuor vitia precipue ſuggerūt dū
temptant vel qꝛ per quattuor partes mundi
fideles temptant.Unū ſeqtur ſtātes ſup q̄ttu
or āgulos terre.i.i q̄ttuor partib⁹ mūdi
imolātes vt oēs tētēt vl hoc dr̄ qꝛ ipſi de
mones laborāt vt ponāt hoies in angu
lis.i.in ſordib⁹ peccatoꝝ.Nam in āgulo
ſūt ſordes:vel in angulo duplicitatis ſe
qtur tenētes q̄ttuor vētos.i.tenētes ⁊ ipe
diētes oēs ꝑdicatores eccleſie:q dn̄r quat
tuor qꝛ debēt hēre q̄ttuor vtutes iuſticiā
fortitudinē tēperantiā ⁊ prudētiā:vel,do
ctrinā quattuor euāgelioꝝ q̄ ſignificatur
Geneſis primo ꝑ quattuor flumina para
diſi:vel qꝛ debent ꝑdicare ꝑ quatuor cli
mata mūdi.⁊ dn̄r venti.qꝛ nubes.i.pecca
tores in pluuias lachrymaruꝫ diſſoluūt.
¶ Itē qꝛ terre hūiditates dſiccāt.i.carnis
voluptatē ⁊ mentis cupiditatē:⁊ de his
q̄ttuor vētis dr̄ Job.xxiij.Qui facit vētis
pōdus ⁊ aquas appēdit in mēſura.Seqꝛ
ne flarēt ſup terrā.i.ſup illos q ad modū
terre ſūt arabiles vomere ꝑdicatōis ⁊ ſu
ſceptibiles diuini ſeminis neqꝫ ſup ma
re.i.ſup fluidos ⁊ iſtabiles neqꝫ ſup vllā
arborē.i.ſup illos q ad fructificādū ſūt ha
biles quaſi dicat demones conati ſunt ⁊
nūc conāſ quottidie ipedire ꝑdicatores
ne predicēt neqꝫ bonis neqꝫ malis:neqꝫ
ad exercitatiōeꝫ bonoꝝ.neqꝫ ad reuoca
tiōeꝫ maloꝝ.Sciūt.n.demōes ꝙ nil adeo
ꝓdeſt ſicut ꝑdicatio vbi dei Gloſa.In
tēpore tribulatiōis nihil magis neceſſari
um ꝙ predicatio vbi dei.Iō nitiſ diabo
lus eū detinere i oi loco.Econtra aūt do
min⁹ ſub ſilitudie ēt quattuor vētoꝝ vo
cat ꝑdicatores vt predicēt Ezechi.xxxvij.
A quattuor vētis veni ſpūs ⁊ iſuffla ſup
interfectos iſtos ⁊ reuiuiſcāt

## ¶ Capitulum.xi.

Doctores noui teſtamenti
aſſimilantur illis animali
bus que deſcribuntur in
prima viſione libri Eze.
Ubi dicitur.Et de medio
ei⁹ ſimilitudo q̄ttuor aia
lium ⁊c̄.i cuius viſionis ſerie introducū
tur h̄ aialia vt copulata:vt figurata vt pē
nata vt mota ⁊ vt inflāmata.Oſtēdunt
ergo ꝑmo fuiſſe copulata:qꝛ q̄ttuor.Unū
dicit ꝙ de medio ei⁹.i.ignis ſicut Gre.ex
ponit qꝛ ſupra ꝑmiſerat:⁊ ignis iuoluēs
ſilitudo quattuor aialiū.¶ Primo ergo
ꝯſidera tria.primo locū qui congruit ſā

eorum doctorũ ꝓbationi. Locus eni ori
ginis ſiue egreſſionis ſanctoꝝ doctoꝝ eſt
de medio ignis .ſ. tribulationis ſiue perſe
cutionis Eccleſiaſti. xxvij. Vaſa figuli .i. do
ctores chriſti probat fornax tribulatiõis
ſic eni eſtuant vt per impatientiá nõ deſti
tuantꝰ Eccli. xli. In medio ignis non ſum
eſtuata dicit doctorũ eccleſia. Et ideo dici
tur Prou. xix. ꝙ doctria viri .i. virilis do
ctoris per patientiá noſcitur Gre. Tanto
minus vnuſqꝫ oſtenditꝰ doctus quanto
minus patiens. neqꝫ eni poteſt veraciter
bona docendo impẽdẽ ſi viuendo neſcit
aduerſa equanimitꝰ tolerare. Perfecti eni
doctoris eſt ſic aliorum hominum impro
bitatem patienter ſufferre. vt ſe nouerit
ab iniquis ſapiẽter obſeruare. neqꝫ .n. ꝓ
pria mundicia ſine tolerantia ſufficit neqꝫ
tolerantia ſine mundicia valet. Vel de me
dio ignis .i. ex intimo feruore amoris ſan
cti doctores procedunt ad opꝰ predicatio
nis. ¶ Scdõ tangitꝰ numerus q competit
doctorũ eruditõi. qꝛ quattuor ſiue ꝓpter
doctrinã quattuor euangeliorũ quaꝫ pre
dicãt ſiue ꝓpter quadruplicẽ intellectum
ſcripturarum quas explanant ſiue ꝓpter
quattuor mundi partes quas ſuis doctrĩ
nis illuſtrant. q̃ etiam ſignificantꝰ per quat
tuor quadrigas zach. vi. ¶ Tertio ponitꝰ
tropus .i. ſiſitudo que cõpetit eoꝝ ꝑfectio
ni. qꝛ ſimilitudo erat animaliũ. In anima
libus eni eſt perfectio motus ꝛ ſenſus. qꝛ
ſcꝫ ſancti doctores vigent ſenſu diſcretio
nis ꝛ motu bõi operis. Ipſi .n. ſunt anima
lia quibus dño manũ ſue largitatꝭ aperit.
ꝛ eis benedictionẽ ſue gratie affluenter in
fundit ps. Apis tu manũ tuã ꝛc̃. ¶ Scdõ
introducuntur hec animalia vt figurata.
Hẽbant .n. quãtũ ad cõmunem figurã ſiſi
tudinẽ hoĩs. Et ꝑmittitꝰ ꝙ ſiſitudo hoĩs
erat in eis. ſiquidẽ in ſanctis doctoribꝰ eſt
ſimilitudo hominis .i. chriſti. Vñ Gre. di
cit ꝙ ſancta aĩalia hec nõ eſſent niſi chriſti
ſimilitudineꝫ habuiſſent. Competit ergo
omni ſancto doctori vt aſſimiletꝰ chriſto
homini ſm illud Mate. xiij. Omnis ſcri
ba doctus in regno celoꝝ ſimilis eſt ho
mini patrifamilias .i. chriſto. Debet enim

chriſtum imitari ꝛ ei aſſimilari in viuẽdo
ſicut paulus faciebat qui dicebat Gal. ij.
Viuo autem iam non ego viuit vero in
me chriſtus. ¶ Item in docendo ſiue ꝑdi
cando ſicut idem dixit .i. Corinthioruꝫ .i.
Nos predicamus chriſtum crucifixuꝫ ꝛc̃.
¶ Iteꝫ faciẽdo .i. Coꝝ. xi. Imitatores mei
eſtote ſicut ego chriſti. ¶ Item in patiẽdo
Vnde idem paulus Gal. ij. dixit. Chriſto
confixus ſum cruci. Deinde deſcribitur
horum animalium figura ſpecialiter quo
ad partes eorum .ſ. quo ad facies. quo ad
manus. ꝛ quo ad pedes. ¶ Primo enim
quo ad facies ponit. ꝙ erat in eis quadru
plex figura .ſ. hominis ꝛ leonis a dextris.
vituli ſiue bouis a ſiniſtris ſꝫ aquile deſu
per. Per has ergo quattuor facies dicũ
quidam myſtice ꝑfiguratos quattuor euã
geliſtas .ſ. per faciem hominis Matheus
qui ab humana chriſti generatione euan
geliũ inchoauit dicens. Liber generatõis
ieſu xp̃i ꝛc̃. Per facieꝫ võ leonis Marcũ
quia a rugitu deſerti euangelium incepit
dicens. Vox clamãtꝭ in deſerto. ꝑ faciẽ autẽ
bouis Lucã qꝛ a ſacerdotio zacharie ince
pit ꝑncipiũ dicẽs. Fuit ſacerdos qdam ꝛc̃.
Nã ſacerdotis erat boues imolare. ſed ꝑ
aqle faciẽ Ioãnes accipitꝰ q ceteris altius
cõtẽplando volauit ſuũ euãgeliũ ab eter
na verbi generatione inchoando dicens
In principio erat verbum ꝛ verbuꝫ erat
apud deum ꝛc̃. Dicit autẽ ꝙ quattuor fa
cies vni. quia omnes quattuor euãgeliſte
locuti ſunt de vno .ſ. de chriſto vel ille qua
tuor facies cõpetũt vni ideſt chriſto. Qui
ſicut dicit gloſa. Natus eſt vt homo paſ
ſus eſt vt vitulus. Reſurrexit vt leo. aſcen
dit vt aquila. Et ideo ſm Grego. Homo
ꝛ leo dicuntur eſſe a dextris. quia chriſti
natiuitas ꝛ reſurrectio erunt omniuꝫ ge
neraliter leticia q̃ per dexteram intelligit.
ſed vitulꝰ dr̃ eẽ a ſiniſtris qꝛ mors chriſti
apoſtolis triſtitia fuit q̃ triſtitia ꝑtinet ad
ſiniſtrã. qꝛ ſiniſtꝝ dicimꝰ qd̃ aduerſũ depu
tamꝰ vt dicit gloſa. Aquila aũt dr̃ eẽ deſu
per quia aſcenſionem chriſti ſignificat in
altum ſm illud ps. Aſcendiſti in altum.
Iob. xxxix. Nunquid ad preceptum tuũ

leuabitur aquila. Moraliter autē doctor
eccleſiaſticus debet eſſe vt homo ſecūdū
rationem viuendo. Secundum rationē
dico a deo per fidem illuminatā. ⁊ ſcd̄ꝫ di-
uina precepta regulatam Iuxta illud ps.
Beatus homo quem tu erudieris domi
ne ⁊ de lege tua docueris eum. ¶ Itē dꝫ
eſſe vt leo tentatiōibus reſiſtēdo ⁊ aduer
ſa non metuendo Prouе. xxviij. Iuſtꝰ ꝙ̄-
ſi leo cōfidēs abſqꝫ terrore erit. ¶ Itē vt
vitulus ſeipſuꝫ ſacrificando. de talibꝰ vitu
lis dicitur in ps. Tunc imponēt ſuper al
tare tuum vitulos. ¶ Item debet eēt vt a
quila ſublimia contemplādo vel alios ad
contemplationem ⁊ amorem dei ꝓuocan
do Deutero. xxxij. Sicut aquila ꝓuocās
ad volandum pullos ſuos. Vel dr̄ doctor
eſſe vt homo per prudētiā vt leo ꝑ forti
tudinem. vt vitulus per temperātiā: ⁊ vt
aquila ꝑ iuſticiam. Quidam v̄o vt dicit
Hieronymus per quattuor facies intelle
xerunt quattuor elementa que dicunt̄ in
eē vna. quia in vno corpore hominis vnī
unt̄. Vn̄ ꝙ̄uis i mūdo maiori ſint diſtincta
i mūdo tn̄ minori. i. i hoīe ſt̄ vnita. Alij v̄o
ꝑ has q̄ttuor facies q̄ttuor ꝓ̄ncipales ac-
cipiūt aīe paſſiōes. ſ. gaudiū. triſticiā. ſpē ⁊
timorē q̄rū quedaꝫ ſunt de bono vt gau-
dium de preſenti bono ⁊ ſpes de futuro.
Alie ſunt de malo ſcꝫ vel preſenti vt triſti
tia vel futuro vt timor. Et ideo quedam
dicuntur eſſe a dextris. quedam vero a ſi
niſtris. ſed ſuper has debet eſſe ratio eas
modificans ⁊ regulans ⁊ ideo facies aqui
le dicitur eſſe deſuper. Et nota ꝙ iſte fa-
cies dicuntur extente deſuper q: in omni
bus intentio ⁊ contemplatio ſanctoꝝ ſu
per ſe tendit ſicut dicit Grego. ¶ Itē de
ſcribitur figura eorum quantum ad ma-
nus. quia habebant manus ad modū ho
minis. Vnde dicit ꝙ manꝰ hominis ſub-
pēnis eorum. Vbi nota ꝙ quilibꝫ doctor
debet habere manus hominis ideſt ope-
ra bona ſcilicet vt non ſolum bona dicat
ſed etiam faciat ſm̄ illud. Cepit ieſus face
re ⁊ poſtea docere. Actu. i. Gre. i Paſtor.
Predicator quiſqꝫ plus actibꝰ ꝙ̄ vocibꝰ i
tonet. ⁊ bene viuendo veſtigia ſequacibꝰ
imprimat ꝙ̄ loquēdo q̄ gradiant̄ oſtēdat.
ſed dn̄t eſſe manus hominis. i. opera ſcd̄ꝫ
rōnē facta Apoſtolus Ro. xij. Rōnabile
obſequium veſtruꝫ. ſed dicūtur manꝰ eſſe
ſub pennis q: debet eſſe virtus opis ſub
volatu contemplationiſ. ſ. vt ſub contem
platiua ſit etiā actiua: ⁊ dn̄t eſſe manus in
q̄ttuor partibꝰ. q: ſ. quattuor modis per
opera vite actiue proximis ſeruitur. ſ. vl̄
quantum ad animam vt docendo cōſulē-
do: ⁊ alias ſpūales elemoſynas impenden
do vel quātū ad corpus viuū. ſ. reficiēdo
veſtiendo ⁊ alia neceſſaria miniſtrādo. vl̄
quantum ad corpus defunctū. ſ. compo-
nendo ⁊ ſepeliendo ⁊ hmōi: vel quantuꝫ
ad res tp̄ales exteriores ſicut defendēdo
temporalia iura eccleſie vel aliarum per-
ſonarum ⁊ hmōi. Vel ſm̄ Gre. dicuntur
eſſe in quattuor partibus quia ſancti euā
geliſte qui fuerūt primi doctores noui te-
ſtamenti opus exterioris doctrine ꝑ quat
tuor partes mundi diffuderūt. ſ. per oriē
tem occidentem meridiem ⁊ ſeptētrionē
¶ Item deſcribitur earum figura quo ad
pedes. quia pedes eorū pedes recti. ⁊ plā-
ta pedis eorum quaſi planta pedis vituli
In pedibus ſicut dicit gloſa intelligūtur
greſſus operū. ita vt ſicut per manꝰ intelli
gunt̄ opa que ordinantur ad ꝓximuꝫ. ita
per pedes intelliguntur opa hois quātū
ad ſe ipſuꝫ. Sicut. n. aīal greſſibile pedibꝰ
pergit ad locū. ita etiā hō ſpūalis opibus
tendit in deum. Vn̄ Aug. dicit ꝙ deo qui
vbiqꝫ eſt nō locis appropiquamꝰ. ſꝫ bōis
ſtudijs boniſqꝫ actionibus. Et ideo ſicut
ſine pedibus corpus hominis non ꝑgit.
Sic etiam fides hominis ſine operibꝰ nō
ꝓficit Ia. ſcd̄o. Fides ſine operibus mor-
tua eſt. Sed in iſtis pedibꝰ. i. operibus. dꝫ
eſſe rectitudo intentiōis. ſ. vt recta inten-
tione fiant. Vnde dicit. Pedes eoꝝ pedes
recti. ſ. per rectam intentionē. q: q̄lis eſt
intentio tale eſt opuſ Eccl̄i. li. Ambulauit
pes meus iter rectum. ¶ Itē dꝫ eē in eis
maturitas moderationis q: cum quadā
maturitate. i. grauitate ⁊ modeſtia debēt
exequi ⁊ ꝑ̄ficere opus intentū. Vn̄ dicit ꝙ
planta pedis eorum quaſi plāta pedis vi

tuli. Vituli enim ſiue boues vt dicit Gregorius cum quadam maturitate ſiue grauitate incedunt. Vel etiaȝ in planta pedis vituli ſignatur fortitudo laboris qꝛ vituli ſiue boues fortes habent pedes vt ipſe Gregorius dicit. ¶ Item in hoc ſignatur diſcretio circumſpectionis ex eo ꝙ in pedibus vituli eſt vnguium diſcretio. Ex quibus patet ꝙ opera docentium debent eē recta. grauia. fortia. ⁊ diſcreta. ¶ Tertio hec animalia deſcribuntur etiam eſſe pennata. Unde dicit quattuor penne vni ⁊c. Ubi circa eorum pennas nota quattuor. primo diſtinctionem quia quattuor penne vni ſcilicet ad modum alarum. Iſte quattuor penne ſunt quattuor conditiones q̄ neceſſarie ſunt cuilibet contemplanti. vt per volatum contemplationis poſſit ad diuina leuari. Prima pēna eſt mentis virtus per quam ſcilicet anima ad volatum contemplationis diſponitur. Eſt eniȝ anime contemplanti neceſſaria virtus moralis. ex eo ꝙ virtutes morales vehementiam paſſionum reprimunt ⁊ ſedāt exteriorum occupationum tumultus quibus abſtraheretur intentio eiꝰ ab intelligibibꝰ ad ſenſibilia Eccli. xliiii. Homines diuites in virtute pulcritudinis ſtudium habentes. Studium enim pulcritudinis eſt ſtudium contemplationis quod cōpetit hominibus virtutibus abundātibus. ¶ Secunda penna eſt mentis actus quo ſcilicet contemplatio incipitur. Et talis actus eſt lectio. oratio. ⁊ meditatio ⁊ huiuſmodi. Nam in lectiōe mens informatur in oratione eleuatur in meditatione autem inflāmatur ſm illud ps̄. In meditatione mea exardeſcet ignis. ¶ Tertia penna eſt gradus conſiderationis quo ſcilicet ordinate anima contemplādo progreditur. Et nota ꝙ habet cōtemplatio diuerſos gradus quibus ſcilicet anima in dei cognitionem aſcēdit ſecundum illud ps. Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrimarū Unde Richardus de ſancto victore ſex gradus contemplatiōis diſtinguit quibꝰ mens per creaturas mundi in dei cōtemplationem aſcendit. Primus gradus eſt ſecundum ſolam imaginationem huius attendimꝰ ſoluȝ res corporales. Vñ in hoc gradu ponitur ſoluȝ perceptio ſenſibiliū ¶ Secundus gradus eſt in imaginatione ſecundum rationem prout ſcilicet ſenſibilium ordinem ⁊ diſpoſitionem conſideramus. Unde in hoc gradu fit progreſſus a ſenſibus ad intelligibilia. ¶ Tertius eſt in ratione ſecundum imaginationem quando ſcilicet per inſpectionem rerum viſibilium ad inuiſibia ſubleuamur. Unde in hoc gradu ponitur diiudicatio ſenſibiliū ſecundum intelligibilia. ¶ Quartus gradus eſt in ratione ſecundum rationem. quando ſcilicet animus intēdit inuiſibilibus que etiā imaginatio non nouit. Unde in hoc gradu ponitur abſoluta conſideratio intelligibiliū. in que per ſenſibilia deuenitur. ¶ Quintus eſt ſupra rationem quando diuina reuelatione cognoſcimꝰ que humana ratione comprehendi non poſſunt. Unde in hoc gradu ponitur contemplatio intelligibilium que per ſenſibilia inueniri non poſſunt. ſed tantum per rationem capi poſſunt. ¶ Sextus eſt ſupra rationem. quando. ſ. ex diuina reuelatiōe cognoſcimus ea que humane ratiōi repugnare videntur. ſicut ea que dicuntur de myſterio trinitatis. Unde ī hoc gradu ponitur ꝯſideratio intelligibiliū: q̄ ratio nec inuenire nec ēt capere pōt. ¶ Quarta pēna eſt dei intuitus. i. ipſa cōtemplatio diuine veritatis. ⁊ in hac contemplantis volatꝰ finitur. Quia huius contemplatio finis ē totius humane vite. Unde Auguſtinꝰ dicit in primo de trinitate ꝙ contemplatio dei promittitur nobis vt actionū omniū finis atqȝ eterna perfectio gaudiorūȝ. hic aūt competit nobis imperfecte. videlȝ per ſpeculum in enigmate. Et ideo eſt quedā inchoatio illiꝰ beatitudinis. Sed nota ꝙ dicit ꝙ iſtaꝝ quattuor pēnaruȝ due tegebant corpora animaliū qꝛ q̄diu ſanctorū doctoruȝ anime corporibus teguntur. i. q̄diu ſunt in hac vita indigent ad contēplatiuam vitam duobus ꝑdictorum ſcꝫ virtute morali. Nā a corpore exuta ala nec ſenſibilibus paſſiōibus. nec rerum corpo

lium tumultibus inquietabitur vel impe
dietur. Et ideo non indigebit virtutibus
moralibus. que habent huiuſmodi impe
dientia reprimere vel ſedare. ¶ Item indi
get gradu conſiderationis. quia ſcilicet in hac vi
ta non poteſt aīa immediate leuari in contem/
plationē diuine veritatis. ſed potiꝰ per quoſ
dam gradus in ipſiꝰ contemplationē con
ſurgit. Due aūt alie penne inuicem iunge
bantur: quia ſcilicet in alia vita videbitur deus
ſicuti eſt. ⁊ erit actus ⁊ contēplatio mentis
cum vno intuitu diuine veritatis. Unde
Auguſtinꝰ dicit quod nō erunt in patria cogi
tationes noſtre volubiles ab alijs in alia
euntes atque redeuntes ſed totam ſcientiā
noſtram vno ſimul conſpectu videbimꝰ
Duabus ergo pennis corpora teguntur
quia ſcilicet virtus ⁊ gradus contemplantibus
neceſſaria ſunt quamdiu anima mortali hoc
corpore tegitur. Due vero pēne iungunt
quia ſcilicet in viſione beata mentis actus ⁊ cō
templatio vnico ⁊ ſimplici intuitu diuine
veritatis pficitur. Uel iſte quattuor pēne
quibus aīa in contēplatiōe leuatur: ſunt ille
quattuor cōtēplationes quas beatꝰ Ber
nardus in libro de cōſideratiōe ponit. quarum
prima ē admiratio maieſtatis. Scd̄a
eſt conſideratio iudiciorum dei. Tertia ē re/
cognitio beneficiorum. Quarta eſt ꝯſidera/
tio pmiſſorum. Quarum due dicunt corpora
tegere quia operta ⁊ tecta ſunt anime quamdiu
manēt in corpore. ſ. imenſitas diuine ma
ieſtatis ⁊ abyſſus iudiciorum dei due vero
inuicē iungunt. ſ. pmiſſa ⁊ beneficia. Nā
pmiſſio beneficiorum fit ⁊ beneficia pmiſ
ſa cōferunt. ſed pmiſſio pmittit ad ꝯſola
tionem beneficium vero ſubſequit ad ſatiſ
factionem. Sed ſcd̄m beatum Gregoriū
Quattuor iſte pēne ſanctorū animalium
ſunt amor ⁊ ſpes ⁊ iſte due inuicem coniū/
guntur. quia. ſ. ſancti viri ⁊ amant quod ſperāt.
⁊ ſperant que amant. Alie vero due ſunt
timor ⁊ penitentia ⁊ iſte due tegunt quia ti/
mor ⁊ penitentia ab omnipotentis dei ocu
lis mala preterita abſcondunt. ¶ Secūdo
nota pēnarum ſituationem. quia habebant
pennas in quattuor ptibus. Nam penna
timoris eſt in celo penna ſpei eſt in deo pē
na penitentie habet locum in mundo. pē
na timoris eſt de inferno. Sed attende quod
manus dicitur eſſe ſub pennis in quattu
or partibus quia nec amor nec ſpes. nec ti/
mor. nec penitentia eſt ſine opere efficax.
Nam amor ex dato oſtenditur. ſpes ex me
rito concipitur penitentia ex debito ſatiſ/
facit timor a malo retrahit ⁊ inſuper ad
bonum compellit ſm illud. Qui timet de
um faciet bona. Uel ſi per pennas intelli/
gantur conſiderationes mentis tūc ſunt
in quattuor partibus. quia aliquando ſan/
cti conſiderant vbi fuerunt ſcilicet in peccato
⁊ ſic replentur merore. aliquādo vero vbi
ſunt ſcilicet in mundo. ⁊ ſic affliguntur dolo/
re quandoque vero conſiderant vbi erunt
ſcilicet in iudicio ⁊ tunc ſolicitant timore
Quandoque autem vbi non ſunt ſcilicet in
celo. ⁊ ex hoc inflammātur amore. Et iſta
ſecundum Gregorium in mora. ſunt quat
tuor genera compunctionum quibus mē
tes ſanctorum hominum vehementer affi
ciuntur. ¶ Tertio nota pēnarum conne/
xionem quia iuncte erant pēne corū alte/
rius ad alterum. ſcilicet ſecundum Greg.
quia predicatorum virtus ⁊ ſapiētia cha
ritatis ⁊ concordie pace ſociantur. Quā/
uis enim ſancti viri diuerſitatem habeāt
ſiue etiam diſtinctionem pēnarum id eſt
diuerſa virtutum munera vel dona gra/
tiarum tamē dū vnuſquiſque alteri de virtutis
dono quod habet obſequit ⁊ econuerſo pēna alte/
riꝰ ad alterum mutua vtilitate ꝯnectit. Nam
cōtēplatiuꝰ pro actiuo orat actiuꝰ vero con
templatiuo neceſſaria corpis adminiſtrat
⁊ ſic de alijs. Unde ad hanc connexionem
pennarum hortatur beatus petrus dicēs
Unuſquiſque gratiam quam accepit in alter/
utrum illam adminiſtrantes. ¶ Quarto
cōſidera pēnarū extēſionē. quia facies eorum ⁊
pēne eorum extēte deſuper. In facie itellige
ſanctorum intētionē quā ſemper ad deū ver/
tunt. ꝯtra quod de peccatoribꝰ dicit Hiē.
xxxij. Uerterūt ad me terga ⁊ nō facies. fa
cies. n. eſt pars anterior. ⁊ ideo ſignificat in/
tentionem finis quod opus pcedit. Tergū vero
ſiue dorſum ē pars poſterior. ⁊ ideo ſignificat
opus quod ipſam intentionē ſubſequit.

Tergū ergo ⁊ nō faciē ad deū ↄuertit. qui opus quidē de genere bonoꝝ facit ſed ad deū intētionē nō dirigit. Sed in pēnis q̄ hᵒ volat in altū intelligit ſanctoꝝ cōtēplatio. de quaꝝ pēnaꝝ volatu ꝑs. dicit. Quis dabit mihi pēnas ſicut co. ⁊ vol. ⁊ requieſcā. Facies ergo ⁊ pēnas aīaliū extētas deſup ꝓpheta vidit. q̄ꝛ intētio ⁊ ↄtēplatio ſanctoꝝ ſemper ſuper ſe tendit vt celeſte bonū aſſequi ⁊ obtinere poſſint ſicut interlinearis gloſa dicit. ¶ Quarto h̄ aīalia erāt mota ⁊ impulſa a ſpiritu. Vñ dicit q̄ vbi erat impetus ſpiritus illuc gradiebantur Vbi adverte q̄ ſancti doctores a ſpiritu ſancto mouentur impetuoſe continue ⁊ caute. Et propter primū dicit vbi erat impetᵒ ſpūs ⁊c. Vbi dicit glo. q̄ ſicut i malis eſt impetus carnis. ita in bonis ē impetus ſpiritus. ⁊ hunc impetum ſm Gre. charitas facit que poſt ſpiritū ire compellit ꝑs. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei. Aqua fluminis eſt gratia ſpiritusſancti. q̄ mediante charitate animam impellit ad bonū ⁊ perducit ad ineffabile gaudium. ¶ Item continue quod notatur cum ſubditur. q̄ non revertebantur cum ambularent. Nam ſicut gloſa dicit cum ambularent ad bona non revertebātur ad mala. ⁊ iō in bono ꝑſeuerādo ⁊ ↄtinuando mouebātur Math. x. Qui ꝑſeuerauerit vſq̄ in finem h̄ ſaluus erit. Sed quia illud verbum bis ponitur. Alia gloſa quedaꝫ exponit de motu recto. Cum ambularēt ante ſcꝫ ad ſpiritualia non revertebātur retro ſcꝫ ad tēporalia. Vnde non erat in eis motus reflexus ſed rectus. Apoſtolᵒ Phil. iij. Que retro ſunt obliuiſcens ad ea que ſunt priora extendens me Hieronymus. Qui ſtiuaꝫ aratri tenet nō reſpiciat retro nō imitetur vxorem Loth ne pereat. ſicut heli qui aliorūꝫ vitio deū offendit. Sꝫ videtur eſſe contra quod alibi dicitur q̄ animalia ibant ⁊ revertebātur in ſimilitudinē fulguris coruſcātis. Sꝫ dicēdum q̄ ibi loquitur de motu cōtemplatiōis ſed h̄ de imitatione vite ſiue de motu amoris. Vñ illud exponit q̄ ibant ſcꝫ per mentis contemplationeꝫ. ſed non dū in ea eſſe valentes revertebantur ad actionem ſed quia ex cōtemplatione ipſa anima inflāmabatur ⁊ illuminabatur. Jdcirco ſubditur q̄ revertebantur in ſimilitudineꝫ fulguris coruſcantis idest inflāmātis ⁊ illuminantis. Naꝫ per eos a contemplationis arce deſcendentes celeſte lumen nobis ſpargitur vt gloſa dicit. ¶ Jtē mouentur caute quod notatur cuꝫ dicit q̄ vnumquodq̄ eorum corā facie ſua ambulabat ſcilicet ſemper ſibi preſens ſemp dijudicans quid bonum vel quid malū in quo creſcat in quo decreſcat Apoſtolᵒ Phil. v. Videte quomodo caute ambuletis. ¶ Quinto quoq̄ hec animalia deſcribuntur vt inflammata ⁊ oſtenduntur ſancti doctores inflammati quattuor modis ſcꝫ ad modum ſcintillarum ad moduꝫ carbonum ⁊ ad modum lampadarum ⁊ fulgurum. De primo enim dicit. ⁊ ſcintille q̄ſi aſpectus eris cādentis. quod ſm gloſā refertur ad ſanctorum predicatorum doctrinam. quorum verba ſunt ſubtilia. et ideo ſunt vt ſcintille. ¶ Item ſonantia eris. ¶ Item ferventia ⁊ ideo cādentis. Vel poteſt exponi q̄ ex ſanctis doctoribᵒ emicāt ſcintille exemplorūꝫ. auditus verborum. ⁊ eſt in eis candor affectionum. vel ſcintillant orationibus ſonant in predicationibus excandeſcunt in affectionibus. Gloſa quaſi eris candentis. quia plᵒ ardent deſiderio q̄ proferant verbo. ¶ Secūdo ſancti doctores inflāmantur ad modū carbonū. Vnde dicit q̄ ſimilitudo aīaliū ⁊ aſpectᵒ coꝝ q̄ſi carbonū ignis ardentiū. Carbonibus enī ardentibᵒ aſſimilantur ſancti doctores q̄ꝛ ipſi ⁊ in ſe ardent ꝑ deſideriū. ⁊ alios ſibi adherētes accendunt etiā ad diligendū deū. Vnde gloſa dicit. Si carbonē tetigeris accēderis ⁊ cū ſancto ſanctᵒ eris. Vnde iſti ſunt carbones qui vaſtāt incinerando idest ad penitentiaꝫ humiliando ꝑs. Sagitte potentis acute cū carbonibᵒ deſolatorijs: vel vaſtatoribus ſm aliam litteram. Item qui ſanctificant purificando ſm illud. Sanctificabit eos in igne ꝑs. Cadent ſuper eos carbones in ignem: deijcies eos in miſerijs ſ

ſubſiſtent. ¶ Item q̃ adiuuant inflāmant
do ſcḋm illud. habēs carbões ignis ſedebis
ſup̄ eos ⁊ erūt tibi i adiutoriū. ¶ Tertio
inflāmantur ad modū lampadarū. Unde
ſubditur. ⁊ quaſi aſpect⁹ lampadaꝝ. In lā
padib⁹ eni requirit mūdicia vaſis ⁊ ideo
fit de vitro copia liquoris vñ implet oleo
euidētia fulgoris ⁊ ideo ſuſpendit in alto
q̄ tria ſignant in ſanctis viris puritatem
carnis: deuotionē mentis. ⁊ claritatē ſiue
fulgorem ſancte opiniōis. Unde gloſa di-
cit ꝙ ſanctorū aſpectus eſt quaſi lampada
rū. q̄ opinionē bonā a lumine aliorū lon
ge lateq̄ʒ diffundunt Canti. viij. Lampa-
des eius lampades ignis atq̄ʒ flammarū.
¶ Quarto ſunt inflāmati ad modū fulgu
rū. ⁊ ideo ſubditur. Hec erat viſio diſcur
rens in medio animalium. ſplendor ignis
⁊ de igne fulgur egrediens. Sic in medio
animaliuʒ ideſt in cordibus ſanctoꝝ quia
medius loc⁹ attribuitur cordi ſcḋʒ illō pſ.
Factū eſt cor meum tanq̄ȝ cera liqueſcens
in medio vētr. ⁊c̄. eſt viſio ꝯtēplatiōis dei
nō per ſimplicem mentis intuituʒ ſicut ē
in patria vbi deus immediate videtur. ſʒ
eſt viſio diſcurrens per rōnis diſcurſuʒ ꝓ
ut inuiſibilia dei a creatura mūdi per ea q̄
facta ſūt itellecta ꝯſpiciunt. vñ diſcurrunt
ex creaturis q̄ ſunt effectus dei ꝓcedēdo
in cōtēplationeʒ creatoris. ⁊ in tali ꝯtēpla
tione eſt ſplendor ⁊ ignis ⁊ fulgur q̄. ſ. in
cōtēplatione ſanctorum fulget ſplēdor di
uine cognitionis pſ. Mirabilia opa tua
⁊ aīa mea cognoſcʒ nimis Iſa. lxuj. Imple
bit ſplēdoribus animā tuā. ¶ Item ardet
ignis diuine dilectiōis. Pſ. In meditatio
ne mea exardeſcet ignis. ¶ Item fulgurat
zelus fraterne ſaluationis. Naʒ in ſancto
viro illuminato ⁊ inflāmato in cōtempla
tione accendit zelus etiam fraterne ſalutꝭ.
Unde egredit fulgur. i. verbū predicatōis
vel exēplū ꝯuerſatiōis primoꝝ corda ter
rens illuminās ꝑcutiens ⁊ accēdens ſicut
fulgur. Vel nota ꝙ in medio animaliuʒ. i.
in ſanctoꝝ cordibꝰ ſ ē ſplendor ignis cuʒ
ardēt in amore dei. ⁊ ſplēdor fulgurꝭ cuʒ
in dilectione feruent ꝓximi. Vel ſcḋm glo-
ſaʒ ē in ſctis viſio diſcurrens cū meditan

tur ſcripturaſ. q̄ dū hiſtorias diſcurrēdo
ꝑcurrūt ſpūſſancti ſacramenta cernūt. ſed
eſt in illis ſplendor ignis dū cōtēplant res
diuinas. q̄ in tali contemplatione mēs in
flāmatur charitate ⁊ illuſtrat veritate: ſed
ſplendor fulguris eſt in eis dū ꝯſiderant
res creatas. vnde Greg. dicit. Quācunq̄ʒ
creaturā iſpicim⁹ dei noticiā fulgurat dū
in creaturꝭ ſe creator māifeſtat. ¶ Itē do
ctore eccleſiaſticus aſſimilari dʒ illi angelo
forti. de q̄ habet in viſiōe Iohis Apo. x.
vbi dicitur. Vidi alium angelū fortem de-
ſcēdenteʒ de celo amictū nube ⁊ iris in ca
pite eius ⁊ facies ei⁹ erat ſicut ſol ⁊ pedes
ei⁹ tanq̄ȝ colūna ignis. ⁊ hēbat in māu ſua
ſeruiant eis Hebre.ij. Omnes ſunt admi
niſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi.
¶ Item quia debent eſſe contemplantes
Math.xviij. Angeli eoꝝ in celis ſemp
vidēt faciem patris. Dicuntur ēt ſtantes
.i.ſecure laborātes nō timore corruētes
vel ocio tepētes vel ſtantes.i.parati obe
dire ire ꝛ pugnare. vel ſtantes qꝛ ꝑdicato
res aliquando ſtando ꝑdicant populo.qꝛ
dn̄s ſtans turbis:diſcipulis vo ſedendo
ꝑdicauit. In quo notatur ꝙ clauſtrali
bus eſt predicanduz ocium contēplatio
nis.ꝛ ideo eis predicat ſedēdo.laicis vo
predicandus labor actionis. Sequit in cō
ſpectu dei actiue vt ipſi deum aſpiciant ꝛ
alios docendo ad deum cōſpiciendū per
ducant. In primo notat puritas intērio
nis. vt ad deū tātum oculuz intentionis

dirigāt. In ſecūdo fructus predicationis
vt alios ad deū cōſpiciēdum perducant
nunc per fidē. poſtea per ſpēm. vel poteſt
accipi paſſiue. qꝛ quicquid dicāt vel faciāt
conſpiciunt ab eo Boetius. Magna vo-
bis ſi diſſimulare nō vultis probitatis in
dicta eſt neceſſitas cū agatis ante oculos
iudicis cūcta cernentis. iij. Reg. xviij. Vi-
uit in cuius cōnſpectu ſto. ¶ Secundo d
ſcribit eoꝝ pfectio quantum ad doctrinā
qꝛ date ſūt illis ſeptē tube. i. pdicatōis of
ficiū qđ p tubā deſignat. ſed dicūt ſeptem
qꝛ eoꝝ ē ꝯtra ſeptē vitia pdicare q̄ ſūt ve
lut ſeptē funes qbus ligat⁹ fuit ſanſō Iu
dic. xv. Vel iō ſeptē. qꝛ ipſoꝝ ē ſeptē mun
di munitōes deſtruere ⁊ h figuratū ē Io
ſue. vi. in captiōe ⁊ ruina hiericho p quā
figurat mūd⁹. Nā ſicut habet ibi Sacer-
dotes tulerūt ſeptē tubas q̄rū vſus erat
i iubileo. ⁊ clāgēdo circuierūt ſepties ciui
tatē. ſ. p ſeptē dies: ⁊ i ſeptimo circuitu tu
bis clangētibus muri hiericho fūdit⁹ cor
ruerūt. Sacerdotes igit tubis clangētes
typū gerūt pdicatoꝝ q debēt manu tene-
re tubas ⁊ clāgere. i. ore pferre ⁊ ope im-
plere qđ pdicāt Act. i. Cepit ieſus facē ⁊
docere. ſeptē āt tubis debēt clāgere. i. cō-
tra ſeptē mūdi munitiōes ſeu vitia pdi-
care. Prima munitio ē amor diuitiaꝝ. ſe
cūda amor delitiaꝝ. tertia ambitio hono
rū. q̄rta amor ſuoꝝ. qnta obliuio dei. ſex
ta ignorātia ſui. ſeptima imemoria iudicij
Septē aūt circuitus hiericho ſūt ſeptem
ꝯſiderationes mūdi q̄s ſi hoies haberēt
frequēter in corde ⁊ pdicatores i ore. mu
ri hiericho in ſe ipſis corruerēt ⁊ poſtea
i alijs corruere facerēt. Prima ē conſide-
ratio vanitatis. qꝛ vana ſūt omnia q̄ ſūt
in mūdo Eccl'es. i. Vanitas vanitatum ⁊
omnia vanitas. Secūda eſt conſideratio
vilitatis Phil'. ij. Omnia arbitratus ſuꝫ
vt ſtercora. Tertia eſt cōſideratio breuita
tis. i. Ioh. i. Trāſit mūdus ⁊ cōcupiſcētia
eius. Quinta eſt cōſideratio inſtabilitatis
per quam aſſimilātur mari Iſa. lij. Quaſi
mare feruēs qđ qeſcere non poteſt. Sex-
ta eſt cōſideratio infidelitatis quia nulla
fides vel fidelitas inenit. Hiere. ix. Vnuſ-
quiſqꝫ a proximo ſuo ſe cuſtodiat ⁊ i om
ni fratre ſuo nō habeat fiduciam. Septi-
ma eſt cōſideratio falſitatis ſeu hypocri-
ſis. quia mūdus aliud eſt ⁊ aliud apparet
Iob. xx. Gaudiū hypocrite ad inſtar pū-
cti. Vnde Naum. iij. ca. Qui viderunt te
reſilient a te. ¶ Capitulū. xxvij.

P Relati ⁊ clerici ⁊ religioſi
q̄liter futuri ſūt circa vl-
tima tpa oñdit Apoc. vi.
Sub metaphora ſolis et
lune ⁊ ſtellaꝝ ⁊ celi vbi dr
q ſol fact⁹ ē niger tāq̄ ſac
cus cilicin⁹. ⁊ luna facta ē ſicut ſanguis: ⁊
ſtelle celi ceciderunt ſuper terram. ſicut fi
cus mittit groſſos ſuos cum a vento ma
gno mouetur. ⁊ celū receſſit ſicut inuolu
tus. Per ſolē intelligit prelatorum cet⁹
qui debet ſplēdore ſuo alios illuminare
ad cognitionē fidei ⁊ calore ſuo inflāma
re ad amorē dei ⁊ amorem proximi. De
quo ſole dr. Iſa. xxx. Lux ſolis erit ſeptē
pliciter ſicut lux ſeptē dierum. i. lucē oīuꝫ
ſubditoꝝ ſupabit lux plātoꝝ. qꝛ ſicut pſūt
alijs dignitate. ſic etiam precedere debēt
ſcientia ⁊ ſanctitate. vel lucere debent pre
lati ſeptempliciter per ſeptē opera miſe
ricordie que continētur in hoc verſu. Vi
ſito. poto cibo ſolor tego colligo condo.
vel p diſpenſationē ſeptem ſacramentoꝝ
que in hoc verſu ꝯtinētur. Tingo firmo
dolet cibo iūgo clericus vngo. Iſte ergo
ſol prelatorū ſcꝫ cet⁹ factus eſt niger ter
renoꝝ negotioꝝ ſolicitudie Thre. iiij. De
nigrata ē ſuper carbones facies eorū. Fa
cies ē dignior pars ⁊ altior hominis ⁊ iō
ſignat prelatos tanq̄ ſaccus cilicinus qui
eſt totus piloſus. ⁊ dicit cilicinus a cilicia
vbi primo inuētus fuit. ⁊ i hoc innuitur
magna cupiditas prelatorū. ſ. in piloſita
te Iſa. xiij. Replebūtur domus eorū dra
conibus. i. detractoribus ⁊ habitabūt ibi
ſtrutiōes. i. hypocrite: ⁊ piloſi ſaltabūt ibi
ideſt cupidi ⁊ auari officiales. ⁊ reſpōde-
būt vlule in edibus eius. i. ioculatores ⁊
ſaltatrices: ⁊ ſyrene i delubris voluptatis
. i. adulatores Iſa. xxxiiij. In domib⁹ eius
ſpine. i. diuitie ⁊ vitice. i. delicie que gene-

rant carnis putredinem ac pruriginem. ⁊ paluirus in munitionibus .i. auarus prelatus. ⁊ erit cubile draconum ⁊ paſcua ſtrutionuz ⁊ occurrent demonia. Onocentaurus ⁊ piloſus clamabunt alter ad alteruz ſcʒ voluptas ad auaritiam. Et luna facta eſt tota ſicut ſanguis .i. eccleſia tota facta ē carnalis. fundata non in ſanguine chriſti ⁊ apoſtolorum ſed nepotulorum ⁊ cōſanguineorum procedentiuz per ſucceſſionē ſanguinis. quia fere vbiqʒ nepos auunculo ⁊ conſanguineus conſanguineo ſuccedit in beneficio Exodi .iiij. Dixit Moyſi vxor ſua ſponſus ſanguinum tu mihi es. ſic pōt dicere Eccl̄ia Oſee .iiij. Sāguis ſanguinez tetigit ideſt nepos nepoti ſuccedit Joel .iij. Sol ꝯuertet in tenebras ⁊ luna in ſanguinez anteꝙ veniat dies domini magnus ⁊ terribilis. Unde abundātia ſanguinis eccleſie ſignū eſt appropinquantis iudicij. Et ſtelle celi .i. clauſtrales viri de quibus Eccl̄i .xliij. Species celi gloria ſtellarū de celo ceciderūt ſuper terram .i. de celeſti vita ad terrenam vel de clauſtrali ad mūdanā Math. xxiiij. Stelle cadent de celo .i. monachi exibūt de clauſtro diſcurrentes per mundū ꝓpter diuitias terrenas. Exo. v. Diſperſus eſt populus per egyptū ad colligendas paleas ſic ficus mittit groſſos ſuos .i. inutiles fructus ſuos qui non firmiter adheſerunt ramis arboris. quaſi dicat. Jta clauſtrum emittit inutiles ⁊ inſtabiles monachos ad peragēda terrena negotia ⁊ cauſas tractandas. cum a vento magno mouetur .i. dum aliqua turbatio orit̄. econtra autem de clauſtralibus i clauſtro reſidentibus ⁊ terrenis negotijs non ſe iplicantibus. Unde dicit̄ Judic. v. Stelle manentes in ordine ⁊ curſu ſuo aduerſus ſiſaram pugnauerūt. Et celum .i. cetus clericorum quoꝝ ꝯuerſatio deberet eſſe celeſtis receſſit a promiſſione ſua in ſuſceptiōe ordinū quando dixit. Dominus pars hereditatis mee ⁊ calicis mei ⁊c̄. Quare ergo nō ſunt contenti clerici hac portione. cā eſt quia receſſerūt ab illa promiſſione ſicut liber inuolutus vbi nulla eruditio vel doctrina poteſt haberi vel littera videri. Sic in clericis ꝓ magna parte nullum exēplū boni poteſt videri nec verbū eruditionis audiri Jſa. xxxiiij. Complicabuntur ſicut liber celi .i. clerici qui debent eſſe libri laicorum.

## Capitulum. xxviij.

Puniunt̄ peccatores a deo aliter in preſenti vt corrigantur aliter in futuro ſi nō emēdant̄. Qḋ oſtenditur in viſione hieremie q̄ habet̄ Hiē. j. Vbi dr̄. Quid vides Hieremia. ⁊ dixi virgam vigilantē ego video ⁊ infra. qd tu vides. ⁊ dixi ollā ſuccenſam ego video. Vbi nota ꝙ preſentis vite correctio aſſimilatur virge. ſʒ future vite ſuppliciū aſſil̄atur olle. Verc. vt virga eſt punitio vite preſentis qr percutit ad corrigendū ⁊ nō ad occidendum Prouer. xxiij. Si ꝑcuſſeris eum virga nō morieī. vn̄ ꝑcuſſio hec nō eſt odij ſʒ amoris Prouer. xiij. Qui parcit virge odit filiū. Et Eccl̄i. xxx. Qui diligit filiū aſſiduat illi flagella. Sed notandum ꝙ alia tranſlatio .ſ. lxx. hʒ loco virge baculuz nucū. ⁊ biī flagellū preſentis vite aſſimilatur nucum baculo ſiue virge de q̄ in ps. Virga tua ⁊ baculus tuus ⁊c̄. Ad hoc eni corripit dn̄s vt emēdet. Nux aūt ſicut glo. dicit hʒ corticem amariſſimū ⁊ teſtā duriſſimā. vt detractis duris ⁊ amaris fructus dulciſſimꝰ reperiatur. Sic omnis correctio ⁊ labor cōtinentie amara ſunt ad preſens ſed fructū pariunt dulciſſimuʒ. vnde vetus teſtamētū quo ad l̄ram eſt cortex amarus ſed ſpiritualiter intellectū hʒ fructus dulces. Jtem aſſimilat̄ correptio virge vigilanti quia excitat peccatorem a ſomno culpe ⁊ iuſtū a ſomno negligentie. j. Corin. xvj. Euigilate iuſti ⁊ nolite peccare. Unde angelus Act̄. xij. Percuſſo latere petri excitauit eum. Secundo puniuntur peccatores qui nō emendant̄ virga preſentis flagelli ardore eterni incēdij de quo ardore dicit. Ollam ſuccenſam ego video. Vbi notā q̄ in olla carnes includuntur. ⁊ ideo ſignat locū inferni. in quo includuntur dānati ꝓꝓ pctā q̄ i carne viuētes cōmiſerūt

ſed olle ſucceñſo deſignat gehẽne incẽdiũ
Job.xli.De naribus eius procedit fumus
ſicut olle ſuccenſe atq; ferventis.

❡ Capitulum.xxix.

s Ancti viri imitari conan/
tur xp̄m redemptorez qđ
oſtendit in viſione Joħis
Apocali.v. vbi dicit ꝙ q̃t/
tuor animalia . ⁊.xxiiij.ſe/
niores ceciderunt coram
agno habẽtes ſinguli citharas ⁊ fialas ple
nas odoramẽtorũ q̄ ſunt orones ſancto/
rũz ita ꝙ ꝑ q̃ttuor aialia accipiantur oẽs
ꝑdicatores euãgelice doctrine. q̄ in quat/
tuor euãgelijs cõtinẽt ſed per.xxiiij.ſenio
res intelliguntur vniuerſi fideles ſe exer/
centes in ſex operibus miſericordie ſꝫ re
gulaz ⁊ doctrinã q̃ttuor euãgelioꝝ q꜡ ſex
ꝑ q̃ttuor ducti faciũt.xxiiij.Hi ergo oẽs
agnũ.i.xp̄m pro nobis imollatũ ſequunt
⁊ imitant in quattuor. Primo in humilia
tione quia ipſe xp̄s formã ſerui accipiens
ſe humiliauit.⁊ ideo ipſi ſancti ſe humili/
ant propter ipſuz.Et ideo dicit ꝙ cecide/
rũt corã agno.ſ.de ſe humilia ſentientes
deũ magnificantes ab ipſo viuificari hu/
militer poſtulantes.Ceciderũt dicit nõ de
ſcenderunt.q꜡ humilitas cũ ſemꝑ in imo
ſit neſcit deſcenſum.in hoc ṽo qđ dicit co
ram agno nota differentiã inter caſuz hu
militatis ⁊ caſuz peccati ſicut Heli.j.Reg.
iiij.cecidit retro.Retro enim cadit qui ad
peccata redit.vel retro cadit quicunq; ad
ſpũalia que ſunt ante nõ proficit . ſed ad
temporalia que ſunt retro tm̄ intẽdit cõ
tra illud Apoſtoli.Que ſunt retro obliui
ſcẽs.Sed q coram agno cadit videt agnũ
⁊ videtur ab eo.⁊ ita in h̄ notatur rectitu
do itentionis . ❡ Secundo imitant eũ in
carnis mortificatiõe xp̄s enī pro eis mor/
tuus eſt ⁊ ipſi ꝓpter eum ſeipſos mortifi
cant.qđ notat cuz dicit habẽtes ſinguli ci
tharas ideſt carnis mortificationem.in ci
thara enim lignum eſt ⁊ corda.lignum eſt
crux.corda eſt caro ſanctoꝝ que tunc qua
ſi corda ligno cithare coextenditur quã/
do diuerſis ſe penis affligẽtes ⁊ mortificã
tes ipſam crucem imitant ſm̄ illud Gal.
v.Qui aũt ſunt chriſti carnez ſuam cruci
fixerunt cũ vitijs ⁊ cõcupiſcẽtijs Iſa.xvi.
Venter meus ad moab quaſi cithara ſo/
nabit.in hac cithara tot ſunt corde quot
ſunt membra in homine.q꜡ oia membra
q̄ peccauerunt oia debent in pnia puniri
vel ipſis vitijs mortificari Ro.viij.Sicut
exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniuſti/
tie ⁊ iniquitati ad iniquitatem ita nũc ex/
hibete ea ſeruire iuſtitie in ſanctificatienez
❡ Tertio imitant eum in amoris dilata/
tiõe .xp̄s.n.ex amore pro ſanctis mortu꜠
eſt ⁊ ſancti ſimiliter propter ipſius amorẽ
morti ſe exponunt.qđ notatur cum dr̄ ⁊
phialas aureas.i.corda lata ⁊ lucida. lata
per charitatem.j.Corin.vi.Os noſtrũ pa
tet ad vos o corinthij.cor noſtruz dilata
tum eſt dilatamini ⁊ vos. Itẽ lucida ꝑ ca/
ſtitatem Sapien.iiij.O q̄ pulchra eſt caſta
generatio cum claritate.ſed aurea per ſa/
piẽtiã celeſtem Apo.iij.Suadeo tibi emẽ
a me aurum ignitum ⁊c.Hoc aurũ eſt ce/
leſtis ſapientia q̄ non tm̄ ſplendet intelle/
ctui ſed etiã ardet affectui ps.Ignitũ elo/
quium tuũ vehementer. ❡ Quarto imitan
tur eum in oratione.orant enim pro ſe in
uicem ⁊ chriſtus orauit pro inimicis qđ ⁊
ſancti ſimiliter faciunt.⁊ ideo dicunt phia
las habere plenas odoramẽtoꝝ que ſunt
orationes ſanctorum.i.plena pijs oronib⸗
bus ⁊ deuotis deſiderijs.q̃les ſunt oratio
nes ſanctoꝝ.Et comparatur deuota ora
tio odori circunquaq; diffuſo q oibus ſe
cõicat q꜡.ſ.ſanctoꝝ oratio ad omnes ſe ex
tendit.⁊ quãto odor intẽſior tanto diffu/
ſior.q꜡ oratio quanto deuotior tanto ca
rior ⁊ fructuoſior vt dicit Gre.Vnde pau
lus pro oibus docet orare.j.Thi.ij.Obſe
cro primo omniũ fieri obſecrationes ora
tiones poſtulatiões gratiarum actiones
pro oibus hominibus pro regib꜠ ꝑ his
q in ſublimitate ſunt ꝯſtituti.❡ Itẽ odor
aſcendit ⁊ ſic deuota oratio Cantico.vi.
Aſcendit per deſertũ ſicut
ṽgula fumi ex aromatib꜠.

❡ Capitulum.xxx.

SCriptura ſacra aſſimilat il
li libro q in viſione oſ̄ſus

eſt ezechieli de quo habetur Eze.ij. vbi d' ſ
ecce manus miſſa ad me in qua erat inuo
lutus liber ⁊ expādit illū corā me q erat
ſcriptus itus ⁊ foris. ⁊ ſcripte erāt lamen
tationes in eo. ⁊ carmē ⁊ ve. In hac ſiqdē
viſiōe oſidunt ſex ɔditōes ſacre ſcripture
¶ Pria ē eius auctoritas. qꝛ ꝺ manu dei
ē hita. Vñ dr. Ecce manꝰ miſſa ē ad me. i.
reuelatio dei iſpirata ē mihi. ſʒ lra. lxx. in
terptum hʒ extēta eſt qꝺ idē eſt qꝺ miſſa
Tūc. n. manꝰ dei ad aliquē extēdit vl mit
titur cū id quod fieri dʒ ei reuelat. Quia
igit ſacre ſcripture pcepta ſūt a nobis nō
tm̄ aure audienda ſed etiā ope implenda
Iac.ij. Eſtote factores Vbi ⁊ nō auditores
tm̄. Jccirco ipſa ſacra ſcriptura p iſtrumē
tū manꝰ dicit eē miſſa Iob. xxvij. Docebo
vos p manū dei. i. p reuelationē dei. vl qꝛ
ſicut p manū ſcriptoris ſcia alicuꝰ ſcribit
in carta. ita p reuelationem ɔditoris hec
ſciētia inſpirata eſt ⁊ ſcripta i ecclia. Dañ.
v. Apparuerūt digiti qſi manꝰ ſcribētꝭ. hi
digiti fuerūt ſcriptores ſacri canōis. Ex h
igit q̄ ſcriptura ſacra eſt a deo iſpirata ꝑ
uenit. ſicut dicit Aug. q̄ maior eſt eiꝰ au
ctoritas q̄ ois hūani igenij perſpicacitas.
¶ Secūda ɔditio eſt eius copioſitas pro
pter quā vocat nō cedula vl carta ɔtinēs
pauca. ſed liber. ſ. ɔtinēs multa. Nulla. n.
ſcriptura humana reperitur ita copioſa vt
ſacra doctrina. in qua dicit Aug. ois quo
dāmodo ɔtinet ſcriptura. Vnde Apls. ij.
Thi. iij. Omnē ſcripturā eam appellat di
cens. Ois ſcriptura diuinitus iſpirata ⁊c̄.
Et ideo Hiero. dic q̄ neſcit lras q ſacras
ignorat. Vnde ꝑpter grādē ſciētie copiaʒ
que continet in ea liber grandis vocatur
Iſaie. viij. Sume tibi librū grandem ⁊c̄. ⁊
recte liber grandis dicit. in quo. ſ. omnis
ſcie forma ⁊ finis includit. Vnde Auguſt.
ad voluſianū. Hic iquit phia. qm̄ omniū
naturarū cauſe ſūt in deo. Hic ethica qm̄
vita bona ⁊ honeſta nō aliunde ſumit q̄
cū ea q̄ diligēda ſūt diliguntur quomodo
ſunt diligenda. hoc eſt deus ⁊ proximus.
Hic eſt logica qm̄ veritatis lumen anime
rationalis nō niſi deus ē. Hic laudabilis
reipublice ſalus: nec. n. cuſtodiuntur opti
me ciuitates niſi fundamento ⁊ vinculo
fidei fraterneqꝫ cuſtodie. ¶ Tertia cōdi
tio eſt eius obſcuritas propter quā vocat
liber inuolutus Greg. Liber inuolutus
eſt ſacre ſcripture eloquium obſcurꝫ. qꝺ ꝓ
funditate ſententiaruʒ inuoluitur. vt nō
facile ſenſui omnium pateat Iob. xxxviij.
Quis eſt inuoluens ſentētias: vel dicitur
inuolutus. quia ſtilus eius eſt metaphori
cus ⁊ figuratiuus. ⁊ ideo ad intelligendū
obſcurus Dañ. xij. Clauſi ſunt ſignatiqꝫ
ſermones. Et Iſa. xxix. Erit nobis viſio
omnium quaſi verba libri ſignati. ¶ Hec
aūt inuolutio ⁊ obſcuritas ſacre ſcripture
pluribus de cauſis vtilis ⁊ rationalis ē q
rū vna eſt qꝛ ſacra ſcriptura ex hoc copio
ſior eſt in ſententijs. vnde Auguſtinus di
cit. xij. li. de ciuitate dei. Sermonis obſcu
ritas etiam ad hoc vtilis eſt qꝛ plures ſen
tentias parat ⁊ in lucem ſententie ꝓdeū
dū aliꝰ eā ſic ⁊ alius ſic itelligit. ¶ Scda cā
eſt vt lateat ſtudere negligentibus ⁊ indi
gnis. vnde Grego. ſup Math. xxiij. Nō
abſcondita eſt in ſcripturis veritas vt nō
inueniant qui querūt eam. ſed vt non vi
deant qui querere eam nolunt. ¶ Tertia
cā eſt vt detur ex hoc materia exercitij ſtu
dioſis. Vnde Auguſtinus. in libro. lxxxiij.
qōnū. liij. qōne. Deus ad ſalutem anima
rum in ſpirituſancto ſic diuinos modera
tus eſt libros. vt nos ſolum manifeſtis pa
ſcere. ſed etiaʒ obſcuris velet. ¶ Quarta
rō eſt vt non vileſcat curioſis. vnde Aug.
in libro contra mendatiū. Lectiōes actio
neſqꝫ prophetice propterea figuris velut q
buſdam amictibus obteguntur. vt ſenſus
pie querentiū exerceant. ⁊ ne nuda ac ꝓm
pta vileſcant. ¶ Quarta cōditio eſt eiꝰ in
telligibilitas que notatur cum dicitur. Ex
pandit illum coraʒ me. i. mihi eius myſte
ria aperuit ⁊ me ipſum intelligē fecit Gre
go. Expandit dū enigmata expoſuit Lu.
xxiiij. Aperuit illis ſenſum vt intelligerēt
ſcripturas. ¶ Quinta conditio eſt ſenſus
duplicitas qꝛ erat ſcriptꝰ intus ⁊ foris. in
tus. ſ. per ſenſum ſpūalem. foris vero per
ſenſum litteralem. Vel ſm Grego. intus
ſcriptus eſt quia inſtruit nos de rebus in

uiſibilibus.i.de myſterijs celeſtibus. foris
vo in quantū iſtruit nos de reb⁹ viſibilib⁹
ſcʒ de rebus terrenis diſponendis ꝛ de ex
terioribus actionib⁹. prima ſcriptura per
tinet ad contemplatiuos: ſecunda ad acti
uos. Iohis.x. Ingredietur ꝛ egredieẗ ꝛc.
¶ Sexta cōditio eſt ſcripture varietas. qꝛ
e.ſcrip.la.in eo.Lcar.ꝛ ve: Cōtinet eniʒ la
mentationes ſcriptura ꝛ triſtitias penitē
tium. Joel.ij. Conuertimini ad me in ieiu
nio ꝛ fletu ꝛ planctu. Et continet etiaʒ car
men laudis ꝛ letitie beatorum ps. Beati
qui habitāt in domo tua in ſecula ſeculo
rum laudabunt te. ¶ Item cōtinet ve triſ
titie ꝛ pene damnatorū. Lu.xiij. Ibi erit
fletus ꝛ ſtridor dentium. Iſa.xiij. De in
pio in malum ꝛc. ¶ Item ſcriptura ſacra
aſſimilatur illi rote que deſcribit in viſio
ne ezechielis que habetur Eze.j. vbi dicit
Apparuit rota ſuper terraʒ iuxta anima
lia habēs quattuor facies: vbi ſcʒ de ſacra
ſcriptura ſex conditiones tanguntur. Nā
primo oſtēditur eſſe alta ex origine in eo
ꝙ apparuit. Non eniʒ hec eſt ſcientia ex
humana ratione inuēta ſicut alie ſcientie
ſed diuinitus reuelata.ſ.mediante aliqua
apparitione. ꝛ ideo dicit apparuit. Nā tra
ditio veteris legis facta eſt ab angelo ap
parente ex perſona dei in monte ſm illō
Act.vij. Hunc.ſ.moyſen miſit deus prin
cipē ꝛ redēptorē cū manu āgeli qui appa
ruit ei. Et infra. Hic eſt qui fuit in eccleſia
in ſolitudine cum angelo. qui loquebatur
ei in monte ſynai. ꝛ cum patribus noſtri
qui accepit verba vite dare nobis. reuela
tio etiam doctrine prophetice facta eſt cō
muniter per apparitionem in ſomnio vl'
viſione ſm illud Nume.xij. Si fuerit inter
vos propheta domini i viſiōe apparebo
ei aut per ſomniuʒ loquar ad illum. Eru
ditio autem doctrine euangelice facta eſt
ex gratia chriſti in carne apparentꝭ ſm il
lud. Tht.ij. Apparuit gratia ſaluatoris no
ſtri omnibus hominib⁹ erudiēs nos ꝛc.
Vel ideo de ſacra ſcriptura dicit ꝙ appa
ruit: qꝛ ꝗuis ea que in ſacra ſcriptura tra
duntur vt ſunt myſteria fidei non habēt
apparentiam ſiue euidentiaʒ rationis. qꝛ
fides eſt argumentum reruʒ non apparē
tium vt dicitur Heb.xj. habent tamē ap
parentiam ꝛ certitudinem adheſionis qꝛ
plus videtur Theologo ꝙ debeat credē
illa que in ſacra ſcriptura tradūtur ꝛ idu
bitabilius eis iheret ꝙ̄ his que ſm ratio
neʒ apparēt. ꝛ hec eſt apparentia fidei. de
qua dicitur Sapiē.j. Apparet autem his
qui fidem habēt in illum. Nam ſolis dei
fidelibus apparet ſcriptura ſacra eſſe idu
bitabilis apd quos vt dictū eſt ſupra ma
ior eſt hui⁹ ſcripture auctoritas ꝙ̄ omnis
humani igenij perſpicacitas. ¶ Secundo
oſtēditur eſſe perfecta ex ſimilitudine qꝛ
aſſimilatur rote. Apparuit inqt rota. Ro
ta enim hʒ figuram ꝛ motum circularem
ꝛ vtriqʒ Philoſophus attribuit quandā
perfectionem. Naʒ figura circularis per
fecta eſt quia ex nulla parte poteſt ei fieri
additio quod etiaʒ competit ſacre ſcriptu
re que nihil cōtinet ſuperfluuʒ aut minus
ꝙ̄ expediat humane ſaluti. ideo ei quātuʒ
ad id in hac vita nihil addi oportet Apo
ca. vltimo. Si quis appoſuerit ad hec ap
ponet deus ſuper illum plagas ꝛc. ¶ Iteʒ
mot⁹ circularis probatur a Philoſopho
inter omnes mot⁹ perfectior. Nam finē
coniūgit principio quod etiam ſacra ſcri
ptura facit. dum deum omniū reruʒ prin
cipium ꝛ fineʒ eſſe oſtendit. Unde ꝛ ex ꝑ
ſona dei dicit. Ego ſum alpha ꝛ o princi
pium ꝛ finis. Et de hac ſimilitudine rote
dicit in ps. Vox tonitrui tui in rota. Vox
enim tonitrui dei eſt manifeſtatio ſue ma
gnitudinis. de qua dicit Job.xxvj. Toni
truuʒ magnitudinis eius quis poterit in
tueri. ꝛ hec manifeſtatio fit in rota.i.in ſa
cra ſcriptura. Unde gloſa hic ſuper Ezeh.
dicit ꝙ rota dicitur ſacra ſcriptura q̄ ad
auditores omni parte voluitur inter pro
ſpera ꝛ aduerſa. ¶ Tertio oſtenditur eſſe
cōnexa ex vnione. Unde dicitur rota vna
ꝗuis enim duo teſtamenta cōtineat. tñ
ſic inuicem connectuntur. vt vnum ꝛ ideʒ
videantur continere. Et ideo nouū teſta
mentum icluditur in veteri ſm Bernar.
ſicut figuratum in figura ꝛ ecōuerſo. Un
de Ezechi.i. dicitur ꝙ aſpectus earum ꝛ

ſpera quaſi ſi ſit rota i medio rote gloſa
.i. nouuz teſtamentum in veteri. Vbi no/
ta ꝙ ſcientia ſacre ſcripture dicit vna tri
pliciter. ſcʒ vnitate attributiõis in quãtũ
omnia que conſiderat quanq̃ inter ſe di
uerſa ſunt tamẽ omnia cõſiderat per at/
tributionem ſiue relationeʒ ad vnum ſcʒ
deum puta inquantuʒ referuntur ad ipʒ
vt ad principiuʒ vel finem ꝛ huiuſmodi.
¶ Item eſt vna vnitate luminis cui inni
titur. quia in omnibus innititur eideʒ lu
mini ſupnaturali ſcʒ fidei que eſt ſicut q̃
dam impreſſio diuine ſciẽtie que eſt vna
ꝛ ſimplex omnium. ¶ Item eſt vna vnita
te rationis. quia omnia cõſiderat ſb vna
formali ratione ſcʒ inquantum ſunt diui
nitꝰ reuelata. ¶ Quarto oſtẽditur ẽt ne
ceſſaria ex trãſgreſſiõe quia ſuper terrã
illam ſcʒ ſm Grego. cui dictum eſt. Ter
ra es ꝛ in teram ibis. Omnipotens enim
deus ſuper corda peccantium legẽ poſuit
ſcʒ ſacre ſcripture que dicit lex quia pce
ptis ꝛ documentis ſalubribus mentes li/
gat ne trãſgrediãtur peccando Apoſtolꝰ
Lex propter trangreſſores poſita eſt vl
dicitur eſſe ſuper terraʒ quia ſuper terre
na mentis eleuat dum eas ad contemplã
dũ ꝛ dilligendũ celeſtia inflammat ſm il
lud Col. iij. Que ſurſum ſunt ſapite nõ q̃
ſuper terraʒ ꝛ Math. vi. Nolite theſau
rizare vobis theſauros i terra ꝛc. ¶ Qui
to oſtenditur eſſe congrua ex ordie. quia
iuxta animalia congruus eniʒ ordo hũa
ne doctrine eſt vt per ſenſibilia erudiatur
de intelligibilibꝰ. Nam omnis noſtra co
gnitio ſm Philoſophuʒ oritur a ſenſu.
vnde rota diuine ſcripture dicitur eſſe iu
xta animalia. i. iuxta ſenſus. quia ſenſitiua
cognitio propria eſt animali ũ. Tradit. n.
diuina ſcriptura communiter nobis ſpiri
tualia ſub quibuſdam ſenſibilibus ſignis
ꝛ ſimilitudinibꝰ. vel quia homo ſʒ Apo
ſtolũ primo ẽ aialis ideſt paruus ꝛ imper
fectus deinde ſpiritualis grãdis ꝛ pfectꝰ
in gratia. Aliquando rota diuine ſcriptu
re dicitur eleuari ſm ſpiritũ ſm illõ Eze
chi. i. Quocunqʒ ibat ſpũs illuc eunte ſpũ
ꝛ rote pariter eleuabant ſequẽtes eũ. Ali

quando võ dicit ſtare vel apparere iuxta
animalia quia ſcʒ diuina ſcriptura ꝛ ſcit
ſpũales de ſublimibus erudire ſm illõ. i.
Corin. ij. Sapientiã loquimur inter pfe/
ctos Et iterũ ibidem ſpũalia ſpũalibꝰ cõ
parãtes. ꝛ ſcit etiã aiales ꝛ paruulos leuio
ribus enutrire ſm illud. i. Corin. iij. Tan/
q̃ paruulis in xpo lac vobis potũ dedi. ꝛ
ideo ſic iuxta ſpũʒ eleuat ſpũales. ꝙ tñ ſʒ
lrãm nõ deſerit animales Ro. i. Sapien/
tibus ꝛ inſipientibus debitor ſũ Eze. i. Cũ
ambularent aialia ãbulabant parit ꝛ ro/
te iuxta ea. ¶ Sexto oſtendit eſſe diſticta
in effigie. quia habens quattuor facies
ꝛ dicitur habere ſacra ſcriptura quattu
or facies. i. q̃ttuor ſenſus qꝛ maxime in fa
cie hois ſenſus vigent. ꝛ ſunt i ea quattu
or diſtincti. ſcʒ viſus in oculis: auditus in
auribus. odoratus in naribus. ꝛ guſtus
i ore tactꝰ aũt non ẽ diſtinctus ab alijs in
aliquo organo. Quattuor ergo ſenſꝰ ſcri
pture ſunt hyſtoricus ſiue lrãlis. tropolo
gicus. i. moralis allegoricꝰ ꝛ anagogicus.
Vel dicit habere quattuor facies. qꝛ per
q̃ttuor mundi partes eſt pdicata Geñ. xx
viij. Dilataberis ad oriẽtẽ ꝛ occidẽtẽ me
ridiẽ ꝛ ſeptẽtrionẽ. Vel qꝛ q̃druplicit tra
dita ẽ ſcʒ p legẽ. p pphetas. p euãgeliſtas
ꝛ p Apłos vt dicit Gre. ſup Eze. ¶ Itẽ
ſcriptura ſacra aſſimilat illi volumini. qd
deſcribit i viſione: que habet Zach. v. Vi
di ꝛ ecce volumen volans. longitudo eius
xx. cubitorum ꝛ latitudo eius deceʒ cubi
toꝝ ꝛ dicit ad me. h eſt maledictio q̃ egre
dit ſup faciem omnis terre. Hãc enim vi
ſionem Grego. exponẽs dicit. Quid eſt
volumẽ volans niſi ſcriptura ſacra. que
dũ de celeſtibus loquit ad ſuperiora mẽ
tis noſtre intẽtionem leuat: qꝛ dũ illa ſu
pra nos eſſe conſpicimꝰ ima attendere. ꝛ
ꝛ cõcupiſcere deuitamus. Que latitudieʒ
cubitorum. x. longitudinẽ võ. xx. tenere
perhibet. qꝛ latitudo opatõis noſtre ſim
pla eſt ꝛ longanimitas ſpei in duplũ ten
dit. qñ p bono ope ꝛ hic reges mentis. ꝛ
illic gaudia eterna pparant atteſtãte veri
tate. Si qs reliquerit domũ vl agros ꝛc.
cẽtuplũ accipiet ꝛ vitã eternã poſſidebit

Math.xix. Centenari⁹.n. nūerus decies
multiplicato denario fit ꝑfectus. Hic ita/
ꝙ cētuplū accipit q ⁊ ſi nihil habuerit ipa
tñ ꝑfectione mentis iaʒ in hoc ſeculo ha
bere nihil querit. qꝛ ergo per hanc duplū
ꝓ ſimplo nobis reddit recte hoc volumē
ꝑ.xx.cubitos in longitudinē tenditur qḋ
ꝑ decē dilatatur. Sʒ qꝛ hec ſacra ipſa elo/
quia ad eternā dānationē ſūt eis qui illa
vel ſcire nolūt vel certe ſciēdo ꝯtēnūt re/
cte de hoc volumine dicit. Hec ē maledi/
ctio que egredit ſup̄ fa.o.terre. ¶ Itē ſcri
ptura ſacra aſſimilat illi libro de quo ha/
betur in viſione Johis Apo.x. vbi dicit.
Abij ad angelum dicens ei vt daret mihi
librū ⁊ dixit mihi. Accipe librū ⁊ devora
illum ⁊ faciet amaricare ventrem tuuʒ ſʒ
in ore tuo erit dulce tanꝗ mel. In hac ſi/
quidem viſione oſtēdit. ꝙ liber ſacre ſcri
pture primo requirit diſcipulū vel lecto
rem expeditum. ⁊ ideo dicit. Abij ſcʒ a cu/
ris mundi vel carnis quorum ſcʒ occupa
tio impedit ⁊ ſtudiū ⁊ fructum ſapientie.
Solicitudo enim ſeculi ⁊ fallacia divitia/
rum ſuffocat verbum Math.xiij. Itē re
quirit auditorem devotum qui non tam
lectione ꝗ oratione ſacre ſcripture intelli
gentiam querat. Unde dicit. Abij ad ange/
lum ideſt chriſtum dicens ei ſcilicet oran/
do vt daret mihi librum ideſt intelligētiā
ſcripture Sapien.vij. Optaui ⁊ datus eſt
mihi ſenſus invocaui ⁊ venit in me ſpūs
ſapientie. ¶ Item requirit hominem ſtu
dioſum. Primo ad capiendum ſcʒ doctri
nam ſacre ſcripture quaʒ capere debet au
diendo ⁊ legendo Apo.j. Beatus qui au
dit ⁊ qui legit vba prophetie.i. libri hui⁹
Oportet eſſe ſtudioſum etiam ad audien
dum ſcilicet in memoria. vnde dixit: ⁊ de
vora illum ſcilicet memorie commendā/
do ⁊ opere implendo. ⁊ hoc cum quadaʒ
auiditate que notatur in verbo devorādi
¶ Item requirit hominem vigoroſuʒ q
propter amaritudinem ſeu laboreʒ qui ē
in diſcendo ſiue intelligēdo vel implēdo
non omittat eam quia ſicut ex vna parte
videtur eſſe difficilis ⁊ amara ita ex alia ē
dulcis ⁊ ſapida. Eſt.n. difficilis ad intelli/
gēdū ⁊ amara.i. penoſa ad opere implen/
dū. Et ideo dicit. faciet amari. ven.tuuʒ.i.
carnalitatem ſiue humanitatem tuā que
eſt mollis ⁊ fragilis. Et ideo graue eſt et
⁊ pēoſuʒ ſcripture monita implere. Facit
etiā liber divine ſcripture amaricare ven
trē aie ideſt mentem inquantuʒ ducit ho
minem in cognitionem propriorum defe
ctuū de quibus amaricatur. Deducit etiā
in contemplationem divinoruʒ ⁊ celeſtiū
⁊ quanto ei fit dulce quod intus videt tā
to in amaritudineʒ vertitur omne quod
foris ſuſtinet. Sed ex alia parte ſcriptura
dulcis eſt ⁊ ſapida. Unde ſubditur. Sed in
ore tuo erit dulce tanꝗ mel quia ſcilicet
ſacra ſcriptura licet ſit difficilis ad intelli/
gendum ⁊ penoſa ad implenduʒ tñ eſt de
lectabilis ad predicandum ps. Quaʒ dul/
cia faucibus meis eloquia tua ſuper mel
ori meo.

¶ Capitulum.xxxj.

Spes multa bona facit in
aia. Et h̄ oſtēdit in viſiōe
bti Johis ꝗ̄ habet Apo.
viij. Ubi dr̄ ꝙ ſecūdus an
gelus tuba cecinit ⁊ mōs
magn⁹ igne ardēs miſſus
ē in mare ⁊ facta eſt tertia ps marꝭ ſāguis
⁊ mortua eſt tertia ps creature ꝗ̄ habebat
aias i mari ⁊ tertia ps nauiū interijt. ¶ Se/
cūdus angelus ē ſpes ꝗ̄ eſt ſcda vt⁹ theo/
logica. hec tuba canit qñ penitēti veniā ꝑ
mittit. ⁊ tūc mōs magn⁹.i. aius ſubleuat⁹
igne ardēs.i. charitate feruēs mittit i ma
re.i. i amaritudinē timorꝭ ⁊ dolorꝭ. ⁊ tūc
fit tertia ps maris ſanguis. ꝑma ps ē ama
ritudo timoris. ſcda doloris. Ex his dua
bus aliqñ ſeqt tertia.i. amaritudo deſpa/
tionis. ſʒ hāc oino excludit ſecuritas ſpei
⁊ ꝯuertit in ſanguinē.i. in pnie aſpitateʒ ⁊
carnis mortificationē. ¶ Itē ꝑma ps eoꝝ
ꝗ hñt aias in mari eſt timor pene mūdi.
ſcda timor purgatorij. tertia timor pene
iferni ⁊ hec mouit. qꝛ hūc timorē ſpes ſa/
lutis excludit. ¶ Itē ꝑma ps nauis hūane
mentꝭ ſūt cogitatiōes neceſſarie ꝗ̄ ſūt circa
illa ꝗ̄ ſūt de neceſſitate ſalutꝭ. ¶ Scda pars
ſūt cogitatiōes ꝑfecte ꝗ̄ ſūt circa opa ſup/

erogatiōis q̄ nō ſunt de neceſſitate ſʒ de ꝑfectiōe. tertia ps ſunt cogitatiōes vane circa vanitatē. hec tertia ps interit canēte tuba ſcōi angeli. i. ſpe ꝓmittente veniā ⁊ miſericordiaʒ dei ps. In ſpū vehementi conteres naues tharſ. i. cogitationes querentes vana huius mundi.

℄ Capitulum. xxxij.

s Pirituales viri aſſimilantur illis rotꝫ q̄ deſcribunt̄. Eze. j. vbi dicit̄ ꝙ ſtatura erat rotꝫ ⁊ altitudo ⁊ horribilis aſpect⁹ ⁊ totuʒ corpus plenū oculis i circuitu ipſoꝝ q̄ttuor. In qbus v̄bis qnqʒ cōditiones ſpūaliū viroꝝ exprimunt̄. ℄ Pria eſt rectitudo iuſticie q̄ figurat̄ i ſtatura rotarū. qꝛ. n. ſtare dicimus id qđ firmū ē vel rectū. nō. n. dr̄ ſtare ille q iacet vel ille q vadit. Ideo ſtatura iportat rectitudinē ⁊ firmitatē. q̄ duo cōpetūt ſpūalib⁹ viris. i. his q ſpū dei agunt̄. ſ. rectitudo opis ſm illud Spūs tuus bon⁹ deducet me in terrā rectā: ⁊ ſtabilitas volūtatꝫ q̄ ē ex robore ſpūſ ſancti ſm illud Ephe. iij. det nobis corroborari p ſpūm ei⁹ in iteriori hoīe. Hoc. n. ſtabilitatꝫ robur gr̄a ſpūſſancti facit Heb. xiij. Optimū eſt gr̄a ſtabilire cor. Et de hac ſtatura ſpūalis viri dicitur Can. vij. Statura tua aſſiſ̄ata eſt palme q̄. ſ. directe creſcit ⁊ diutiſſime viuit. ℄ Secūda ē promptitudo obediētie. qꝛ aſſiſ̄atur rotis. Nā ſic̄ rota vndiqʒ ē parata ad motū ita ſpūales viri ſunt in oīb⁹ parati ad obediendū ſm illud ps. Paratū cor meū deus paratum cor meū. Hāc ꝓmptitudinē obediētie facit ſpūs hūilitatis q ē intus eis. Vn̄ dr̄ Eze. j. Cū euntibus ibāt ⁊ cum ſtātib⁹ ſtabāt. ⁊ cū eleuatis a terra pariter eleuabant̄ ⁊ rote ſequētes ea. qꝛ ſpūs vite erat in rotis. ℄ Tertia eſt altitudo ſapientie. ſ. in contēplatione celeſtiū ⁊ diuinoruʒ. Vn̄ dicit ꝙ altitudo erat rotis. Nā ſapiētis ē ꝯſiderare altiſſimas cauſas vt dicit Phs in primo Metaphy. Iſa. xiiij. Extollaʒ te ſuper altitudinem nubium ideſt rerū mutabiliū qꝛ nubes maxime ſunt inſtabiles ⁊ continue tranſmutātur. Quarta eſt trepidatio vindicte. ſemper eni aut peccata preterita aut delicta pńtia etiam parua ex ira diſtricti iudicis in ſe ferri metuūt. ⁊ ſine fine gehēne ſuppliciū formidando attendūt. Vn̄ dicit ⁊ horribilis aſpectus. vbi Greg. Horribilis aſpect⁹ ē terror gehēne q ſine fine reprobos cruciat. ⁊ ſemper i cruciatu conſeruat. Vn̄ tanta eſt illius pene acerbitas ⁊ ꝓfunditas qđ eſt horror non ſolum ſuſtinentibus ſʒ etiam aſpicientibus Iob x. Terrā tenebroſam ⁊ opertam mortꝫ caligine. terram miſerie ⁊ tenebraꝝ vbi vmbra mortis ⁊ nullus ordo ſed ſempitern⁹ horror inhabitat. ℄ Quita ē circūſpectio prudētie quia totum corpus plenuʒ erat oculis in circuitu ipſoruʒ quattuor. Per iſtos enim oculos intelliguntur cautele ⁊ circumſpectiones prudentiuʒ quibus ſancti ⁊ ſpūales viri tanq̄ vere prudētes in omnibus abundant. Naʒ ſpūalis homo diiudicat omnia ⁊ iſti oculi dicuntur eſſe in circuitu. qꝛ diabolus nos ſuis laqꝫis vndiqʒ circūcingit. propter qđ de eo dicit petrus. ꝙ tanq̄ leo rugiens circuit querēs queʒ deuoret. ⁊ ideo contra eum ex omni parte neceſſaria eſt cautela. Sed ideo dicuntur eſſe in circuitu ipſoꝝ quattuor. ſ. animalium ſm Gregorium ſuper Ezech. omelia. vij. circa principium. vel ipſarum quattuor ſcilicet facierum. Nā ſupra premiſerat ꝙ apparuit rota vna habens q̄ttuor facies que videbantur quaſi q̄ttuor rote quia. ſ. ſancti viri precipue in q̄ttuor partibus habent cautelas ⁊ circūſpectiones. ſcʒ retro circa preterita per memoriam. ante ſcʒ ad futura per prouidentiaʒ. a ſiniſtris. i. ad ꝓſpera per deſpectum: a ſiniſtris. i. ad aduerſa per exercitium. Nā ꝓſpera mūdi reſpiciendo deſpiciūt. ⁊ aduerſa ad virtutis exercitium ſuſcipiunt. Vel hn̄t oculos retro. ſ. ad mala ne inficiant. ⁊ ante. i. ad bona ne deficiant Grego. Corpora animalium idcirco plena oculis deſcribuntur qꝛ ſanctoꝝ actio ab omni parte. ſ. circūſpecta eſt bona deſiderabiliter ꝓuidēs mala ſolerter cauens. Eſt enim neceſſariuʒ oculos hr̄e ad mala. i. ad vitia. qꝛ vitia plerūqʒ ſe palliant ſub ſpecie virtutū

Nā ſuperbia fingit ſe eſſe libertatē: timor fingit ſe eē humilitatē tēacitas ſiuē auaritia fingit ſe eſſe parſimoniam. prodigalitas fingit ſe eſſe largitatē vel miſericordiam. vñ ſicut dicit Grego. Hoc eſt laborioſius vbi mens ſanctorū inuigilat. ne ſe ante eorum oculos mala ſub bonorum ſpecie abſcondant. ¶ Itē neceſſariū eſt habere oculos ante ſcʒ ad bōa ne deficiāt. Naʒ plerūqʒ dum hō intēdit ad quedā bona negligit quedā alia: ⁊ vbi negligimus ibi procul dubio oculū nō habem⁹. quod patet Lu. vj. exēplo pharisei. q habuit oculos ad gratitudinē dicens. Gratias ago tibi ⁊c. Ad abſtinentiam. ieiuno bis in ſabbato Ad miſericordiam. decimas. do. o. q̄. poſ. Ad iuſtitiam. q: non ſum ſicut ceteri hominū iniuſti raptores. ad continentiā ⁊ adulteri ⁊c. Sed ad mentis cuſtodiaʒ. i. humilitatem oculum non habuit. q: ſe ceteris hominibus pretulit Greg. Quid ꝓdeſt ꝙ contra hoſtiuʒ inſidias tota ciuitas caute cuſtoditur ſi vnum foramen aptuʒ relinquitur vnde ab hoſtib⁹ itret. ¶ Iteʒ ſancti viri habent oculos a dextris ſcilʒ ad beneficia ne officiant. Nam valde cauenduʒ eſt ne vnde hō ꝓxio ſuo ꝓdeſſe intendit inde magis ei noceat. Vnde apoſtolus dicebat. ij. Corin. ij. Si cui aliquid donaſtis ⁊ ego. Nam ⁊ ego quod donaui ſi quid donaui propter vos in pſona xpi vt non circūuēniamur a ſathana. non. n. ignoramus cogitationes eius. Ecce circūſpectus magiſter ſic donare ideſt parcere voluit vt non diſpliceret nec ſcandalū daret diſcipulis quia ſciebat ꝙ ſathanas ide ſolet cordi alterius ſcandalum immittere vnde alterum conſpicit pietatis negotiū feciſſe. ⁊ ideo multuʒ attendenduʒ eſt vt etiaʒ bonum quod fit vtiliter ⁊ caute fiat ¶ Item debent etiam eſſe oculi a ſiniſtris ideſt ad ſcandala ne veniāt ſcilicet ex culpa ſua ꝗuis. n. neceſſe ſit vt veniant ſcandala. Ve tamen homini illi per quē ſcandalum venit. quod intelligendū eſt de ſcādalo actiuo quod eſt ex culpa propria ſcʒ vel bonum omittendo. vel malum augēdo. vel ſtudioſe nocendo ⁊ huiuſmodi. Sed de ſcādalo paſſiuo qđ eſt ex culpa alteri⁹ non eſt tm̄ curandū ꝙ propter hō bonū dimittatur precipue bonū ad qđ homo tenetur ſi ſine hmōi ſcandalo fieri nō poſſet. Vnde dñs non curauit de ſcandalo phariſeorum ⁊ tamen curauit de ſcandalo gentilium petentium ab eo tributū vt habetur Math. xvij.

¶ Capitulum. xxxiij.

TEntatio occulta in cordis cogitatōe eſt ſicut pollutio ſomnij in dormiēte. dr. n. Deu. xxiij. Si fuerit inter vos hō q nocturno pollutus ſit ſōnio egredieť ex caſtra ⁊ nō reuerteť priuſq̄ ad veſperū lauetur aq̄. ⁊ poſt ſolis occaſum regredieť in caſtra. In qb⁹ vbis primo intellige ſomnij pollutionē cū dr. Si fuerit iter vos ho. q. no. pol. ſit ſo. Nam ſicut dicit Grego. Nocturnū ſomniū eſt tentatio occulta. p quā tūc hō polluiť. quando tenebroſa cogitatione turpe aliqd corde concipiť. qđ tamen corporis opere nō expletur. Et cā quare aliquando ſpūales viri talib⁹ cogitationibus vel tentationibus moleſtanť eſt ſicut Grego. dicit ꝙ libenter ſe occupant in aliquibus actibus terrenis etiam licitis: quia cum vel in minimis terrena actio per deſiderium tangitur creſcēte cōtra nos antiqui hoſtis fortitudine mens noſtra nō minima importunitate tētationis inquinatur. ¶ Secūdo conſidera polluti excluſionem cum ſubditur. Egredietur extra caſtra. Greg. Dignum eſt vt qui immunda cogitatione polluitur indignū ſe ceterorum fidelium ſocietatibus arbitretur culpe ſue merituʒ ante oculos ponat ⁊ ex bonorum ſe extimatione deſpiciat. Pollutuʒ ergo extra caſtra exire ē turpi cogitatione laborantem ſeſe ex continentium comparatione deſpicē. ¶ Tertio aduerte excluſi purgationē. cū ſubdiť ⁊ non reuerteť quouſqʒ ad veſperū laueť aq̄. Grego. ad veſperū aq̄ abluiť cuʒ defectū ſuū ꝯſpiciens ad pnie lamenta ꝯuertitur vt fletibus diluat omne qđ aiaʒ occulta ignatio accuſat ſs. Ad veſperū demor

rabitur fletus ⁊ ad matutinum leticia. Et
hinc eſt ꝙ Leuit. i. mandatū fuit ꝙ mem/
bra hoſtie in fruſta conſciſa ⁊ caput ⁊ cun
cta que adherēt iecori igne comburerē/
tur. Pedes vō ⁊ inteſtina prius aq̄ laua/
rentur. Iſta hoſtia eſt homo q ſe ipſuȝ of
fert ad ſeruitium dei cuius membra tunc
conciduntur in fruſta cū eius vite opera
ſunt virtutibus diſtincta. Et tunc ſuper
igneȝ ponuntur qñ cum feruore amoris
⁊ deuotionis deo offerunt. Caput autē ⁊
ea que iuxta iecur continētur incendimꝰ
cum in ſenſu noſtro quo omne corpus re
gitur atqȝ i occultis deſiderijs flāma diui
ni amoris ardemus. Pedes auteȝ qui ter
ram tangunt ſunt terrene occupationes.
Inteſtina vō in quibus ſtercora portant
ſunt cogitationes imunde. Vnde Grego.
Cum cogitationes noſtras imunda cogi/
tatio inquinat quid aliud ꝙ̄ inteſtina ho
ſtie ſtercus portant. Habet ergo pedes ⁊
inteſtina ille qui duȝ terrenū aliquid agit
nōnulla etiaȝ illicita in corde conſpicit. ſȝ
hec vt comburi debeāt lauentur. quia ni/
mirum neceſſe eſt vt ante imundas cogi/
tationes timoris fletꝰ diluat ꝙ̄ in acceptio
ne ſacrificij ſupernus amor incēdat. vt tā
to ſuauiꝰ in conſpectu ſui ſpectatoris ar/
deat. quanto cuȝ ei aſſiſtere ceperit nil ter/
renum ſecum vel lubricū in actu ſue ora/
tionis imponit vt dicit Grego. ¶ Quar/
to nota purgati reuerſionem cum ſubin/
fertur. Et poſt occaſum ſolis regredietur
in caſtra. Tunc ſol occubuit cum ardor tē
tationis per lachrymas penitentie defer/
ueſcit. Et tunc qui pollutus fuerat ad ca/
ſtra redit. qꝛ tunc in ſocietate bonorū cōſi
dit. Vnde Grego. Poſt quam quippe oc/
cumbente ſole ad caſtra reuertitur. q poſt
lamenta penitentie frigeſcente flamma co
gitationis illicite ad fidelium merita pre/
ſumenda reparatur. vt iam ſe a ceteris lō
ge eſſe nō exiſtimet qui mundū ſe per ha/
bitum intimi ardoris gaudet. ¶ Iteȝ ten/
tatio triplex eſt q̄ deſcribitur in prima vi
ſione Ezechiel vbi dicitur. Vidi ⁊ ecce vē
tus turbinis veniebat ab aquilone ⁊ nu/
bes magna ⁊ ignis inuoluens ⁊ ſplendor
in circuitu eius ⁊ de medio eius quaſi ſpe
cies electri. Vbi primo notatur tentatio/
nis periculum ex tempeſtate veniente. ſe/
cundo remediuȝ ex ſplēdore circundante
tertio p̄mium ex electro apparente. Peri
culum oſtenditur triplex ſm triplicē ten
tationis gradum quorum primus ꝑtinet
ad tentationē ſuperbie cum dicitur. Ecce
ven. tur. ve. ab. aqui. Greg. Ventus eſt ten
tatio mentis. propria auteȝ mentis tenta/
tio eſt tētatio ſuperbie que habet cor ele/
uare. vnde aſſimilatur vento. qꝛ ſicut ven
tus eleuat corpora leuia: ita ſuperbia ele/
uat corda vana. Job. vij. Vir vanus in ſu
perbia erigitur. Sed nota ꝙ qui vento fla
te aſcendūt eo quieſcente ruunt. Sic qui
ſuperbia vel fortuna blandiente extolli/
tur ea ceſſante corruunt ⁊ eliduntˀ. vnde
iob. xxx. Eleuaſti me ⁊ quaſi ſuper vētum
ponens eliſiſti me valide. Sed quia ſuper
bia eſt mentis non ſoluȝ eleuatiua ſed eti
am perturbatiua ideo tentatio ſuperbie
vocatur ventus turbinis quia ſicut tur/
bo obſcurat ⁊ turbat aerem ſic etiam ipſa
ſuperbia obſcurat ⁊ turbat menteȝ. vnde
Job. iij. Noctem illam tenebroſus turbo
poſſideat. Turbo poſſidet noctem cuȝ ſu
perbie tentatio cecat mentem. Et dicitur
tenebroſus quia oculuȝ cordis obſcurat
Bernardus de. xij. gradibus humilitatis
Sup̄bia oculum mentis obſcurat ⁊ veri/
tatem obumbrat. Turbo auteȝ dicitur qꝛ
turbat ſcȝ ſuperbientis animuȝ. quia facit
ipſum amarum rancoroſum inquietum
ps. Conturbati ſunt montes id eſt ſuper/
bie. Hugo de ſancto victore in libro d̄ ar/
ra anime. Signa ſuperbie ſunt clamor in
locutione amaritudo in ſilentio diſſolu/
tio in hilaritate furor i triſticia honeſtas
in imagine inhoneſtas in actione rancor
in reprehenſione. Et qm̄ iſta tentatio eſt
quaſi diaboli propria. quia ſuperbie vitiū
ab eo accepit inicium. ⁊ ideo ſubditur ꝙ
iſte ventus veniebat ab aquilone id eſt a
diabolo ſuperbo. Ipſe enim ſuperbiens
dixit Iſaie. xiiij. Sedebo in mōte teſtamē
ti in lateribus aquilonis: aſcendam ſuper
altitudinem nubium ⁊ ſimilis ero altiſſi

mo. vnde Hugo de ſancto victore dicit i libro predicto. Superbia in celo nata eſt ſed velut immemor qua via inde ceciderit illuc poſtea redire non potuit. ¶ Secunda tentatio eſt luxurie ſiue carnis. Et hec vocatur nubes magna quia rationez offuſcat. Sicut enim nubes denſa offuſcat aerem lumen ſolis intercipiendo. ſic concupiſcentia carnis offuſcat mentē lumen rationis obumbrando. vnde Greg. nazanzenus dicit ꝙ caro velut nubes quedam groſſa ſe anime obijciens conſiderare eā diuini luminis radios nō ſinit Eze. xxxij. Solem .i. rationis lumen nube tegā Augu. in libro confeſſionum. Exhalabāt nebule de limoſa concupiſcentia carnis ꝛ ſcatebra pubertatꝫ. ꝛ offuſcabant atqꝫ obnubilabāt cor meum ita vt non diſcerneretur ſerenitas dilectionis a caligine libidinis. Sꝫ magna dicitur ratione generalitatis quia generaliter quaſi omni homini ineſt pugna carnis. Nā omnes de carnis peccato ꝓpagati ſunt: vnde omnes intra ſemetipſos gerunt vnde certamina ſētiunt Grego. In hoc mundo cuꝫ noſtris tentationibus naſcimur ꝛ caro aliquādo nobis adiutrix eſt in bono opere. aliquando ſeductrix in malo. ¶ Itē eſt carnis tētatio magna cōtinuitate Hiero. in epiſtola. Quocūqꝫ pergimꝰ nobiſcum inimicuꝫ ideſt carnē portamus. ꝛ ideo pugna ineuitabilis eſt ꝛ continua. ¶ Item eſt magna difficultate Augu. in quodā ſermone. Inter omnia certamina xpianorūꝫ duriora ſunt caſtitatis prelia. Nā ibi continua pugna ꝛ rarior eſt victoria. Eſt eniꝫ ipſa caro inimicus familiaris ō quo Boetiꝰ dicit ꝙ nulla peſtis efficacior ad nocendum ꝙ familiaris inimicus. ¶ Tertia tētatio eſt auaritie. ꝛ hec eſt a mundo. ꝛ hec dicit ignis inuoluēs. ignis ſcꝫ ꝓpter inſatiabilem ardorēꝫ. quia ſicut ignis non ſatiatur lignis ſꝫ illud Prouer. xxx. Ignis nunꝙ dicit ſufficit ita nec auarus pecunijs Eccl i .v. Auarus nō implebitur pecunia ꝛc. Inuoluēs autēꝫ dicitur propter implicationem. Multe eniꝫ ſunt inuolutiones ꝛ implicationes hominum auarorum Job. vi. Inuolute ſunt ſemite greſſuum eorū. inuoluūt eni ſe multꝫ curis. multis negotijs. multis peccatis .i. Thi. vi. Qui volūt diuites fieri incidūt in tentationē ꝛ in laqueuꝫ ꝛc. ¶ Secūdo ponitur tentationū remediū. qꝛ ſplendor in circuitu eius. Circunſtat eniꝫ hominem tentatum ne a tētatione vincatur triplex ſplendor ſcꝫ ſplēdor ſcripture ipꝫ informans. ſplendor angelice cuſtodie ipſum confortans. ꝛ ſplendor diuine iuſtitie vincenteꝫ coronās. vnde .i. Thimotei. vi. poſtꝙ dixit. Bonum certamē certaui. addidit. in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitie. Iſa. quinquageſimo. Implebit ſplendoribus animam tuam. ¶ Tertio ponitur tentatoruꝫ ꝛ victorum premium quia de medio eorum quaſi ſpecies electri. de me. e. ſcilꝫ. vē. nu. ꝛ ignis. quia ſcilicet ex tentationū pugna trahitur corone materia que in electro ſignatur. Vel in electro ſm Gregorium ſignificatur chriſtus qui eſt tentatorum et victoꝝ primū. Electrū enim ſicut Grego. dicit ex auro ē ꝛ argēto. dū āt miſcent argētū creſcit i claritate. aurū vo a fulgore ſuo palleſcit. Sic dū hūanitas xpi i maieſtatꝫ gliam excreuit diuinitas a ꝓprij fulgoris potētia ſe humanis oculis tēperauit. Et ita in xpo ꝗſi dū palleſcit aurū fulget argētū. ergo electrū de medio xps eſt q iā exiuit ꝛ triūphauit de pugna tētationū. Ipſe. n. tētatus fuit a carne fameſcente qꝛ cū ieiunaſſet. xl. diebus ꝛ. xl. noctibꝰ poſtea eſurijt. Item a diabolo pſuadente qꝛ accedēs tentator dixit ei ꝛc. Itē a mundo alliciēte cū oſtēdit ei oia regna mūdi ꝛ gloriā eoruꝫ ꝛ dixit. Hec omnia tibi dabo. Sꝫ tn̄ xps de oibꝰ triūphauit ꝛ ideo hoc electꝝ ō medio haꝝ tētationū iā exeptū iducit i exemplū. imo ēt in ꝑmiū ſiue i preciū ſi ipſas tētationes vicerimus. ita vt ex hoc electro fabricet ꝛ mōeta ꝗ dabitur in preciuꝫ laboris. ꝛ corona que reſeruatur i premiū victoris: ꝛ letificabimur ſi quidē ex ſplendore auri. ꝛ inſup ex cādore argēti. qꝛ tam ex viſiōe deitatis ꝙ humanitatis chriſti delectabimur ꝛ reficiemur i patria vt dicit Aug. ſup illud Joh.

x. Ingredietur et egredietur et paſcua inueniet. ¶ Itē tentat et impugnat nos diabolus aliqn̄ de vana glīa. aliqn̄ de ſuperbia. aliqn̄ de inuidia. aliquando de luxuria. Et hec pugna tētationū figuratiue exprimitur i viſione ſomnij q̄ habetur Dan. vij. vbi dicitur q̄ daniel ſōniū ſcribēs breui ſermone cōprehēdit. ſūmatimq̄ perſtrigens ait. Videbā in viſione mea nocte. et ecce q̄ttuor vēti pugnabant i mari magno. et quattuor beſtie magne aſcendebāt diuerſe inter ſe. ¶ Prima q̄ſi leena. et q̄ſi alas habebat aqle. aſpiciebam donec euulſe ſūt ale eius. et ſublata eſt de terra et ſuper pedes quaſi homo ſtetit. et cor eius datū eſt ei. Et ecce beſtia alia ſimilis vrſo i parte ſtetit. et tres ordines erant in ore eius. et in dentibus eius. et ſic dicebant ei. Surge comede carnes plurimas. Poſt hoc aſpiciebam: et ecce alia q̄ſi pardus et alas habebat auis quattuor ſuper ſe. et quattuor capita erant in beſtia. et et poteſtas data eſt ei. Poſt hoc aſpiciebā in viſione noctis et ecce beſtia quarta terribilis atq̄ mirabilis et fortis nimis dentes ferreos habebat magnos comedēs atq̄ comminuens. et reliqua pedibus ſuis cōculcans. Diſſimilis autem erat ceteris beſtijs quas videram ante eā. et habebat cornua decē. ¶ Primus ergo ventus eſt ambitionis tentatio. qui flat ab oriente ideſt ab originis nobilitate que frequenter eſt ambitionis occaſio. Beſtia autem hoc flatu excitata ſuperbia eſt. que ē quaſi leena habens alas aquile. que ſunt ſublimitas et poteſtas. Et hec beſtia tūc euellitur quando homo ſuperbus a ſtatu ſuo deijcitur. Et tunc hec beſtia ſtat ſup pedes ſuos. quia tunc iam nō ſtat. vel i equo. vel ſup alios homines. Et cor eius datur ei ideſt vera cognitio ſue fragilitatis et vilitatis. ¶ Secundus vētus eſt tentatio inuidie. qui flat a meridie. quia de proſperitate bonorum dolet inuidia. Eſt eni in regione meridiana abundantia bonorum. Beſtia hoc flatu excitata eſt detractoria lingua que beſtia eſt ſimilis vrſo qui libenter mel comedit. quia dulce eſt in ore inuidi mala de alijs loqui. Vnde delectatur inuidus cum videt aliena mala ſicut dolet et triſtatur cum videt aliēa bona Iuxta illud Oratij poete. Inuidus alterius rebus marceſcit opimis. propterea ē ei dulce loqui de malis proximi. Hec beſtia in parte ſtetit quia inuidus quandoq̄ hominem in parte laudat Tres ordines dentium habuit quia inuidus habet tres modos detrahendi ſcilicet mala augendo. bona minuendo. et indifferentia vel dubia peruertendo. ¶ Tertius ventus eſt tentatio luxurie flans ab occidente ideſt a carne iugiter ad occaſum ſiue mortem tendente. Quottidie enim appropinquamus morti Iuxta illud. Omne quod eſt genitum tendit ad interitum Beſtia hoc vento excitata eſt carnis concupiſcentia que ſimilis pardo dicitur. q̄ varij colorum ꝓꝑ varietatē deſideriorum. Hec habet quattuor capita. ſ. ociū ſuauitatē veſtium et cōſilium. delectabilitatē epularū et carnale opus. Quattuor āt ale que eā erigūt ſunt iuuētus. ſanitas. pulcritudo et nobilitas. Et hec ſūt vt ale milui qbus volat ad ſordes carnales. ¶ Quartus ventus flans ab aquilone ē tētatio crudelitatis q̄ ē in potētibus reſpectu ſubditorum. ad quā ptinet q̄rta beſtia q̄ ē ceterorum crudelior q̄ cetera cōminuit et ꝯculcat. Cornua eius ſūt ꝓpoſiti et ſatellites. et miniſtri ſue crudelitatis qui quos ꝯculcare n̄ preualēt ſaltē accuſando ledere nitūtur. quia aūt in predicto ſomnio dicitur q̄ q̄ttuor vēti pugnabāt in mari magno. Notādū ē q̄ mare ſomniatum ſicut dicūt ſōniorum interpretes. qn̄q̄ refertur ad regnorum mutabilitatē. ſicut i hoc ſomnio Danielis vbi ꝑ mare grāde itelligitur vniuerſale imperiū mūdi. et ꝑ q̄ttuor vētos pugnātes in eo intelligūtur āgelice poteſtates laborātes pro ipſis impijs et regnis mundi vt exponūt gloſe. Aliqn̄ vero refertur ad hominū ꝓſperitatē. Vn̄ dicūt ſomniorum interpretes. q̄ ſi qs viderit ꝑ ſomnū q̄ i mari cepit piſces hamo inueniet diuitias a rege ſm rōnem captionis. et ſimiliter ſi retibus ꝑ rectū obſequiū ditabitur ab eo ſcʒ rationē captiōis. ¶ Itē dicūt q̄ ſi qs ſōniet q̄ ſecus litus maris ambulādo lauet pedes appropinquabit regi et grām inueniet pu

nes illū ſcdm ratione; ambulationis ⁊ ſi
mare intrauerit vſq; ad femora ⁊ lauerit
familiaris efficieṫ regi ⁊ letabitur ſcdm ra
tionē ablutionis. ¶ Itē dicūt ꝙ ſiqs ꝑ ſō
mum de primo mare videat tranquillu;
omnē triſticiā abijciet ⁊ gaudebit. Quan
doq; vo referṫ vt dicūt mare ſomniatu;
ad hominū aduerſitatē. Nā ſi quis in ſō
nio mare itrauerit vſq; ad verticem ſoli
citudine ⁊ tribulatōe ⁊ neceſſitate maxia
verabiṫ ꝑ regē: terminabiṫ aūt hoc ſcdm
rationē abſentie eius a terrā. Nā ſi parū
biſſet mior ſi multū vehemētior afflictio
erit. ¶ Itē ſi qs ſomniet ſec⁹ litus maris
ſe ire ⁊ pedes ignauerit tribulabiṫ a rege
ſecūdū rationē ingnamēti. ¶ Itē ſi rex ꝑ
ſomniū videat mare ꝑturbatū ꝑturbabiṫ
i regno ſuo. ¶ Itē q; i pfato ſomnio Da
nielis dr ꝙ ſecūda beſtia que ē ſilis vrſo
hēbat in ore tres ordines ſc; dētiū. No
tādū ꝙ ſcdm interpretes ſomnioꝝ den
tes ſomniati variā hñt ſignificatōes. Nā
aliqñ referuntur vt dicunt ad principū
vel regnorum dignitatē ⁊ ſic accipiēdo in
hoc ſomnio Dan. q; illa ſcda beſtia vrſo
ſimilis regnū pſarum ſignat. qd vrſō ſile
perhibetur ꝓpter patiētiā laboris ⁊ par
citatē vict⁹. Nā ꝓ pulmēto ſale vtebaṫ
⁊ cardomomo. ſed aſſilatur vrſo nō i to
to ſed in pte qm contra populu; di nihil
crudeliter egit. tres aūt ordines dētium
habuit. i. a principio tria regna. ſ. pſarum
medorū ⁊ chaldeorū. Vel tres dentiū or
dines tres pricipes ſup. cxx. ſatrapas ha
bebat. ¶ Quādoq; vo dētes ſomniati vt
dicunt cōmuniter referūtur ad cōſangui
neorum ſomniantis varietatem. Nam
duo dentes anteriores ſignificant filios
parentes ſeu fratres vt magis primos
de conſanguineis. Qui vero ſequūṫ āte
riores quattuor cōſobrines ⁊ remotiores
cognatos. Caninus dens firmamētū do
mus ſignificat ⁊ generis hoīu;. Molares
vo ſignificāt puer os. ⁊ ſuperiores quidē
maſculos. iferiores vo femininum ſexū.
Paſſiones ergo dentium ſomnitate ad
ipſorum conſanguineorum referūtur ad
uerſitatem. Nam ſiquis intuitus per ſō
nium fuerit aliquos de anterioribus dē
tibus moueri ac dnigrari ac ſcaturire ver
mibus. ſignat ꝙ aliquis ex his quos dixi
mus per āteriores dētes ſignificari egro
tabit: ⁊ ſi aliquē illoru; dentium viderit
cecidiſſe morieṫ ꝓpīquior de linea cōſan
guinitatis. Si vo aliquem de dentibus
qui ſequuntur anteriores viderit motū
fore aut confractu; aut aliquid paſſum.
cladem ſignat alicuius cognatorum pre
dictorum: Si vo erutus videatur perdē
dit mortem. Si vo caninum dentem qs
viderit confractum maior domus vł ge
neris eius periclitabitur. Si autē viderit
eum dnigrari vel vacillare egrotabit ille
⁊ tribulabitur. ¶ Itē ſi videat ꝙ caninus
dens elōgatus fuerit in tantū ꝙ impedi
at comeſtiōe; ⁊ os claudere. maior dom⁹
ſue ⁊ generis erit impedimentū cunctis ⁊
ꝓhibitio. ſed tamen ſuſcipiet correptōe;
cum dentis exceſſus habentis radice; fa
cile poſſit coequari. Hec dicūt ſomnioꝝ
interpretes ſed ego interpretatōib⁹ tali
bus communiū ſomniorum fidē eſſe po
nendā non exiſtimo q; nulla ratio mihi
claret quare huiuſmodi ſomnioꝝ imagi
nes humanarum reru; euentus tales re
gulariter conſequantur. Secus aute; de
illis ſomnijs ſentio. que diuina ſcriptura
refert. q; hominib⁹ ad eruditionē ipſoꝝ
a deo illa eſſe immiſſa nulli venire debet
in dubium chriſtiano. Vnde Job. xxxiij.
Per ſomniū i viſione nocturna quādo
irruit ſopor ſuper homines ⁊ dormiūt i
lectulo tūc apperit aures virorū ⁊ erudi
ens eos inſtruit diſciplina. ¶ Itē tentat
diabolus homines multipliciṫ fraudulē
ter. ⁊ iſtanṫ. quod oſtēditur Apocalypſ.
xij. vbi dicitur Ecce draco magnus ruf⁹
habens capita ſeptem. ⁊ cornua decem. ⁊
in capitibus eius ſepte; diademata. ⁊ cau
da eius trahebat tertiam partem ſtellarū
celi ⁊ miſit eas in terra;. ⁊ draco ſtetit an
te mulierem que erat paritura. vt cu; pe
periſſet filium eius deuoraret. Iſte draco
diabolus eſt latenter animabus hominū
inſidians. Ipſe enim dicitur leo vbi aper
te ſeuit ſ; draco vbi occulte decipit. ideo

duo ſunt contra eum neceſſaria. patiētia
contra ſeuitiam leonis. ⁊ prudētia cōtra
fallatiam draconis. ⁊ ꝑ iſta duo ſancti illu
dunt ei ꝑs. Draco iſte quem formaſti ad
illudēdum ei. Dicitur autem magnus ꝓ
pter poteſtatem nocēdi precipue quam
habebit in fine. Job. xli. Nō eſt poteſtas
ſuper terram que comparetur ei. Rufus
dicitur propter malitiaꝫ qua ſanguinem
⁊ morteꝫ hominis ab initio ſitiunt Joh.
viij. Jlla homicida erat ab initio. Dicitur
autem hr̄e ſeptem capita inquātum ſug
gerit ⁊ mouet ad ſeptē capitalia vitia. Di
citur etiā hr̄e cornua decē. inquātum in
ducit ad contemptum ⁊ tranſgreſſionem
decalogi ideſt deceꝫ preceptorum legis di
uine. Et in capitibus eius ſeptem diade
mata propter ſeptiformem tētationem.
per quam victores eius coronātur. Sūt
enim vt dicit Bernardus ſepteꝫ genera
tētationum. ¶ Prima eſt importuna que
ꝑtinaciter iſiſtit vt ſaltem vincat Job. xiiij.
Mons cadēs defluit ⁊ ſaxum trāſfertur
d̄ loco ſuo: lapides excauāt aque. ⁊ alluui
one terra paulatim conſumit̄. ¶ Scd̄a eſt
dubia que aīam ambiguitatis nubibus i
uoluit Job. xx. Cogitationes mee varie
ſuccedūt ſibi. ⁊ mens in diuerſa rapitur.
¶ Tertia eſt ſubita q̄ iudicium ratiōis ꝓ
uenit Threnorum tertio. Velociores fue
rūt ꝑſecutores mei auib⁹ celi. ¶ Quarta
ē occulta q̄ deliberationis cōſideratione
ꝓterfugit Dn̄ Job. xiij. Quātas habeo ini
quitates ⁊ peccata ſcelera mea atqꝫ deli
cta oſtende mihi Job. xli. Quis reuelauit
faciem indumenti eius. ⁊ in medium oris
eius quis intrabit: portas vultus ei⁹ qs
aperiet. i. quis aperiet occultas eius cogi
tatiōes. ¶ Quinta eſt violenta que vires
anime ſiue mentis tranſcendit Job. xxx.
Quaſi rupto muro ⁊ aperta ianua irrue
runt ſuper me ⁊ ad meas miſerias deuo
luti ſunt ¶ Sexta eſt fraudulēta que ani
mam ſeducit Pro. xiiij. Eſt via que vide
tur homini recta. nouiſſima autem eius
ducit ad mortem. ¶ Septima eſt perple
xa q̄ varijs vicijs ſimul īpedit Job. xxxix.
Procul odoratur bellum exhortatiōem
ducum ⁊ vlulatū exercitus. ¶ Seqtur q̄
cauda eius ideſt finalis intentio eius vel
ſimulata deceptio ē que malitiam tegit
ſicut cauda tegit turpitudineꝫ Jſa. ix. Pro
pheta loquēs mendacium ipſe eſt cauda
trahens tertiam partem ſtellarum ideſt
reprobos qui nec ſunt de parte inocētiū
nec de numero penitētium. ſunt tn̄ de nu
mero ſtellarum propter lucem ideſt co
gnitionem fidei quam habent ſaltem in
formem. Et miſit eos tractos ⁊ allectos
in terram ideſt in amorem terrenorum.
vt plus ea q̄ celeſtia diligāt. Sequitur q̄
draco. i. ipſe diabol⁹ ſtetit ſꝫ īceſſāter īſidi
do ante mulierez ideſt animam que erat
paritura ideſt opere impletura conceptū
ꝓpoſiti boni. Cum eni grauida ſit anima
in cōceptu boni propoſiti ſtatim in partu
inſurgit diabolus vt impediat partum.

¶ Capitulum. xxxiiij.

VJta hoīs ſpūalis aſſimilat
illi ſtatue quā ſōniauit na
buchodonoſor de q̄ dicit
Dan. ij. Tu rex videbas ⁊
ecce quaſi ſtatua vna gran
dis: ſtatua illa magna. ⁊ ſta
tua ſublimis ſtabat ꝯtra te ⁊ intuitus ei⁹
erat terribilis. hui⁹ ſtatue caput ex auro
optimo erat: pectus autē ⁊ brachia de ar
gēto. Porro vēter ⁊ femora ex ere. Tibie
autē ferree. pedum autem quedam pars
erat ferrea ⁊ quedam fictilis. Videbas ita
donec abſciſus eſt lapis de monte ſine ma
nibus. ⁊ percuſſit ſtatuaꝫ in pedibus eius
ferreis ⁊ fictilibus ⁊ comminuit eos. tūc
contrita ſunt pariter ferrum teſta es argē
tum ⁊ aurum. ⁊ redacte quaſi in fauillam
eſtiue aree ⁊ rapta ſunt a vento nulluſqꝫ
locus inuentus eſt eis. Lapis autem qui
percuſſerat ſtatuam factus eſt mons ma
gnus ⁊ repleuit vniuerſam terram. hoc ē
ſomniū. Jn hoc ſomnio ſatis deſcribitur
humane vite ſpiritualis varietas. ¶ Pri
mo quantum ad dignitatem conditionis
ecce ſtatua grandis ⁊c̄. ¶ Secundo quan
tum ad facilitateꝫ corruptionis: hui⁹ ſta
tue caput ⁊c̄. ¶ Tertio quantū ad difficul
tateꝫ reparationis. videbas ita donec ab

ſciſus eſt lapis ꝛc. Dignitas conditionis deſcribitur. quia ſtatua hec erat grādis ſublimis ꝛ terribilis. Sic vita ſpūalis hominis iuſti eſt grandis per fidem Heb. xi. Fide moyſes grādis factus ꝛc. ē ſublimis per ſpem Danielis. iiij. Proceritas ſiue ſublimitas eius contingens celum. ſ. per ſpez celeſtium. ſed eſt terribilis hoſtibus ꝑ charitatem. Cant. vi. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Ordinant enim caſtra virtutum per charitatem Canticoꝝ. ij. Ordinauit in me charitatē. Vel grandis in actiua. ſublimis in cōtemplatiua. terribilis in aduerſarioꝝ pugna. quā ſcʒ hʒ i vtraqꝫ vita. vel magna eſt eius correctio. ſublimis eius reparatio: terribilis ē eius ꝑditio ſiue dānatio. ergo magnitudo ſtatue i ꝯſideratione culpe. ſublimitas in ꝯſideratiōe grē. terror in ꝯſideratiōe pene. ſʒ ſeqꝛ Stabat ꝯ te. Hec ſtatua tūc ſtat ꝯ hoiem. qñ feditatē. i. infirmitatē ꝛ calamitatē mētis intuet. ꝛ qualis ſit ꝛ qualis eē poſſit ex hoc ei oñdit ps. Arguam te ꝛ ſtatuā ꝯ faciē tuā. ¶ Secūdo deſcribit vite ſpūalis corruptio. i. caſus mentis a ſublimitate virtutū ad ima vitioꝝ cū dicit. Caput huiꝰ ſtatue ex auro ꝛc. vbi oſtendit ꝙ huiꝰ ſtatue prima ps erat aurea. ſcda argētea. tertia erea. quarta ferrea. qnta teſtea paulati in deterius fit deſcenſus qꝛ nemo repēte fit turpiſſimus ſʒ gradatim deficiendo. qꝛ qui minima negligit paulatim deficit vel defluit. In auro ergo ſignificatur charitas q̄ ceteras virtutes ſupgreditur ſicut aur ceteris metallis anteferẗ. In argento veritas. quia argentū quo frequētiori vſu atterit eo vtiqꝫ clarius reddit. Sic veritas vehemēti diſcuſſiōe quo magis diſcutit eo melius cōmendat. ſic ꝛ veritatis conſilij erpientie vſu quo tritiora ſunt eo clariora. Charitatis ergo claritatē fulgor auri exprimit. q̄ celeſtis deſiderij igne flāmeſcit. In ere ſimulatio. es. n. argētuʒ imitat in ſono. ſʒ tamē multum diſtat in precio. Sic ſimulatio ſuauem dulcedinis cātum habʒ in ſermone. ꝛ ſuauiter reboat ꝛ dulciter reſultat in ore. ſed quantum ꝑ verbuʒ ꝛ exercitiū demulcet exterius. tātū ꝑ conſiliū ꝛ deſiderium pallet intrinſecus. In ferro crudelitas. Ferrū. n. cetera metalla comminuit ꝛ domat. Vnde conuenienter crudelitatis violentiam deſignat que reſiſtentia queqꝫ premit vt opprimat. In teſtā fictili fragilitas. Fictile enim de facili frangitur. ꝛ ideo per eam recte impatientie fragilitas deſignatur. Illi ergo habēt caput aureū qui incipiūt a feruenti charitate. vt qui ſunt ſpiritu feruentes in tribulatiōe patiētes. ꝛ ſoliciti in ope. aſſidui in lectione. deuoti in oratiōe. Charitas. n. patiēs benigna eſt: non inflatur. non emulatur. nō querit que ſua ſunt ꝛc. Sʒ tales aliqñ ex auro in argentuʒ mutātur. quia refrigeſcēte charitate operātur ex veritate ſiue bona deliberatione. ſʒ multum intereſt inter vtrūqꝫ ſtatum. qꝛ aliud ē operari bonum ex deſiderio. aliud ex cōſilio aliud operari cū magna delectatione. aliud ex ſola deliberatiōe. Hec conditio adhuc eſt bona ſcʒ operari ex vitate ſm illō Ioh. iij. Qui facit veritatem venit ad lucem. ſed prima erat optima. ſ. operari ex feruenti charitate Apoc. ij. Scio opa tua ꝛ laborē ꝛ patientiaʒ tuam. ſed habeo aduerſuʒ te pauca quia charitatem priſtinaʒ reliquiſti age ergo penitētiā ꝛ prima opa fac. Sʒ adhuc mens negligentior facta ex argēto mutatur in es quia ſcʒ bonū opꝰ. quod faciebat ex veritate. ad laudē hominum reſolutus poſtmodum actitat ꝑ humano fauore. Qui igitur blanduʒ ſe exhibet in ſermone. benignuʒ in facie. ſed peruerſuʒ in opere ꝛ voluntate. Iſte ꝑfecto abiecto argento iaʒ operatur in ere Eris. eniʒ more ſuauiter tinnit extrinſecus ſed voluntatis deprauatiōe palleſcit intrinſecus. Tali dicitur Apoc. iij. Scio opa tua quia nomē habes ꝙ viuas ꝛ mortuꝰ es. Sʒ deterior ē mutatio tertia. quia ex ere mutatur in ferrum. Interdum enim duʒ ficti hominis ignominia reuelatur icipit ſcordeſcere ꝛ vileſcere a quibus antea laudabatur. Et tūc contra eos deſpectus iraſcitur ꝛ indignatur ꝛ deteſtatur eos aliqñ ꝛ in eo ꝙ poteſt crudeliter pſequitur. quibus quantū poterat antea placere con-

batur. ⁊ ſic es in ferruꝫ mutatur. i. leuitas
in crudelitatē ꝯuertitur ⁊ mutatur. ¶ Se
quitur quarta mutatio ſeu cōiunctio fer
ri ⁊ teſte. qꝛ ſicut ſunt prompti ⁊ audaces
ad mala inferēda. ſic poſt illa ſunt puſilla-
nimes ⁊ impatientes ad tolerandum illa
ta vt recte mirari poſſis quomodo cōue-
nire poſſit ferrū cum teſta. i. tanta crudeli
tas cum tanta impatientia. Ecce ſtatua no
ſtra in qualem finem deſinit. quia poſt ca-
put aureum plantas fictiles accipit Thre
norum. iiij. Filij ſion incliti amicti auro ꝑ
mo quomodo reputati ſūt in vaſa teſtea
Sic ergo patet ꝙ in capite aureo intelligi
tur deuotio in membris argenteis diſcre
tio in ereis ſimulatio. in ferreis indigna-
tio. ¶ Itēꝫ nota ꝙ in capite intelligitur i-
tentio qua totum opus in bonum vel in
maluꝫ finem deducitur. quia totum cor-
pus capite regitur. In pectore vero conſilium
quia ibi cor latet. in brachijs opera. in vē-
tre obſequium compaſſionis quia vēter
eſt tenerior pars corporis ⁊ velamentuꝫ
fetoris. in femore humilitas que ad vilia
⁊ indigna inclinatur. femur enim pudendis
ſubijcitur. in tibijs rigor ſeueritatis qꝛ ti-
bie ceteris membris oſſa lōgiora ⁊ robu-
ſtiora portant. per pedes neceſſitas vite.
Pedes enim terram tangunt ⁊ quantum
cūqꝫ mens ſe ad celeſtia extendat ſine hu-
ius vite ſubſidijs neceſſitatem ſuam non
ſuſtentat. Ergo patet ꝙ per caput intelligi
tur intētio. per pectus deliberatio. ꝑ bra-
chium exercitatio. per vētrem compaſſio
per femur humilitas. per tibiaꝫ ſeueritas
per pedeꝫ neceſſitas. Vel per caput deſide
rium intentionis. per pectus ſtudium de
liberationis. per brachiū exercitiuꝫ actio
nis. per ventrem obſequium pietatis. per
femur ſeruitium ſubiectionis. per tibiam
flagellum ſeueritatis. per pedem ſubſidiū
neceſſitatis. Si ergo caput intentio ⁊ auꝝ
deuotio: quid aliud eſt aureuꝫ caput niſi
deuota intētio. Si pect⁹ deliberatio. bra-
chium actio. argētum diſcretio: qd aliud
eſt pectus ⁊ brachia argētea ꝙ̄ conſilia ⁊
opera diſcreta: ſi i vētre cōpaſſio: i femore
ſubiectio. in ere ſimulatio. quid aliud eſt

venter ⁊ femora erea niſi pietas ⁊ humili
tas ficta. ⁊ ſi ꝑ tibiam ſeueritas per ferruꝫ
crudelitas. quid aliud i tibijs ferreis niſi
ſeueritas crudelis. ⁊ ſi pes neceſſitatē teſta
voluptatē. quid planta teſtea niſi ſuꝑflui-
tas voluptuoſa: pes ex pte teſteus ⁊ ex p-
te ferre⁹ deſcribitur qꝛ delicata mēs nūc in
eoruꝫ odiuꝫ adducitur. igniſqꝫ reſtringitur
nūc vero cum tꝑa ſuppetunt in eoruꝫ luxu
reſoluitur. Eſt ergo vt patꝫ ex dictis fulgor
capitis aurei deuota intētio celeſtis deſi-
derij. claritas pector[um] ⁊ brachij argētei cer
titudo recti cōſilij ⁊ rectitudo oꝑis certi
ſonoritas erei vētris ⁊ femoris blādimē-
tū falſe pietatis ⁊ ficte humilitatis. robur
ferree tibie rigor imoderate diſcipline fra
gilitas teſtei pedis effrenatio ſuꝑfluitatis.
Caput itaqꝫ aureum ſancta deſideria fa-
ciunt pect⁹ ⁊ brachiū argenteū. ⁊ cōſilia ⁊
oꝑa recta ventrē ⁊ femur ereū obſequia
⁊ ſeruitia ficta. tibias ferreas flagella ſeua
plantā teſteaꝫ ſubſidia delicata. ¶ Tertio
deſcribitur ōſtructe vite reparatio. Sepe. n.
queꝫ nō corrigit manus hūana percutit
ſentētia diuina vel iſpiratio interna. Vn
de mōte abſciſſus eſt lapis ſine manibus
⁊ ꝑcuſſit ſtatuā ⁊c. quia feroces ⁊ indura-
tas mētes potius corrigit inſpiratio diui
na ꝙ̄ corrigāt flagella hūana. Eſt ergo la-
pis abſciſſus ſine manib⁹ timor diuinitus
inſpirat⁹. in cuius ictu ſtatua deijcitur. i. mō-
ſtruoſa vita peccatoris deſtruitur. Vnde ꝑ
cuſſio ſtatue ⁊ cōminutio compuncti cor-
dis eſt ꝯtritio ⁊ humiliatio. ⁊ in pedib⁹. i.
in iferiorib⁹ ſtatua concutitur qn̄ mens ela
ta atqꝫ ꝑuerſa ꝑ ſpiritum timoris domi-
ni ad iniqtatis ⁊ infirmitatis ſue ꝯſidera
tionē reuerberatur. ⁊ poſtꝙ̄ ferrū ꝯcutitur ce-
tera ꝯterunt. Tunc ꝯtrita ſunt inquit pa
riter ferrū. te. es. ar. ⁊ au. ⁊c. Vnde qꝛ tot⁹
boni fundamentuꝫ ē humilitas pri⁹ eru-
beſcim⁹ vera mala ꝙ̄ ficta bona. nouiſſi-
me ēt vera bona cū ſint imꝑfecta ⁊ incon
ſūmata. In ferri itaqꝫ ꝯtritione dānam⁹
mala q̄ per iniquitatē cōmiſimus. In te-
ſta autēꝫ illa q̄ per iſirmitatē cōtraximus.
Eris āt cōtritio eſt ſimulati boni reproba
tio. in argenteis mēbris hoc diſplicet. vt

ꝙ ſunt bona. ſꝫ ꝙ nõ ſunt optima. In auꝛ/
reo aũt ope ſolũ hoc eſt repꝛehẽſibile. ꝙ op/
timi opis ichoatio vſqꝫ ad obiti finis ter
minum nõ pducit. In argenti itaqꝫ cõtri/
tione boni opis imperfectio. in auri vero
confractione arguit optimi operis inter
miſſio. Sequitur ⁊ redacta quaſi in fauil/
lam eſtiue aree. Per eſtiuũ tẽpus feruoꝛ
ſpiritus. per areã ſpiritualis prudẽtia ſi/
gnificatur fauille nigredo verecũdie ẽ cõ
fuſio. Has fauillas adhuc in conſcientia
tolleramus quamdiu de preteritis culpis
cõfuſi vel ſuſpecti ſumus. Unde peccata i
fauillã vertunt. qꝛ erubeſcimꝰ in quibus
delectari cõſueuimus. Sed flante vẽto fa/
uille tollũt cũ p ſpiritusſancti aſpiratio/
nẽ reatus noſtri foꝛmido omnis atqꝫ ſu
ſpitio abſoꝛbetur ps. Proiecisti poſt ter/
gum tuum omnia peccata mea. Sic pecca
ta pphete erant in fauillã redacta quãdo
dicebat. Tota die verecũdia mea contra
me eſt. ⁊ confuſio faciei mee coopuit me.
ſed quaſi a vento rapta cũ dicebat. regra/
tiãdo ⁊ exultando. Benedic anima mea
domino ⁊ omnia q̃ intra me ſũt nomini
ſancto eius. Sꝫ raptis fauillis nullus eis
locus inuenit. qꝛ poſt impetratam veniã
mens contra ſimilium coꝛruptionum de
trimẽta inſupabilis redditur qꝛ ad ſimilẽ
coꝛruptelã nec ſenſus decipi. nec affectus
poteſt coꝛrũpi. Sed nota ꝙ lapis cõminu
ens ſtatuã creſcit i mõtẽ magnũ ⁊ eminen
tẽ qꝛ charitas per augmẽta pficiens ele/
uat ad cõfidẽtie immenſitatem de qua dici
tur in. ps. Qui cõfidunt in domino ſicut
mõs ſion ⁊c. ❡ Item vite ſpiritualis va/
rietas deſcribit in illa arboꝛe quã ſomnia
uit idẽ nabuchodonoſoꝛ. de qua dr. Da.
iiij. Uidebã ⁊ ecce arboꝛ i medio tre. ⁊ lati
tudo eiꝰ nimia. magna arboꝛ ⁊ foꝛtꝭ erat ⁊
pceritas eiꝰ cõtinẽs celũ aſpectus eiꝰ erat
vſqꝫ ad terminos vniuerſe terre. folia eiꝰ
pulcherrima ⁊ fructꝰ eiꝰ nimiꝰ ⁊ eſca vni
uerſoꝝ in ea ſubter eã habitabant anima
lia ⁊ beſtie. ⁊ in ramis eius cõuerſabantur
volucres celi ⁊ ex ea veſcebat omnis ca/
ro. Uidebã i viſione capitis mei ſup ſtrã/
tũ meũ ⁊ ecce vigil ⁊ ſanctꝰ de celo deſcẽ/
dit ⁊ clamauit foꝛtiter: ⁊ ſic ait. Succidite
arboꝛẽ ⁊ pcidite ramos eiꝰ ⁊ excutite fo/
lia eiꝰ ⁊ diſpergite fructus eius ⁊ fugiant
beſtie que ſubter eam ſunt ⁊ volucres de
ramis eius. Uerũtamẽ germen radicum
eius in terra ſinite ⁊ alligent vinculo fer
reo ⁊ ereo in herbis que foꝛis ſũt. ⁊ roꝛe
celi tingat: ⁊ cũ feris pars eius i herba ter
re. Coꝛ eiꝰ ab humano cõmutetur ⁊ cõ/
fere det ei ⁊ ſeptẽ tempoꝛa mutent ſuper
eum. In ſententia vigilum decretũ eſt ⁊
ſermo ſanctoꝝ ⁊ petitio donec cogno/
ſcant viuẽtes quoniã dominat excelſꝰ in
regno hominũ. ⁊ cuicũqꝫ voluerit dabit
illud ⁊ humilimũ hominẽ cõſtituet ſup
eum. Hoc ſomniũ vidi ego nabuchodo
noſoꝛ. Deſcribit i ſomnio hoc vita ſpũa
lis tripliciter. ❡ Pꝛimo quantũ ad ſtatũ
gratie. Ecce arboꝛ ⁊c. ❡ Secũdo quãtũ
ad lapſum culpe. Et ecce vigil ⁊c. ❡ Ter/
tio quantũ ad remedium penitentie. Ue
runtamẽ germen ⁊c. Quantum ergo ad
pꝛimũ nota ꝙ hec arboꝛ magna ẽ anima
exiſtens in gratia. ⁊ ipſa magnitudo arbo
ris eſt imẽſum robur vtutis. magna ar/
boꝛ ẽ. q foꝛtia opa facit. In medio quoqꝫ
terre qꝛ itima bona deſiderat. altitudo ni
mia qꝛ de ſublimibus ſubtilit ſentit. Hec
eſt arboꝛ magna ad bona agenda: foꝛtis
ad mala tolerãda: pꝛocera ad ſublimia cõ
tẽplanda. Unde pꝛoceritas eiꝰ celum tan
gebat qꝛ inueſtigationis eiꝰ ſubtilitas ce
leſtia penetrabat. magna ergo i actionibꝰ
foꝛtis in tribulationibꝰ. ſublimis i inueſti
gationibus. vel altitudo nimia inueſtiga
tio ẽ pſumptuoſa que ẽ cauſa ſucciſionis
aſpectꝰ eius. i. fame ſeu nominis celebri
tas vſqꝫ ad terminos vniuerſe terre vt i
bonis diligat. ⁊ a malis timeatur. Ergo
arboꝛe notat virtus. in aſpectu vtuꝭ no
titia. vel aſpectꝰ vſqꝫ ad termios vniuer
ſe terre patet. qñ ppꝛie virtutis experi
tia. nec in magnis nec in minimis latet. fo
lia eiꝰ pulcherima ⁊ fructꝰ eius nimius.
folijs verba. in fructu ſciẽtia. in eſu docti
na. nam eſca vniuerſoꝝ in ea. Folia itaqꝫ
pulcherima ſũt verba diſcreta. Fructꝰ co
pioſꝰ ſenſus eruditus multiplex intelli-

ctus. Eſca vniuerſoꝝ plena eruditio om/
niū: diſcreta admonitio ſingulorū. Foli/
js eniꝫ fructus veſtitur: ⁊ verbis compo
ſitis ſentētia ornatur. Fructus bonus ſa/
pit ⁊ paſcit ⁊ ſcientia ſpiritualis per ſacrā
admonitionē ſuauiter reficit: folijs abū/
dabat Job dicens. Qui me inquit audie/
bant expecta. ⁊c̄. Fructu autem ſapiēs ille
qui dicebat. Mihi autem dedit omniuꝫ
que ſunt ſcientiā ⁊c̄. Sapiē. vij. Eſcaꝫ vni
uerſis dabat qui dicebat grecꝫ ac barbarꝫ
ſapiētib⁹ ⁊ īſipiētib⁹ debitor ſū. Ro. i. Vl' ē
fruct⁹ nimi⁹ ſcia curioſa. Eccł. iij. In rebuſ
ſuperuacuis noli ſcrutari mł'tiplicit: ſub
ter eam habitabant animalia ⁊ beſtie ⁊c̄.
Per aialia intellige mentes voluptati de
ditas. Per beſtias mētes iracūdas. Per
volucres accipe ſpirituales bonorum ſtu
diorum ⁊ ſanctoꝝ deſideriorū alis ad ce
leſtia volantes: ſubter eaꝫ ergo habitabāt
animalia ⁊ beſtie eo qđ hmōi mentes per
concupiſcentiam ⁊ iracundiam diſſolute
iuſte quidem premi debēt rigore diſcipli/
ne. Sed in ramis ſuperioribus conuerſa
bantur volucres celi. eo ꝙ viri contem/
platiui celeſtibus deſiderijs accēſi merito
debeāt ⁊ auctoritate erigi ⁊ digno hono/
re ſublimari. ⁊ ex illa veſcebatur omnis
caro. Ex illo ois caro veſcit: cuius v̄tutꝫ
exemplo oēs edificant: cuius ꝯſolationi/
bus oēs fouent cuius bñficijs oēs recreā
tur: cui⁹ conſilijſ oēs roborant ⁊ doctrina
reficiunt. Vel per volucres itelliguntur
ſubtiles cogitationes. ꝑ aialia ⁊ beſtiaſ car
nales affectiones. Per arborē ergo vt di
ctum eſt accipim⁹ robur fortitudis: ꝑ ra
mos opa ⁊ exercitia v̄tutis ex qb⁹ ramis
meritoꝝ bonoꝝ fructus tpe ſuo colligi/
mus: rami ergo volatilia celi ſuſcipiunt:
q2. ſ. bōa opa ad ſublimes cogitatiōes de/
ducūt: ſed ſubt aialia ⁊ beſtie hitant quia
carnis ipet⁹ deorſuꝫ pmūt Apo. i. Cor. ix.
Caſtigo corp⁹ meū: ⁊ in ſeruitutē redigo
ne forte cū ali. pre. ipſe repro. eff. Debent
ergo aues ꝑ tpe ad celeſtia eleuari. ⁊ in et
noꝝ cōtemplatiōe ſuſpēdi ⁊ iteꝝ p⁹ ſubli/
mes volat⁹ ad arboris ſuē ramos reuer/
ti ibiqꝫ imorari cogitatōes cordis ad mo

rum operūqꝫ ſuoꝝ cōſideratōes frequen
ter reuocare: ⁊ eoꝝ circūſpectōi frequēti⁹
inſiſtere. ¶ Scđo agit de vita ſpūali ꝗtuꝫ
ad lapſum culpe cū dicit. Ecce vigil. i. an/
gelus. Angeli n. vigiles ſūt: q2 ad noſtraꝫ
cuſtodiā ⁊ ꝓtectionē impigre iſiſtūt: qb⁹
ſomnus erroris ⁊ obliuiōis circa noſtraꝫ
cuſtodiā nunꝗ̄ ſubrepit. Et ſanct⁹ vt itelli
gat angelus bonus non malus de celo de
ſcendit q2 hmōi ſententiā de celo cogno/
uit: ⁊ in terra diſpoſuit. Hoc. n. ē angelos
de celo deſcendere ꝙ in ſūmis diſcunt in
terra diſponere. Et cla. fort ſicait ꝑc. ar.
Boni angeli bona per ſeipſos faciūt: ma
la aūt ꝑ malos fieri ꝑmittunt. Vñ angel⁹
h' q2 rectitudis ſtatum ſubuertere maluꝫ
eſſe cognouit arborē ꝑcidere noluit. Ve/
rūtamē q2 h' vni⁹ meritū vel vniuerſita
tis bonū exigere cognouit fieri permiſit.
Vnde ꝙ dicit arborē ꝑcidite: ꝑmiſſionem
intellige nō preceptionē. Vnde nō eſt per
hoc ſpiritibus malis obediētia iniuncta:
ſed licētia idulta. Et dicit ꝙ fortit clama/
uit vt notet diſtātia inter voluntatē ſiue
intētionē ſpūs boni ⁊ mali: q2 nos fortit
clamamus cū longe poſitis aliqđ innote
ſcere volum⁹. Sed ex his accipe: ꝙ non
pñt nos mali angeli ꝓ ſua voluntate niſi
accepta licētia qua ꝑmittantur ꝑturbare:
alias aūt nemo poſſet eoꝝ ipetū tolerat.
Nam arborē ſuccidere potuiſſent ⁊ vo/
luiſſent: ⁊ tū nō niſi ꝑmiſſi ſucciderūt: q2
ſine dei ꝑmiſſiōe nl faciūt. Sꝫ niſi arbor
iſta nimis alta fuiſſet ⁊ de ſua v̄tute intu/
miſſet ſententiā ſucciſiōis nō accepiſſet.
Arbor itaqꝫ ſuccidit qñ conſtantie virt⁹
tentationibus paulatim attenuatur: tan/
demqꝫ funditus tollitur. Ps. Dereliquit
me virtus mea. Succiſa arbore rami pre/
ciduntur: quia virtute animi deficiente
bona opera paulatim ſubtrahuntur. Ar
bor ſucciditur ⁊ rami preciduntur: quan
do virtus in occulto ⁊ virtutis opus de
ficit in aperto. Prius igitur ſubtrahitur
virt⁹ animi poſtmodū autem ſubtrahit
etiam facultas ⁊ occaſio bene oꝑandi: Et
ſucciſa arbore arboris ramiſqꝫ preciſis fo
lia excutiuntur: ⁊ fructus diſpergitur:

q: deficiente virtutum propoſito ⁊ vtu-
tum exercitio: prius gratia bene loquēdi
tollitur tandem etiā gratia recte intelligē
di ſubtrahit. Et recte poſtq̄ deficit ſtudi-
um bone operatiōis ſubtrahit facundia
ſermonis: q: ſcandalizare magis q̄ edifi-
care audiētes pōt oīs caſtigatio vel exoꝛ-
tatio depꝛauati predicatoꝛis. Folioꝛuꝫ er-
go gratia excutitur: quādo ex ſuſpitione
prius habita facūdia loquēdi vel auctoꝛi-
tas amittit. Fructus diſpergit quando
eius doctrina contēnitur que q̄uis per
ſenſus conſilij vtilis foꝛſitā videatur per
prauū tamē vite exemplū facile conculca-
tur. Fructus diſpgitur quando importu-
na variaꝝ cōcupiſcētiaruꝫ incurſiōe ſtu-
dium meditatiōis diſſipat: ⁊ ſubtilitas in-
ueſtigādiqꝫ facultas cogitationum euaga-
tione confundit. ¶ Sequitur fugiant be-
ſtie que ſub ea ſunt. Hoc fit quādo amiſ-
ſis virtutū ramis ⁊ fructu cōſilij ⁊ hone-
ſtate vite ⁊ auctoꝛitate doctrine ſubiecti
eius ipſi⁹ obedientiā detractāt: ⁊ carnales
quoqꝫ eius magiſteriuꝫ ꝯtēnūt: volucres
quoqꝫ celi de ramis eius fugiūt: q: ēt ſpi-
rituales viri cōſoꝛtiū eius declināt ⁊ infa-
miā hoꝛreſcūt. ps. Elongaſti a me amicuꝫ
⁊ primū ⁊ notos meos a miſeria. Vel ſub-
ter habitantes beſtie fugiunt cum vigoꝛe
animi tētationibus exhauſto iam nō va-
let mens carnales impetus cohibere vel
quelibet irratiōabilia deſideria ſub ratio-
nis magiſterio coercere. Auium quoque
habitationem amittimus cū ſublimium
inueſtigationum iocunda ſpectacula fan-
taſmatum occurſiōe turbati exercere nō
valemus. Vel in ramis ſuis inhabitantes
volucres celi arboꝛ amittit: cum medita-
tiones ſuas circa aſſuetam moꝛum ſuoꝝ
circumſpectionem exercere iam nequit.
Contubernia talium volucrum nos amiſ-
ſiſſe ſepius dolem⁹ cū cogitatōes noſtras
ab inepta euagatione reſtringere non va-
lemus. ¶ Tertio deſcribitur vita ſpūalis
quantum ad remediū penitentie vel diui-
ne miſericoꝛdie. Magna. n. eſt admiratō-
ne dignum q̄ diuina miſeratio nec tales
homines ſepe funditus deſerit: nec poſt
talem lapſum tanq̄ ruinā penit⁹ deſtituit
ſed adhuc tales ſepe ad coꝛrectionē expe-
ctat ⁊ ad penitentiā reſeruat. Vnde ſubdi-
tur. Verūtamen germen eius radicū ſini-
te in terra. ſ. vñ poſſit iterū reparari: ⁊ ad
priſtinā pulchritudinē refoꝛmari. Tūc ar-
boꝛ radicitus euellit qñ poſt perpetrata
mala in deſperationem precipitat. Quaſi
. n. radices ſuas arboꝛ amittit: qñ oēꝫ coꝛ-
reptionē ꝑdit ⁊ in deſperatōēꝫ cadit: ergo
ħ eſt huius arboꝛis germē radicū p⁹ rui-
nam remāere quēlibet poſt peccati lapſū
penitentie ꝓpoſitū hr̄e ⁊ penitētie fructū
de diuina pietate ſperare: ſed aliqñ poſt
multa ⁊ maxima ⁊ diuturna mala aliqui
ſpem vel ꝓpoſitū reſipiſcēdi amittūt. vn-
de ſubdit. Alliget vinculo ferreo ⁊ ereo
in herbis que foꝛis ſūt. Vinculū ferreū ē
ꝑuerſitatꝭ idomabilis cōſuetudo. In fer-
ro nota audaciā: in ere ꝑtinatiā: i herbis
bona infima ⁊ terrena. Quaſi ergo in vin-
culo ferreo ⁊ herbis terre mens depꝛaua-
ta alligat qñ carnaliū voluptatuꝫ amoꝛe
ex praua cōſuetudine obdurat. Ferrū. n.
qḋ cetera metalla domat audacia eſt que
neminē foꝛmidat. Vnde qñ mens ſuis de-
ſiderijs audacter ⁊ ꝑtinaciter inſiſtit qua-
ſi vinculo ferreo ⁊ ereo ligata exiſtit: ⁊ ro-
re celi ꝑfundit. i. per ſubtiles ſuggeſtiōes
diaboli erroꝛibus imbuit. Nam ex con-
tumeliarū ſuaꝝ exhalatiōe tantā incurrit
caliginē erroꝝ vt ei bonū malū ⁊ maluꝫ
bonū videat: ergo qui in herbis terre fo-
ris ligat: roꝛe celi ꝑfundit q: poſt depꝛa-
uationē moꝝ ſenſus depꝛauat ⁊ multis
erroꝛib⁹ faſcinat ⁊ implicat. Sequitur ⁊
cū feris ꝑs ei⁹ in herba terre. Fere terre
ſunt hoīes crudeles. Vnde fere a ferocita-
te dñr: herbe terre ſunt oblectamēta vi-
te. Vnde cū feris eſt ꝑs ei⁹: qñ id qḋ non
pōt per induſtriā ſatagit ꝑ violentiā ⁊ ra-
pinā. coꝛ ab hūano cōmutat qñ nulla cō-
paſſione mouet vel humanitate. ¶ Item
coꝛ fere accipit qñ ſponte ſeuit: ⁊ gratis i-
aptā malitiā erūpit. ¶ Notādū eſt āt q: ꝺ
hmōi ſōnijs q̄ de arboꝛib⁹ apparēt in hoī-
bus ſōnioꝝ interꝑtes dicūt q̄ aliḋ ſignāt
rōne ſituū: aliḋ rōne ꝑtiū: aliud rōne fru-

ctuum. De ſitu aūt arboꝝ exemplū addu
citur: qꝛ ſi qs viderit per ſomniū arboreſ
ortas in mari aut petra aut aliis locis q̄
non recipiūt arborū germinationē viroſ
incōſuetoꝝ habituū in loca illa ītraturoſ
preſtolet̄ ſm rōnez multitudinū arborū.
De ptibus quoqꝫ arboꝝ exemplū addu-
cūt dicētes: ꝙ ſomnia q̄ de arborib⁹ appa
rent ad hoīum cōditiōes referunt̄. qꝛ ro-
bur trunci qđ in altū porrigit̄ vt dicunt:
orationē ſignat. ſtipites aūt ſiue rami ad
folia referūtur: fructus autē referunt̄ ad
fidē vel diuitias: ſꝫ folia ad ſenſuz. Nā in
ſomnio folia que bene vident̄ virere ⁊ be
ne nutriri rectitudinē ſenſus ſignificant
languida vͦo labētia ſuccoqꝫ deſtituta ſen
ſus protendūt imbecillitatē. De fructib⁹
aūt dicūt ꝙ aliud repreſentāt rōne ſapo-
ris: aliud rōne tēpis aliud rōne arboris.
Quantū. n. ad ſaporē dicūt ꝙ oēs fruct⁹
acetoſi ⁊ ſliptici in ſomnio viſi referūtur
ad malū euentū. Vñ ſi alicui videatur in
ſōnio ꝙ colligat ex palmeto fructū acer-
bū tribulabit̄ ⁊ cruciabit̄ ſm rōnez excer
pti fruct⁹: eo ꝙ ſliptic⁹ ſit. ¶ Itē ſi qs ar-
borē oliue cōplex⁹ fruct⁹ excerpſerit a vi-
ro hilari ac miti amaritudinē ⁊ tribulatō
nē accipiet eo ꝙ fruct⁹ ſliptic⁹ ſit. Ecōtra
āt fruct⁹ dulces ⁊ ſuaues ad bonū referū
tur euētū. Vñ ſi cui in ſōnio videat̄ ꝙ ex
palmeto excerpat fruct⁹ maturos adipiſ
cet̄ auꝝ ⁊ diuitias ſm rōnez excerptiōis.
Si aūt de theca ſeminis accepit fructus
palmaꝝ inueniet gaudiū apud filiū nobi
lis mulieris. ¶ Itē ſi qs ſe cōſpicat⁹ fue-
rit nucē cōcutere ⁊ accipere d̄ fructu eius
acquiret a viro ſene diuitias cum labore
quas ille nouiter poſſederat. De tpe vͦo
fructuū dicūt ꝙ aliud repreſentāt fruct⁹
in tpe ſuo viſi q̄ꝫ faciāt extra tp̄s. Vnde re
ferunt ꝙ qdam veniēs ad ſomnioꝝ ma-
gnū interpretē q dictus eſt Seriꝫ interro
gauit cum multis aſtātib⁹ dicens. Vidi p
ſomniū ꝙ in arborē aſcendēs q̄ dicit̄ ve-
ricolea comedebā de fructu eius. Qui re
ſpondit a diuite viro beneficiū adipiſcer[is]
⁊ iterū p⁹ dies multos venit aliuſ multis
aſtātib⁹ ⁊ eandē queſtionē ꝓpoſuit dicēs

Aſcendi arborem q̄ dr̄ vericolēa ⁊ come
di de fructu ei⁹: ⁊ ait Serim tribulatio ex
pectat te cū tortura. Et mirati q aderant
qūo eiuſdeꝫ ſomnij diuerſa eēt īterptatō
Et rñdit p̄io īterrogāte tp̄s fructuū erat
Secundo interrogāte fructus abierant
ideoqꝫ ꝑmutatum eſt iudiciū. Et percon
tantes inuenerunt in vtriſqꝫ vt dixerat ī
terpres. Ratione vͦo arboris variatur ⁊
mutatur ſignificatio: qꝛ ſi quis videat ꝙ
volens colligere mala punica adheſerit
veſtis eius truncis ipſius arboris ſciſaqꝫ
fuerit ſignificat ꝙ cum viro locuplete cō-
tēdet. Et ſi poſt cōplicatiōnē ramū rupe
rit victoria potiet̄. Hec dicūt ſomnioꝝ
interpretes. q̄ qꝛ naturalis rōis fundamē
tum non vident̄ hēre plus a pleriſqꝫ pru
dētibus fabuloſa reputantur quā vera.
¶ Item vita hoīs variatur ſecundū ſta-
tum nature ⁊ culpe ⁊ penitentie. ⁊ hec va
rietas oſtendit̄ Actuū. x. in viſione petri
Dicit̄. n. ibi ꝙ petrus vidit vas quodam
velut linteū magnū quattuor initiis ſub
mitti de celo in terrā in quo erant omnia
quadrupedia ⁊ ſerpētia terre. ⁊ volatilia
celi: ⁊ facta eſt vox ad eum. ſurge petre oc
cide ⁊ manduca: ait autē petrus. Abſit a
me domine: qꝛ nunq̄ꝫ manducaui omne
cōmune ⁊ imundum. ⁊ iterum vox ſcđo
ad eū. Qđ deus purificauit tu ne cōmu-
ne dixeris: Hoc aūt factū eſt per ter. ⁊ ſta
tim receptū eſt vas in celum. ¶ Primo ḡ
deſcribitur vita hoīs quantum ad ſtatuꝫ
nature. qꝛ homo maxime ex pte anime ē
velut quoddā vas magnū capax quodā
modo omnium. Vñ pħs dicit ꝙ anima ē
quodāmodo omnia. Omnia. n. capit per
ſenſum vel intellectum imo eſt quodam
modo capax dei. vnde nihil minus deo
eam implere pōt. Sed eſt homo quaſi lin
teum propter mortalitatem carnis quia
linteis mortuoꝝ corpora hactenus inol-
uebant̄. ¶ Itē quattuor initiis ſubmiſſus
i. quattuor elemētis cōpoſitū. Sed d̄ celo
in terrā ſubmittit̄: qꝛ de celo ſpiritus: ca-
ro vͦo de tera originatur. Vnde homo d̄
celo in terrā ſubmittitur cum ſpirit⁹ car-
ni vnit̄. Vel deſcribitur homo quantum

ad lapſum culpe.ex eo ꝙ vas ſūmittebať de celo in terrā.i.de gratia in culpā:vľ de celo in terrā peccatoꝝ ſubmittiť qꝛ dimiſ ſo ſpū carnē ſeqtur:ꝛ ideo ſūt in eo q̄dru pedia.i.peccatū luxurie:qꝛ peccatū carniſ quaſi q̄ttuoꝛ pedib⁹gradiť qꝛ.ſ.quattuoꝛ actibus ſiue gradib⁹ ꝑficitur.ſ.ſuggeſtio ne delectatione ꝯſenſu ꝛ ope.℃ Itē ſpen tes qui terre inherēt vētre.i.peccata aua ritie qb⁹rebus terrenis inherem⁹ mēte. ℃ Item volatilia q̄ in altū volant ꝑ q̄ ſi gnanť appetit⁹ſiue peccata ſupbie.℃ Ter tio deſcribitur ſtatus pnie:qꝛ facta ē vox ad eum ſurge.ſ.a peccatis auaritie que in ſima petit. Occide delectationes luxurie que in carne viuit.māduca.i.cōtere appe titus ſupbie q̄ ꝓterue ſe erigit.Sꝫ qꝛ ſup bus iuſtus qn̄qꝫ iactāter ſe commendat ꝛ deſpicit ceteros ꝛ cōiungi renuit humili penitēti ſicut phariſeus q dicebat. Non ſum ſicut hic publicanus:ſubdiť. Nunq̄ manducaui oē cōe ꝛ imundū.Sꝫ h iactā tia reprimiť cū diciť.Qđ deus purificauit .ſ.ꝑ penitentiā tu ne cōe.i.immunduꝫ di xeris. Nam penitētia oēm immundū pu rificat.Sed pnia neceſſaria ē tripliciter.ſ. in corde ꝑ ꝯtritionē:in oꝛe ꝑ ꝯfeſſionē.in ope ꝑ ſatiſfactionē.Et iō addiť ꝙ h factū eſt per ter.Et talis pnia ēt in celo accepta tur ꝛ approbatur.Unde ſubinferť ꝙ ſtati receptū eſt vas in celū.Uel hoc diciť quia taliſ pnia ianuā celi apit ꝛ ipꝫ penitētē i ce leſtē gloꝛiā ſinaliť itroducit. ℃ Ca.xxxv.

Virtuteſ pꝛicipaleſ ſūt ſeptē qb⁹ſeptē vitia opponunť ꝙ patet ex ſomnio phara onis ꝙ hētur geñ.xlj.vbi diciť.ꝙ pharao doꝛmiuit ꝛ vidit ſomniū.ſeptē ſpice pullulabant in culmo vno.plene atqꝫ foꝛ moſe.Alie quoqꝫ totidē ſpice tenues ꝛ ꝑ cuſſe vredine oꝛiebanť deuoꝛātes omneꝫ pꝛioꝝ pulchꝛitudinē.Per ſeptē aūt ſpi cas plenas poſſunt intelligi ſeptē v̄tutes. ℃ Pꝛimo ꝓpter numerū:qꝛ ſeptē erant ſpice.ꝛ ſeptē ſunt v̄tutes aie pꝛicipales ad q̄s cetere reducūť.ſ.tres theologice vt ſi des ſpes ꝛ charitas.Et q̄ttuoꝛ cardinales vt iuſticia tēperātia foꝛtitudo ꝛ pꝛudētia Nam fide oꝛdinať rōnalis.ſpe ꝯfoꝛtatur iraſcibilis charitate oꝛdinať ꝯcupiſcibilis tēperātia gubernať coꝛp⁹.iuſticia regitur mūdus.foꝛtitudie vinciť diabol⁹.pꝛuden tia dirigiť ꝛ perficiť oē op⁹.Eſt enim pꝛu dentia ſm̄ Ph̄m recta ratio agibilium. ℃ Scđo ꝓpter exēplū.qꝛ recte aſſimilanť ſpicis q̄ dicūtur ſpice a quibuſdā ſpiculis qb⁹ ſūt minute exteri⁹. Sic ēt quelibet v̄ tus habet ſpicula ſua ꝛ tela quib⁹ defēdūt ſe. Nā fides habꝫ ſpicula miraculoꝝ.ſpes ſpicula oꝛationuꝫ.charitas ſpicula elemo ſinaruꝫ:iuſtitia ſpicula ſuppliciorum ſiue punitionū.tempantia ſpicula ieiunioꝛuꝫ foꝛtitudo ſpicula pꝛemioꝛum quia cōſide ratio pꝛemij minuit viꝫ flagelli.pꝛudētia auteꝫ ſpicula habet v̄boꝛum.quia verba ſapientiuꝫ quaſi ſtimuli. ℃ Tertio ꝓpter fundamētuꝫ ſiue pꝛincipiū qꝛ pullulabāt in culmo vno. Iſte culmus a quo omnes v̄tutes oꝛiuntur.ꝛ in quo fundanť ꝛ vni untur eſt gratia dei. Unde ſicut omnes potētie aie oꝛiūť ab ei⁹ eēntia ita oēs vir tuteſ oꝛiūť a gr̄a.℃ Quarto rōne ꝯtēti qꝛ erāt plene. Plene.n. v̄tutes ſunt granis ꝛ ſeminib⁹ meritoꝝ ex qb⁹ ēt ſuſcipiunť fru ctus p̄mioꝝ.℃ Quinto ꝑꝑ aſpectū qꝛ foꝛ moſe.i.pulcre i aſpectu.ſic v̄tutes reddūť vitā hois pulcrā ꝛ gratā ad imitādū.Per ſeptē aūt ſpicas tenues intelligūť ſeptē vi tia capitalia ex qb⁹ cetera vitia oꝛiuntur. ℃ Pꝛimo ꝑꝑ numerū qꝛ totidem erāt ſic ſpice plene ſcꝫ ſeptē.Et ſil̄r pꝛincipalia vi tia ſeptē ſunt.ſcꝫ ſupbia:auaritia:gula:lu xuria.ira:inuidia.ꝛ accidia.Superbia q̄rit excellētias.Auaritia q̄rit diuitias. Gula expetit delitias.Luxuria querit delectari ira vult vindicare.Inuidiā contriſtāt pꝛo ſpa.ſ.aliena.Accidia fugit laboꝛioſa.℃ Se cundo ꝑꝑ exēplū qꝛ aſſimilať ſpicis.ſ. q̄ di cuntur a ſpiculis punctionum.qꝛ ſcꝫ con ſciētiā pūgūt Ro.ij.Tribulatio ꝛ anguſtia in oēꝫ aiam operātis malū: tribulatio. ſ. pene ꝛ āguſtia ꝯſcie. ℃ Tertio ꝑꝑ defectū qꝛ tenues erāt.Carēt enim vitia pingue dine gr̄e plenitudine iuſticie ꝛ fructu mer cedis eterne.℃ Quarto ꝑꝑ incēdiū qꝛ per

cuſſe vredine.i.iſlāmatiõe ſuggeſtiõis dia bolice. Ipſe.n.diabolus eſt' ventus vrēs virtutes vaſtās ⁊ vitia inflāmās Job.xxvi. Tollet eū vētus vrēs. ¶ Quinto ꝓꝑ effectū q̄ꝛ deuoꝛabāt oēm prioꝛē pulchritudinē q̄ꝛ ſcꝫ vitia diſſipāt oēm pulchritudinē virtutū. Nā pulchritudinē fidei vaſtat auaritia q̄ eſt idoloꝝ ſeruitus pulchritudinē ſpei vaſtat accidia q̄ dum laboꝛeꝫ refugit quaſi euacuat ſpē mercedis. pulchritudinē charitatis deſtruit inuidia. pulchritudinē iuſtitie ſupbia. pulchritudinē tēperantie deuoꝛat gula. pulchritudinem prudētie ira. pulchritudinē foꝛtitudinis luxuria. ¶ Itē quattuoꝛ ꝟtutes cardinales aſſimilanť quattuoꝛ fabris q̄ deſcribūtur in viſione vt hētur Zacha.i. vbi dixit Vidi ⁊ ecce quattuoꝛ coꝛnua ⁊ dixit angelus: hꝫ ſunt coꝛnua q̄ vētilauerunt iudā ⁊ iſrael ⁊ hieruſalē. Et oñdit mihi dñs q̄ttuoꝛ fabꝛos ⁊ ait angelus venerūt iſti vt deijciāt coꝛnua. ¶ Quattuoꝛ ergo coꝛnua ſm gloſam ſunt quattuoꝛ paſſiones aīam impugnātes ⁊ ꝑturbātes ſcꝫ. timoꝛ amoꝛ doloꝛ ⁊ gaudiū: his coꝛnibus vētilanť ⁊ diſſipanť iuda.i. penitētiū cōfeſſio. ⁊ iſrael .i. contēplantiū ſpeculatio ⁊ hieruſalē.i. actiuoꝝ pacifica cōuerſatio. Nā iuda confeſſio iſrael deū videns hieruſalem pacifica interpretať. Sꝫ contra hec coꝛnua.i. vitia quattuoꝛ fabri quaſi quattuoꝛ bōi medici nō cernunť a ꝓpheta. ſed oñdunť a deo.ſ. quattuoꝛ ꝟtutes vt prudētia iuſtitia foꝛtitudo ⁊ tēperantia: he eniꝫ ꝟtutes edificant q̄cq̄d vitia deſtruūt. Vñ foꝛtitudo deiecit coꝛnu timoꝛis iuſticia coꝛnu inoꝛdinati amoꝛis: prudētia coꝛnu doloꝛis ⁊ tēperantia coꝛnu gaudij ⁊ delectatiõis. ꝑs. Coꝛnua peccatoꝛum confringam.

¶ Capitulū.xxvi.

Chriſtus vocatur leo in viſiõe beati Joānis q̄ habeť Apo.v. Vbi vnꝰ de ſenioꝛibus q̄ in viſiõe appebat dixit. Ecce vicit leo de tribu iuda radix dauid apire librū ⁊ ſoluere ſeptē ſignacula eius. Vbi ꝑmo expꝛeſſit chꝛiſti ꝑſentiā cum dicit. Ecce Iſa.xxxv. diceť in illa die: Ecce deꝰ noſter expectamus eum. Eſt eniꝫ ecce aduerbium demōſtrandi. Vnde ecce vicit quaſi viſibilis eſt q̄ vicit. ſcđo expꝛeſſit chꝛiſti victoꝛiā q̄ꝛ vicit ſcꝫ mundū cōtēnendo. Jo.xvi. Cōfidite ego vici mundū. ¶ Iteꝫ vicit diabolū eijciēdo Joh.xij. Nūc pꝛinceps huius mundi eijcieť foꝛas. ¶ Itē vicit carnē crucifigēdo Apo. Ro.vi. Vetus hō noſter ſimul crucifixus ē vt deſtruať coꝛpus peccati. ¶ Tertio expꝛeſſit eiꝰ potētiā q̄ꝛ leo. Chꝛiſtus.n. fuit vt leo in natiuitate. Diciť.n. q̄ leo cauda delet veſtigia ſua vt nō cōpꝛehēdať. Sic xp̄s cauda humanitat᷑ veſtigia deitatis abſcōdit ne diabolus eū inueniret Iſa.xi. Leo quaſi bos paleas cōmedet.i. fragilitates ⁊ humilitates nr̄e humanitatis aſſumet vt diabolo ſuā diuinitatē aſcōdat. ¶ Itē fuit vt leo in ꝑdicatione quia audacter ⁊ ſine humano timoꝛe arguebat maioꝛes Oſee.xi. q̄ſi leo rugiet q̄ꝛ ipſe rugiet ⁊ foꝛmidabunt filij maris. ¶ Item fuit vt leo in paſſione quia tunc diabolum ꝓpꝛie vicit ⁊ q̄dam ꝺ manu eius tulit Geñ.xlix. Catulus leonis iuda ad ꝑdaꝫ aſcēdiſti fili mi requieſcēs accubuiſti vt leo. ¶ Itē vt leo fuit in reſurrectione: q̄ꝛ moꝛtuus tertia die virtute patris quaſi virtute vocis eius ſuſcitatꝰ fuit Numeri.xxvi. Accubans doꝛmiuit vt leo. ⁊ quaſi leena quam ſuſcitare nullus audebit. ¶ Item leo erit in iudicio q̄ñdo emittet rugitum terribilem Amos. iij. Leo rugiet quis non timebit. Quarto expꝛeſſit chꝛiſti pꝛoſapiam: quia de tribu iuda ſupple natus Michee.v. Et tu betleem ephꝛata paruula es in milibus iuda ex te mihi egredietur qui ſit dominatoꝛ in iſrael. Et ex hoc excluditur erroꝛ illoꝛum qui dicunt q̄ chꝛiſtus non aſſumpſerit carnem de virgine ſed de ethere fecit ſibi coꝛpus. ⁊ ſic tranſfudit ſe in' vterum virginis. Vnde dicunt quod chꝛiſtus natus ē ꝺ virgine ſed non factus de virgine contra quos dicit Apo. Gal.iiij. At vbi venit plenitudo tempoꝛis miſit deus filium ſuum factum ex muliere factū ſub lege. Sequiť radix dauid glo.i. pꝛocedēs a

dauid vel fundamētū₃ dauid imo vtrūq₃ procedēs a dauid quo ad hūanitatē Iſa. xj. Egredietur vga de radice ieſſe. fundamentum dauid quo ad diuinitatē q̄ ē radix ⁊ principium omniu₃ Ioh.j. Omnia ꝑ ipſum facta ſunt Apoca.xxij. Ego ſum radix ⁊ genus dauid ſtella ſplēdida ⁊ matutina. ¶ Quinto expreſſit xp̄i efficatiam ſc₃ aperire libru₃ ⁊ ſoluere ſeptē ſignacula eius quaſi dicat. In hoc ꝙ vicit librum aperuit ⁊ diuinā diſpoſitionē impleuit.i. genus humanū redemit. Et ſeptē ſignacula ſoluit.i. occulta myſteria declarauit. Dicit aūt apuiſſe ſeptē ſignacula. q₂ ſeptem xp̄s in ſe māifeſtauit nr̄e redēptiōis ſacramēta in lege figurata ⁊ a propheti̇s ꝑdicta. ¶ Primū fuit ꝯceptio ſiue incarnatio q̄ fuit figurata in ꝯceptiōe Iſaac Geñ.xxj. ⁊ ꝓphata Iſa. viij. Acceſſi ad ꝓphetiſſa₃ ⁊ ꝯcepit filiū. ¶ Scōm ē ei⁹ natiuitas q̄ fuit figurata in natiuitate Iſaac Geñ.xxvij.⁊ ꝓphetata Iſa.ix. Ecce vgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū. Vtrūq₃ figuratū fuit Nu.xvj. in vga aarō q̄ nocte vna frōduit floruit ⁊ fructū fecit. ¶ Tertiū ē paſſio q̄ figurata fuit in morte abel Geñ.iiij.⁊ in imolatōe vitule rufe Nu.xix.⁊ agni Exo.ij.⁊ ꝓphetata Iſa.liij. Sic ouis ad occiſionē ducet̄ Hie. xvj. Ego q̄ſi agn⁹ māſuet⁹ q portat̄ ad victimā. ¶ Quartū ē deſcēſus ad inferos q fuit figurat⁹ i ſanſone q tulit portas gaze. Iud.xvi.⁊ ꝓphetat⁹ Zacha.ix. Tu aūt in ſanguine teſti eduxiſti victos de loco carceris ⁊c̄. ¶ Quītū eſt reſurrectio q̄ figurata fuit in reſuſcitatōe filij mulier͛ ſarepte ne.iij. Regū.xvij. ꝓbata Oſee.vi. Viuificabit nos poſt duos dies ⁊ i die t͛tia ſuſcitabit nos. ¶ Sextū ē aſcēſio q̄ figurata fuit in trāſlatiōe Enoch Geñ.v.⁊ in raptu helie.iiij. Reg.ij.⁊ ꝓbata Iſa.lxiij. Quis eſt iſte q venit de edom ꝑs. aſcēdit de⁹ in iubilo ⁊c̄. ¶ Septimū eſt aduēt⁹ ad iudiciū: q figurat⁹ fuit i arcu celeſti poſt diluuiū ꝑ colorē igneū Geñ.ix.⁊ ꝓphetat⁹ ē Iſa.iij. Dñs ad iudiciū veniet cū ſeniorib⁹ ꝓpli ſui. ¶ Itē xp̄i vita aſſīlat̄ illi libro: de quo agit̄ Apoc.x. vbi dr̄ accipe librū aptu₃ de manu angeli ſtātis ſupra mare ⁊ ſuꝑ terrā q̄ſi apti⁹ diceret. Ex vita xp̄i accipe eruditionē q₂ liber ē. vñ accipe librū iſtū vt erudiaris. In h.n. libro tot ſūt lr̄e quot v̄tutes: hūilitas.n. eſt vna lr̄a. patiētia eſt alia charitas alia: ⁊ ſic de alijs: q̄s.ſ. lr̄as ipſemet xp̄s ſcripſit i ſe Ioh.xxxi. Librū ſcribat ipſe q iudicat.i. fili⁹ cui pater oē iudiciū dedit. Ioh.v. Ad exēplar igit̄ hui⁹ libri ſcribere quilibet ſuū d₃: q₂ h eſt exemplar verax. Vnde in iudicio oibus apert⁹ oſtēdet̄ vt videant oēs in eo falſitates librorꝫ ſuorꝫ Apo.xx. Liber qui eſt vite aptus eſt: ⁊ iudicati ſūt mortui ex his q̄ ſcripta erāt in libro. ¶ Itē para te ad lectionem: q₂ liber iſte apert⁹ eſt: ⁊ iō dixit librū apertū. Hic liber fuit clauſus in armario vteri virginalis in icarnatione tractus inde in natiuitate ſed apert⁹ fuit in paſſiōe. Ibi.n. chriſtus clauis ferreis habuit apertas manus vt erudiret nos de agendis. ¶ Itē lācea habuit apertum latus vbi eſt cor vt erudiret nos de credēdis. Nā corde credit̄ ad iuſticiā. vel de diligēdis Luce.x. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo. ¶ Itē apertos pedes vt erudiret nos de appetendis q₂ pedes anime ſunt eius affect⁹. ¶ Itē ad operis imitatione₃ q₂ liber ille de manu angeli accipiendus eſt. Angelus eſt ꝑdicator qui nō tam verbo q̄ exēplo annūciat vita₃ chriſti. Vnde talis librū iſtū ideſt vita₃ h₃ in manu.i. in operis imitatione. Qui ergo talis predicatoris ſequit̄ exemplum recte de manu angeli librū accipere dicitur. Vnde terreſtris angelus paulus librū iſtum accipere de manu nos hortatur dicens. Imitatores mei eſtote: ſicut ⁊ ego chriſti. Ergo librum accipe de manu angeli.i. exemplum tene boni magiſtri qui facit ⁊ docet opera chriſti. Talis magiſter eſt qui mare ⁊ terram pedib⁹ calcat.i. aduerſa ⁊ proſperat. ſupat. Vñ dicit ſtātis ſupra mare ⁊ ſuꝑ terram. Per mare.n. aduerſa: proſpera vero per terram intelliguntur.

¶ Finis libri ſeptimi.

¶ Incipit prologus libri octaui in quo cõ‑
tinentur exempla de legibus.i. de iure ca‑
nonico ⁊ ciuili.

LEgum conditores iu‑
ſta decernunt. Pro.
viij. ⁊ liberuʒ arbitri‑
um hois ex quo ope‑
ra humana prouenī‑
unt non eſt determi‑
natum ad vnũ. cõtin‑
git hoies non in ſuis
operibus ſemꝑ rõne
procedẽ ſed pluries
errare ꝓpter qḋ fuit neceſſariuʒ homini
hr̃e in ſuis actibus regulã dirigentẽ. Quã
ꝙ aũt ois ratio q̃ eſt primuʒ ſm pħm pn̄‑
cipium in agẽdis ſit cõis mẽſura vel regu‑
la operũ humanoꝝ diuerſa tñ hominuʒ
oꝑa mediantibus diuerſis habitibus ab
ea regulant̃. Nam oꝑa humana extrinſe‑
ca q̃ ad vitam ipſius hois ꝑtinẽt corpora‑
lem regulant̃ a rõne humana arte mediã‑
te. Unde in primo methaphiſice dr̃ ꝙ ho‑
minũ genus arte ⁊ rõne viuit: ⁊ eſt ars vt
diffinit pħs in. vj. ethicorũ recta ratio fa‑
ctibiliuʒ ⁊ vocat ipſe ſtabilia oꝑa q̃ pñt ex
exteriori materia fieri corꝑali. Ea v̓o ho‑
minis oꝑa que ꝑtinẽt ad vitã moralẽ re‑
gulant̃ mediãte virtute. Eſt.n. virtus mo‑
ralis habit⁹ electiu⁹ i medietate ↄſiſtẽs de‑
terminata rõne prout vtiqȝ ſapiẽs deter‑
minabit: ſicut eam diffinit pħs in libro
ethicoꝝ. ¶ Itẽ pħs etiã dicit ꝙ v̓tus eſt q̃
bonũ facit hñtẽ ⁊ opus eius bonũ reddit
Cetera illa hominũ oꝑa que ꝑtinẽt ad vi‑
tam ciuilẽ ratio mẽſurat ⁊ regulat lege de‑
cernẽte. Sunt.n. ciuilia oꝑa in qbus vn⁹
cõicat alteri in ordine ad bonũ cõe ⁊ taliũ
eſt lex humana q̃ bonũ cõe reſpicit regu‑
la ⁊ mẽſura. Unde dicit de ea Iſi. i li. ethi.
ꝙ lex eſt nullo priuato cõmodo ſed pro
cõi vtilitate omniũ conſcripta. Eſt ergo iſ‑
actuũ regula lex humana ſm quã induci‑
tur aliqs ad agendũ vel ab agẽdo retra‑
hitur. Sed qꝛ talia ciuilia oꝑa lex ſm eq‑
tatem iuſtitie regulat ⁊ menſurat recte in
verbis propoſitis dr̃ ꝙ legum cõditores
iuſta decernunt. In qbus v̓bis nõ tm̃ de‑
ſcribitur humanarũ legũ origo: ſed ⁊ ar‑
titudo inſuper ⁊ rectitudo eaꝝ. Nam le‑
gũm origo manauit ex ſapia cõditorum.
Coartatio v̓o ſumitur ex violẽtia prece‑
ptorũm ad quorũ.ſ. obſeruantiã ciues ꝑ
penas legales coguntur qḋ exprimitur in
noie legum: qꝛ lex a ligando.i. cogẽdo eſt
dicta: vnde lex coartationẽ importat ſed
legum rectitudo ꝓpẽditur in iuſtitia de‑
cretorum qꝛ iuſta decernunt. Eſt aũt circa
primũ notãdum ꝙ legũ cõditores iuſtaꝝ
non oẽs indifferẽter hoies eſſe poſſunt
qꝛ cõdẽdi leges auctoritas ſolum cõitati
vel principi competere videtur: ꝓpter qḋ
Iſiḋ. dicit in libro ethi. ⁊ habetur etiaʒ in
decretis di. ij. ꝙ lex eſt conſtitutio populi
in qua maiores natu cũ plebibus aliquid
ſanxerunt. Sũt tñ ſm Iſiḋ. quedã leges q̃
vocantur ↄſtitutiões pn̄cipum q̃ pertinẽt
ad monarchiam.i. ad ciuitates vel regnũ
q̃ gubernantur ⁊ regunt̃ ab vno. Alie v̓o
leges ſunt q̃ vocant̃ rn̄ſa prudentum ⁊ ſe‑
natus conſulta: ⁊ he ꝑtinẽt ad ariſtocra‑
tiam ad pn̄cipatuʒ optimoꝝ ſiue optima‑
tum. Alie quoqȝ ſunt leges q̃ dicunt̃ iu‑
ſtoriuʒ. ⁊ he ꝑtinẽt ad oligarchiã que eſt
pn̄cipatus paucorũ diuitum ⁊ potẽtum.
Alie etiã leges ſunt que plebiſcita vocan‑
tur: ⁊ he ꝑtinẽt ad mocratiã que eſt popu‑
li pn̄cipatus. Alie iſup ſunt leges cões q̃s
maiores natu vt dictum eſt cuʒ plebibus
ſanxerunt: ⁊ he ad regnuʒ optimũ ꝑtinet
qḋ eſt ex ſupradictis cõmixtũ. Patet ergo
ꝙ ꝑuate pſone non competit ferre legem
ſed ſolũ admonere ex eo ꝙ ſua monitio
ab aliquo contẽnatur: oino hʒ vim coar‑
tatiuam quã opʒ hr̃e lex ad hoc vt effica‑
citer inducat ad v̓tutẽ prout pħs dicit in
.x. ethicorum: ſed coactiuã vim hʒ popu‑
li multitudo vel publica pſona ad quam
ꝑtinet penas infligere. Eſt aũt prout tra‑
dit pħs in principio rethorice ſiue vtili⁹
⁊ meli⁹ oia ordinare lege ꝙ dimittere ar‑
bitrio iudicis ꝓpter tria. primo qdem qꝛ
facilius eſt inuenire paucos ſapientes q̃
ſufficiunt ad rectas leges ponẽdas ꝙ mul‑
tos qui requiruntur ad iudicandum de
ſingulis. ¶ Secundo qꝛ illi q leges ponũt

ex multo tempore conſiderant qđ lege fe
rendum ſit. ſed iudicia de ſingulis factis ſi
ūt ex caſibus ſubito exortis. Facilius aūt
ex multis conſideratis pōt homo videre
qd rectum ſit ꝙ̄ ſolum ex aliquo vno fa
cto. ¶ Tertio q: legis latores iudicant in
vlī ⁊ ď futuris ſed hoies iudicijs preſidē
tes iudicant de pñtibus ad que afficiunť
amore vel odio vel aliqua cupiditate. ⁊
ſic eoꝝ deprauatur iudiciū. Quia igitur
iuſtitia iudicis que dr̄ aiata non in multꝭ
inuenitur ⁊ quia etiam flexibilis eſt idcir
co neceſſariū fuit vt in qbuſcunqꝫ eſt poſ
ſibile lege determinareť ⁊ pauciſſima arbi
trio hominum cōmitterentur. Sunt. n.
ſingularia quedam q̄ lege cōprehēdi non
poſſunt: ⁊ talia neceſſariū eſt vt iudicibus
cōmittantur puta de eo qđ eſt factū eſſe
vel nō eſſe ⁊ de alijs cōſimilib⁹ his vt pħs
ait ibidē. ¶ Secūdo in noie legum notan
da eſt legis coactio cū lex a ligando dicať
vt ſupra dictū eſt: q̄ ligatio vel obligatio
ipſarū legum nō ſolum ad corporalia ſed
etiā ad ſpūalia ſe extēdit ex eo ꝙ iuſte le
gis tranſgreſſio eos q legi ſubduntur nō
tm̄ ad penam obligat ſed etiā ad culpam.
Unde leges humane cū iuſte ſint hñt viꝫ
obligandi in foro cōſcie a lege eterna a q̄
deriuantur: ſm̄ illud Prouer. viij. Unde
ſumptū eſt v̄bū ꝓpoſitum p me reges re
gnāt ⁊ legum conditores iuſte decernunt
Dicunť aūt leges iuſte ex fine cum ordināť
tur ad bonū cōe. ¶ Itē ex auctore. ſ. quā
do lex que lata eſt nō excedit poteſtatē fe
rentis. ¶ Itē ex forma vt qñ proprie ſm̄
equalitatē proportiōis iponunť ſubditꝭ one
ra in ordine ad bonū cōe. Cum eni vnus
hō ps multitudinis ſit: quilibet homo hoc
ipſuꝫ qđ eſt ⁊ qđ hꝫ eſt multitudinis: ſicut
⁊ quelibet ps id qđ eſt totius eſt. Vñ ⁊ nā
vt ſaluet totum nōnunꝙ̄ parti infert ali
qđ detrimentū. Vñ leges hmōi onera ꝓ
portionabiliter inferētes iuſte cenſentur
⁊ obligant in foro conſcie. Si aūt ecōtra
rio aliqs preſidēs leges iponeret aliquas
ſubditis oneroſas nō ptinētes ad vtilita
tem cōmunē ſꝫ magis ad ꝓpriā cupidita
tē vel gliā: vel ſi vltra ſibi cōmiſſam pote
ſtatem aliquis legē ferret: aut etiam ineq̄
liter onera multitudini diſpenſaret: etiaꝫ
ſi forte ad bonuꝫ cōe ordinari viderētur
in oībus profecto his caſibus leges iniu
ſte eſſent ⁊ magis violentie ꝙ̄ leges nun
cupande: q: ſicut Augu. dicit de libero ar
bitrio. Lex eſſe non videť q̄ iuſta non fue
rit. Unde tales leges non obligāt in foro
conſcientie niſi forte ꝓpter vitandū ſcan
dalum aut turbationē: propter qđ etiam
homo dꝫ cedē iuri ſuo ſm̄ illud Math.
v. Qui te angarizauerit mille paſſus va
de cum illo alia duo. Et q vult tecuꝫ iudi
cio contendē ⁊ tunicam tuā tollē dimitte
ei ⁊ palliū. Sꝫ multo forti⁹ ſunt leges in
iuſte: q̄ ſunt cōtra bonum vel mādatuꝫ di
uinum ſicut leges tyrānoruꝫ inducentes
ad idolatriam: vel qđcūqꝫ aliud qđ ſit cō
tra legeꝫ diuinaꝫ. Et tales leges nullo mo
do eſt licitum ſeruare. Quia ſicut dicitur
Actuum. v. Obedire oportet deo magis
ꝙ̄ hominibus. Sed de leguꝫ rectitudine.
tertio eſt notandum ꝙ recte leges ſunt
ille vt dicit Iſido. in qbus iuſta ⁊ equa de
cernuntur. Tales aūt ſunt q̄ ꝯſonant ſiue
congruūt rationi religioni diſcipline ⁊ ſa
luti. Unde Iſido. dicit ꝙ lex erit omne qđ
ratione cōſtiterit dūtaxat: qđ religioni cō
gruat: qđ diſcipline ꝯueniat: qđ ſaluti pro
ficiat. Hec eni eſt recta lex que eſt menſu
ra iuſta ⁊ debita regulata. Menſura au
tem hꝫ eſt triplex. ¶ Prima. n. lex eſt eter
na: de qua Augu. dicit in libro p̄mo de li
bero arbitrio ꝙ lex eterna eſt ſūma rō cui
ſp obtēperādū eſt. Hec āt nihil eſt aliđ ꝙ̄
diuine ſapiētie rō ſm̄ ꝙ directiua eſt oīuꝫ
actuū ⁊ motionū. ¶ Secūda eſt lex natu
ralis q̄ nihil aliud eſt ꝙ̄ participatio legi
eterne in rōnabili creatura. Unde Ro. ij.
ſuper illud. Cū gentes q̄ ignorāt legē na
turaliter q̄ legis ſunt faciunt. Dicit Gloſa
Et ſi nō hñt legē ſcriptā. habēt tñ legem
naturalē. qua qſqꝫ intelligit ⁊ ſibi conſci⁹
eſt: quid bonū ⁊ quid malū: de qua etiam
ait pš. Signatū eſt ſup nos lumen vultus
tui dñe ⁊c̄. q: lumen naturalis rōnis quo
decernim⁹ qd ſit bonū ⁊ malū quid ſit iu
ſtuꝫ ⁊ qd iniuſtū: quid decēs ſit. ⁊ quid in

decens: qđ ꝑtinet ad legem naturalem. ni/
hil aliud eſt ꝙ̃ impꝛeſſio diuini luminis in
nobis. ¶ Tertia menſura vel regula eſt ip
ſe finis legis: qꝛ vniuſcuiuſqꝫ rei, q̃ eſt pꝛo
pter finem neceſſe eſt ꝙ forma determine
tur ſm̃ pꝛopoꝛtioné ad finez ſicut forma
ſerre talis eſt qualis ꝯuenit ſectioni: vt pꝫ
in. ij. Phiſicoꝝ. Opoꝛtet ꝙ ipſa lex ſuo fi/
ni cómenſuret qui eſt vtilitas publica ſiue
cómune bonum. Quia igit̃ iuſta lex huic
triplici menſure concoꝛdat tria Jſido. po
ſuit ſcꝫ ꝙ religioni cógruet inquátũ. ſ. eſt
pꝛopoꝛtionata legi diuine. ⁊ ꝙ diſcipline
conueniat inquátum eſt pꝛopoꝛtionata le
gi nature. Et ꝙ ſaluti pꝛoficiát inquátum
eſt pꝛopoꝛtionata vtilitati humane. His
igit̃ de legibus generaliter ꝑlibatis: qꝛ iaz
in pꝛecedẽtibus libꝛis de ſenſibilib⁹ ⁊ ima
ginabilibus rebus quedá ſunt introducta
exẽpla: reſtat nũc ſm̃ oꝛdinẽ a pꝛincipio
libꝛi pꝛomiſſum aliqua de rõnabilibus re
bus exẽpla vel ſimilitudines addere. Et
qꝛ rõ eſt legis factiua ⁊ ipſaz legẽ ratio cõ/
mendat vt pꝫ di. i. conſuetudo: et Inſti.
de iure naturali gen. ⁊ ciuili. §. ꝙ vero na
turalis ratio: opꝫ rationabilia eſſe q̃ lege
decernunt̃. Et idcirco i hoc libꝛo octauo
de decretis vel conſtitutióibus legis tan/
ꝙ̃ de rationabilibus rebus aliquas ad no
ſtram doctrinam adaptando moꝛaliter ſi
militudines inducemus ſumptas. ſ. ex va
rijs libꝛis tá ciuilis ꝙ̃ canonici iuris. Sciẽ
dum enim eſt ꝙ totũ coꝛpus iuris ciuilis
compꝛehendit̃ in. l. libꝛis. Pandect. iiij. In
ſti. xij. C. ix. Coll̃. auctẽ. nouella lumbarda
⁊ cõſtituti. frederici. Coꝛpus vͦ iuris ca
nonici habetur in decretoꝛum volumine
⁊ etiá in decretaliũ libꝛo. Naz pꝛimo qui/
dem ex dictis ſanctoꝛũ patrum: ⁊ etiaz ex
legibus fuit liber decretoꝛum cõpoſitus
pꝛout in ipſo pꝫ ⁊ extra de accu. Qualiter
ꝗ. Poſtea vͦ cũ multe decretales epiſtole
extra coꝛpus decretoꝛũ vagarẽtur Ma
giſter her. papienſis pꝛepoſitus pꝛimá cõ
pilationem compoſuit. Sed ⁊ tẽpoꝛe pꝛo
cedẽte magiſter Giſebertus ſuam effecit
aliá. ⁊ alanus demuz magiſter henr̃ cópo/
ſtulanus in curia Romana moꝛá faciens
ex regiſtro dñi Innocẽtij. iij. quandá com
pilationem extraxit que romana appella
ta fuit. Sed qꝛ ibi quedá erant decretales
quas ipſa romana curia minime admitte
bat ideo ipſe idem Innocẽtius per ma/
num petri bonouẽtani compilationé edi
dit q̃ tertia vocabatur. Qua recepta magi
ſter Johánes Gallenſis ex duabus dictis
compilationibus Giſeberti ⁊ Alani vná
cópilauit que vocabat̃ ſcđa. Poſtmoduz
conſilio generali celebrato per eundẽ in/
nocentiũ quartum tam ex conſtitutioni/
bus generalis conſilij ꝙ̃ de alijs decretali/
bus eiuſdem Innocẽtij compilatio quar
ta pꝛoceſſit: poſtmodũ quinta cópilatio ꝑ
honoꝛium tertiũ facta fuit. Sed poſtmo
dum Grego. ix. volẽs confuſionem ⁊ ꝓ
lixitatem dictarum decretaliuz amouere
antiquis compilationibus abꝛogatis per
fratrẽ raymũdũ capellanũ ⁊ penitẽtiariũ
ſuũ qui. ſ. fuit de oꝛdine fratrũ pꝛedicato
rum imo eiuſdẽ oꝛdinis poſtea idem ma
giſter opus decretaliũ qđ modo tenetur
cõpoſuit. Cui poſtea bonifacius octauus
addidit ſextũ libꝛum. Nos igitur in hoc
preſenti tractaculo ex pꝛedictis iuris vtri
uſqꝫ libꝛis aliqua licet pauca ⁊ bꝛeuia di/
uerſis adaptanda materijs introducem⁹
exẽpla oꝛdinẽ in ſupioꝛib⁹ habitũ in ma
terijs ⁊ capitulis ꝯformiter ꝓſequentes.

¶ Capitulum. i.

Aduerſarij hominis ſpi
rituales ſcilicet diabo/
lus caro ⁊ mundus aſ/
ſimilantur pꝛedoꝛibus
Naz ſm̃ iura pꝛedo di
citur aliquis trib⁹ mo/
dis. ¶ Pꝛimo eni ꝑdo
dicitur quicũqꝫ alios pꝛedatur ⁊ tales ſũt
qui itinerantibus auferunt bona ſua. Et
hoc modo demones ſunt pꝛedones qui
nobis viatoꝛibus ideſt qui per huius mũ
di itinera ad patriaz tendimus: bona que
ꝓpꝛie nr̃a ſunt ſcilicet ſpiritualia auferre
contendunt. Illos eniz qui ſunt in patria
expoliare non poſſunt. ſed tantum nos
qui ſumus in via. Job. xxiiij. Nudos di/
mittunt homines veſtimenta tollentes

qbꝰ non ē operimētuȝ in frigore. ¶ Se
cundo dr̄ predo miles qui vltra ſtipēdiū
ſibi taxatū q̄rit. Idcirco eniȝ militibꝰ ſunt
ſtipēdia ꝯſtituta. ne dū ſūptꝰ queritur pre
do craſſeſ. xxiij. q. i. Militare. Et hoc mo
do caro dr̄ predo. q2 vltra ſtipēdiū neceſ
ſitatis ſibi a natura taxatū de quo Apoſt.
Habētes alimēta ⁊ qbꝰ tegamur his con
tēti ſimus. i. Timo. vi. adhuc ſibi exquirit
varia delectamēta voluptatis. Vñ Apo.
Ro. viij. Debitores ſumꝰ nō carni vt ſecū
dum carnē viuamus. ¶ Itē predo dr̄ pre
latus q vltra q̄ᵽ legato ſeruiat extorquet a
ſubditis querēs potiꝰ predā q̄ᵽ ſubſidiū in
ſubiectis. extra de cēſibꝰ. Plerunqȝ. Et h̄
etiam modo dominꝰ vēter cui tanq̄ᵽ pre
lato ſuo multi obediūt. quoꝝ deus vēter
eſt dr̄ predo quia pax ſpiritui ſeruit. ⁊ ta
men multa requirit ⁊ expēdit. Vñ q ſibi
obediunt hmōi nō chriſto ſeruiūt ſȝ ſuo
vētri vt dicitur Ro. xvij. Alio modo dici
tur ꝑdo iudex pecunijs ſeu patrimonijs i
hians qui alienū iurgium reputat predam
ſuaȝ. C. ad. l. Iul. repe. omnes. Et hoc mō
predo ē mundꝰ cuius auaritia ad pecuni
as ⁊ lucra inhians lites ⁊ iurgia ſuſcitat.
Vñ dicit Sen. ꝙ quietiſſime homines vi
uerent. ſi hec duo ꝓnomina meū ⁊ tuū de
medio tollerent. Gene. xiij. Dixit abraam
loth. Ne queſo ſit iurgiū inter me ⁊ te ⁊c̄.

¶ Capitulum. ij.

ADulator ⁊ ſuggeſtor cuius
falſa ſuggeſtiōe vel adula
tione alicui dānū infert ē
duplici pēa dignꝰ. ſ. pp fal
ſuȝ ſuggeſtū ⁊ pp dānū illa
tuȝ. Cuiꝰ exēplum appet i
his q p ſuggeſtionē falſi litteras ipetrant.
Qui ſcȝ ſecūduȝ iura primo ꝯdemnandi
ſunt ad expenſas quas altera ps fecit in ea
re ⁊ circa ipſam ⁊c̄. vt extra de reſcrip. Ce
terum in fine ⁊. C. de his. qui accu. primus. l.
qui crimē. ⁊ alias ſeueritati ſubiaceant iu
diciariū vt. xxv. q. ij. ⁊ ſine cognitio. Nā ⁊
l. cornelia de falſis puniri poſſūt vt ad. l.
cornel. de falſis. l. ſi qs irrepſerit. Simili
ter ergo adulator qui falſo laudando fu
rem vel raptorem vel huiuſmodi induce
ret eū ad furandū vel rapiendū vel aliud
nocumentuȝ proximo inferenduȝ ſi eius
adulatione hoc faciat alias non facturus
tenetur ad reſtitutionem damni inſolidū
ſicut tenetur ⁊ iubens ⁊ conſulens ſi pro
pter eorum iuſſum ⁊ conſilium damnuȝ
infertur. ⁊ preter hoc etiaȝ adulator talis
puniēdus eſt a deo de falſa ⁊ iniqua adu
latione Eze. xiij. Ve qui cōſuūt puluillos
ſub omni cubito manus. Puluilli enim
ſunt verba blanda ⁊ laudatoria que audi
enti mollia videntur ⁊ ſuauia. quos ſub
cubito manus conſuit. qui laudādo ⁊ blā
diendo ad male operandū aliquē inducit.

¶ Capitulum. iij.

AAmor dei quandiu ē ope
ratur. Unde deficiente ope
ratione deficit amor. Cuiꝰ
exēplum eſt. q2 ſi detur ali
cui priuilegium ad agēdū
vtpote ad decimas quas
quis nunq̄ᵽ habuerat exigendas tanto tē
pore durat priuilegium quāto tpe durat
actio. quia non eſt veriſimile papam vel
principem qui priuilegium concedit ve
le mutare naturam actionis vt extra de
electione eccleſia. C. de inoficio. teſta. l. ſi
quando. Similiter etiam amor dei ſicut
dicit Grego. operatur magna ſi eſt: ſi autē
operari deſinit iam amor non eſt. Recte
ſicut ignis quamdiu eſt calefacit quando
autem deſinit calefacere ignis non eſt. Da
tur enim amor dei ad agendum. Vñ dici
tur. i. Ioan. iij. Non diligamus verbo ne
qȝ lingua ſed opere ⁊c̄. ¶ Amor propriꝰ
hominem decipit ⁊ eius iudicium peruer
tit. Et ideo ſm iura in cauſa propria vel
in re ſua nō poteſt quis eſſe iudex. vt. iiij.
q. iiij. c. i. ⁊. C. Ne quis in cā ſua iudicet.
Dicunt tamen quidam ꝙ bene poteſt qs
punire propriam iniuriam ſibi factaȝ ma
xime ſi ſuperiorem non habet. ar. xlv. di.
Et qui emendat: quia neqȝ tenet aliquis
remitere propriam iniuriam ſibi factā ni
ſi velit. de peni. v. c. vlti. xxiij. q. iiij. ſi illis.
Alij vō dicūt ⁊ melius ꝙ nullus dȝ vlciſci
ꝓpriam iniuriā etiā ſi ſuperiorē nō habe
at. Vñ ſup illud Ioh. viij. Ego gloriā me

am non quero eſt qui querat ⁊ iudicet di
cit Grego. Illatas cótumelias patris iudi
cio reſeruat vt nobis ꝑfecto inſinuet quá
tum nos eē paciētes debemus duȝ ſe ad
huc vlciſci non vult ⁊ ipſe q iudicat. Ná
ſicut ibidē precedit pater oē iudiciū dedit
filio. Si ergo iudex iudicū ñ vult i facto
ꝓprio iudicare:multo minus alius dȝ h
preſumere quantū eſt de ſtricto iure: niſi
alius preſupponat ſe mádatis ſuis. In q
caſu ſi immoderatū qd precipitat redigať
⁊ reguleť ad arbitriū boni viri vt extra d
iureiurá.veniés:⁊.c.qntauallis. Et lȝ pa
pa ſolutus ſit legibus vt.C.de legibus di
gna vox tñ ipſe delegat.i.eo.c.j.Ad idem
accedit.ff.de officio pſidis ſenatus. Et de
iuriſdicti.o.iu.q iuriſdictiói ⁊.l. ptor. Hec
ꝓbanť extra de reſtitutiõe ſpoliatoꝝ con
querēte. Et extra de accu.qualiter.n. in ſi
ne.Sic ergo generaliter ꝓhibetur ne qs
in cá ſua iudicet:qȝ vitiū eſt aliquē ſue rei
iudicē fieri.ff.de iudicijs.Julianus ait. vñ
non dȝ quis in ſua re ſniam ferre qȝ non
pót ſeipſuȝ ꝯdemnare nec ſibi pcipere vł
abſoluere.ff.de arbi.l.penultima. Et diffe
rētia debet eſſe inter iudicem ⁊ iudicatuȝ
extra de inſtitu.c.ſi.extra de iure pſonarꝰ
per veſtras.extra de dilationibus debitū.
extra de verbo ſig.forum. Si quis igitur
aliquid iniurie patiatur non debet ꝓpter
h tumultuȝ facere nec ſeditioné mouere
ſed liceat ei adire iudicem ⁊ legū poſtula
re preſidiū.C.de his qui ad ecc.cóſu.de
nūciamus.Alioquin ſi quicꝗ publice vel
priuatim extortū ſit cum pena triplici re
ſtitueť.vñ non eſt licitum ꝙ aliquis rem
aliquá tanꝗ ſuaȝ occupet.alioquin pená
hȝ.ff.ꝙ metus cá extat.C.vñ.vi.ſi qs in
tátam.ff.de reli.⁊ ſumptibus.fu.oſſa.Fal
lit hoc forte ſm azonem vbi quis nõ hēt
copiá magiſtratus ar.C.de iudeis nullus
.ff.de ori.iur .l.ij.§. poſt orig.Quod intel
ligas quo ad hoc vt ſi forte aduerſarius
meus fugiat liceat mihi ipſum detinere ⁊
etiaȝ manus iñjcere.ad hoc vt ipſū ducá
coram iudice cópetente.ff.de his q in fra.
credi.ait pretor.l.ſi debitorem.C.de curia
libus.l.generali.li.x. Et ē ar.ꝙ ſi clericus
delinquat ⁊ fugiat quod poſſit ſine metu
canonis duci coraȝ epiſcopo ⁊ quouſqȝ ſi
bi redditus fuerit detineri ſicut vtitur ec
cleſia gallicana.Sed non diffinio vtrum
excómunicatio euitetur quia nõ inuenio
hoc expreſſum in iure canonico.Et ſemꝑ
quátumcunqȝ delinquať quouſqȝ corrigi
bilis eſt priuilegium retinet.extra de ſen
tentia excõmuni.in audientia ⁊.c. ꝯtingit
.ij.Patet ergo qð non licet homini vt ſit
proprie cauſe diffinitor vel ꝓprie iniurie
vltor vel ſue rei occupator. Naȝ propꝛiꝰ
amor fallit.⁊ ab eqtate recedere facit. Sꝫ
nota qð ſicut homo in foro iudiciali nõ
debȝ eē iudex cauſe ſue.ita nec in foro pe
nitētiali debet eē iudex culpe ſue Apoſto
lus.i.Corin.iiij.Neqȝ me ipſuȝ iudico ſi
iudicio ſacerdotis debet eá dimittere Lu
ce.xvij.Ite oſtēdite vos ſacerdotibus ⁊c.

¶ Capitulum.iiij.

ANima dicit viduata amiſ
ſo celeſti ſpóſo deo ſicut di
citur viduata eccleſia cardi
epiſcopo vel archiepiſco
po.Dicitur enim ſine archi
epiſcopo eccleſia viduata q
ad quedá puta cõſilij conuocationē. criſ
matis cõfectionem baſilicaꝝ dedicationē
clericoꝝ ordinationē epoꝝum cõſecratio
nē.Siľr epiſcopalis eccleſia viduata dicit
quo ad quedá epiſcopalia.puta criſmatis
in frõte cõfirmatiõeȝ extra de ꝯſue.quáto
ꝟginū ꝯſecrationē.penitētium publice re
miſſionē ſeu recõciliationē.xx.vi.q.vi.§.
⁊c.lxviij.di.q̃uis coepiſcopi.xxv.di.perle
ctis vbi ad epiſcopū. Eccľia ꝑ recõciliatio
neȝ extra de ꝯſecratiõe Ecclie vel altaris
Abbatū bñdictionē extra de eta.⁊ qͥlitate
cū ꝯtingat. Maioris inqſitõis diſcuſſiões
⁊ monaſterij ꝯſecratiõeȝ extra de elec.tráſ
miſſa. In his.n.oibus ⁊ ſimilibus dicť
viduata eccleſia epiſcopalis.Similiter aía
priuata per peccatū celeſti ſpóſo caret cõſ
lio.i.cõſortio eccleſie qȝ ⁊ ſi ſit de eccleſie
numero:non tamen merito.¶ Itē chriſ
mate grē ⁊ dedicatione pſone:qȝ neqȝ tē
plum anime neqȝ corpis eſt deo dicatum
q̃diu eſt in peccato.¶ Itē ordinatiõe virtu

q̄ vita pcōris ĩordinata ē. ¶ Item ↄſecra tiōe aīe: qꝛ nō ē peccatoris aīa deo ↄſecrata: nec ↄtra tētatiōes hȝ robur ſiue firmitatē nec ↄſeruationē virginalis mūdicie. ¶ Itē caret pcōꝝ remiſſione ꝛ reconciliatiōe offenſe. ¶ Itē bñdictōe miſericordie Hec eſt.n.bñdictio abbatū.i.patrū q benedicunt in ſemine elemoſynaꝝ. Unde ꝛ miſericordib⁹ dicet illud Math.xxv. Venite bñdicti pr̄is mei pcipite regnū qḋ vobis paratū ē ab initio mūdi. ¶ Iteȝ caret diſcuſſione pnīe qꝛ peccator ſeipȝ ñ diſcutit nec aſpicit. Apo.i.Cori.xi. Si noſmetipſos diiudicaremus nō vtiqȝ a dño iudicaremur.

¶ Capitulum.v.

Auctoritas ꝛ diſpēſatio ſupioris excuſat īferioꝝ delicta. Cui⁹ exēplū apparet ī ſimonia. Pōt.n. dari tpale ꝓ ſpirituali ex ꝓuiſiōe ſupioris: vt extra de pactꝭ cū pridē. ꝛ extra de ꝓſbyteris in fi. Quaſi ſupioris auctoritas vitiū purget vt.ff.de his q not.infa.l.furti.§.qb⁹ iuſſu. Et extra de tranſac. ſtatuim⁹ ꝛ.c.veniēs. Sic ēt auctoritas ꝓncipis min⁹ ſolēne teſtm̄ facit ſolēne. C.de teſt.l.oī q̄ facit ex nudo pacto dari actiōeȝ vt.ff.de pact.l.legittima q̄ mutat ſubſtātia ꝗ̄ vt.C.cōia de legatis.l.ij.C. de rei vxo. actione.l.i. Et ſic forſan filij iſl'r excuſāt a furto: qꝛ furati ſūt egyptijs vaſa aurea ꝛ argētea ꝯ mādato ꝛ auctoritate dñi Exo.iij. ¶ Itē auctoritatē ꝓſtās faciēdi malum puta mādādo illud fieri vel ↄcedēdo licētiā reputat vt faciens malum. Et iō dicit iperator oīa nr̄a facimus qb⁹a nobis ipartitur auctoritas vt.C.de veteri iure.e.l.i. §.cūqȝ ꝛ.§.ſȝ neqȝ. ¶ Itē auctoritatē hñt maiores ordinādi de minorib⁹. Vñ ꝓnceps cū ſuis ꝓceribus pōt facere cōſtitutiones vt.C.de offic.prefec.l.humanum.

¶ Capitulum.vi.

Bona que qs facit exiſtēs in charitate ſi tráſferat ī aliū nō ꝓpterea ipſe illa perdit quātū ad meritū. Cui⁹ exēplū eſt qꝛ licet populus romanus auctoritatē condēdi conſtitutiōes ſeu Et leges legal tráſtulit ſe in principē vt.C.de veteri iure.e.l.i.§. Et hoc ēt tñ intelligit tranſlata.i.conceſſa nō q̄ oīno populus a ſe abdicauerit poteſtatē. Et ſic dr̄ tráſferri iuriſdictio a delegāte in delegatum: vt.ff.de offic.eius cui mādata eſt iuriſdictio.l.i.§. Qui mādatā. Nā ꝛ ſi olim ptātē cōdendi leges popul⁹ in principē tranſtuliſſet tñ poſtea reuocauit vt.ff.de orig.iur.l.ij.§.ex actꝭ.ꝛ.§. cuȝ placuiſſet. Sȝ licet ſic eſſet antiquitus hodie tñ dicūt aliqui q̄ nec populus nec ſenatus pōt condere legē generalem ſȝ ſolī principi licet cōdere legē talē. C. de legib⁹ lege ſi.qḋ ego verius credo vt ēt pȝ.C.de veteri iur.enu.l.ij.§.ſed h. Sicut eñi tráſlato ſacerdotio neceſſe ē vt legis eñi tráſlatio fiat: ſic dici pōt q̄ tráſlato impio neceſſe ē q̄ ptātis condēdi leges tráſlatio ēt fiat: extra de cōſti.tranſlato. Nam qui nihil retinuit inſolidū preſumit tráſtuliſſe. arg.extra.de offi.dele.venera:ad.ſi. Sed ꝛ prima opinio vt ſentit Hoſti. eſt de conſuetudine inumbrata: que nec dum opinionē ſed ēt legē tollit vt in ꝓhemio inſtit.§.igit poſt libros.ꝛ in auct.de heredi. ꝛ fal.§.i.Coll.i.

¶ Capitulum.vij.

Caro dȝ eſſe ſubiecta ſpiritui ꝛ nō ecōuerſo qꝛ ſpūalia maiora digniora ꝛ fortiora ſt̄ q̄ carnalia. Et hic ē q̄ clericus non pōt cōueniri ſub iudice ſeculari extra de iudi.decernim⁹. Et ēt epiſcopus ſi pōt hodie laico delegare ēt ſi clericus cōſentiret extra.ꝯ foro ↄpe.ſignificaſti. Nec obſtat q̄ hab͛.xi.q.i.Placuit: ꝛ iteꝝ.xi.q.i.clericus nullus.xvi.q.vij.fili⁹ ſe. Hoc.n. intelligit de depoſito ꝛ incorrigibili q nō pōt ꝑ aliū diſtringi.extra de clerici excōi. c.ij.in ſi.ꝛ de ſen.excōi.vt famc.xvij.di.nec licuit.xxiij.q.v.de liguribus. Nā ſi relicto habitu immiſceat ſe ꝓlijs vel faciat guerrā ipune occidit extra de ſentē.excōi.cum nō ab hoīe in fine. Vel hoc pōt fieri auctōrifica.i.pape vt ſcḋa.q.v.cum deuotiſſimam. Laicus auteȝ bene conuenitur ſub

iudice eccleſiaſtico in multis caſib⁹ vt in
cā ſeruoꝝ ⁊ ruſticoꝝ eccleſie. lxxxix.di.iu
dicatū.xi.q.ij.eccleſiaꝝ ſeruos. ¶ Item in
cauſis penitētiū.xi.q.i.aliud. ¶ Itē in cau
ſis libertoꝝ pupilloꝝ ⁊ viduaꝝ ⁊ ꝯbiliū
ꝑſonaꝝ.lxxxvij.di.ꝯſolatis ⁊ ꝓcipue quā
tū ad tuitionē ⁊ defenſionē ne a potētib⁹
opprimāt.xxxiij.q.v.adminiſtratores ex
tra de cenſib⁹ licꝫ.xxxiiij.q.iij.ſi qs ꝯ potē
tioribus. ¶ Itē ēt eſt in peregrinis merca
torib⁹ ⁊ agricultorib⁹ ⁊ mare nauigātib⁹
extra de treu.⁊ pa.inouam⁹. xxiiij.q.iij.ſi
qs romipetas. ¶ Itē cū agit̃ de feudo ec
cleſie ⁊ inuaſores ēt locoꝝ ⁊ eccleſiarū
vl̃ raptores ſeu malefactores pn̄t cōueni
re clerici ſb̄ quocūqꝫ maluerit iudice. Et
ſil̃r qn̄ iudex eccleſiaſticus iuſticiā redde-
re negligit vl̃ ſuſpect⁹ eſt vel ſubitū ledit:
cognoſcit epiſcop⁹ vt in auctē. vt diffe.iu
di.i. R.⁊.§.i.⁊.§.ſi tn̄ contingit Colľ.ix.
¶ Idem eſt de iur̃ i ciuitatib⁹ q̄ iudicib⁹
carent. Quia ergo eccleſiaſtica ad ſpm̄ ſe-
cularia ꝟo referuntur ad carnem ſicut cle
ricus ſub ſeculari iudice n̄ debet cōueni-
ri:ita quoqꝫ neqꝫ ſpiritus dꝫ ſub lege car
nis teneri ꝯ qua Apo.ait Ro.vij. Video
aliam legem in membris meis repugnan
tem legi mentis mee ⁊c. Ro.viij. Debito
res ſum⁹ non carni vt ſecundum carnem
viuamus. Sꝫ quaſi ecōuerſo ſub iudice ec
cleſiaſtico laicus ꝯuenit̃ qſi ſub modera-
mine ſpūs carnal̃ appetit⁹ reſtringit̃ Gal.
v. Spiritu ambulate ⁊ deſideria carnis n̄
perficietis. ¶ Item mortificanda ē ne ani
ma pereat:ſicut homo incendium timēs
deſtruit domum vicini ne ſua ardeſcat.
Eſt.n.licitū h̄ ſm̄ leges. Nā ſi ꝯfendēdi
mei cā tuum edificium incendio orto diſ
ſipauerim non teneor tibi.⁊ iō vlpianus
reprobat labeonē.q ait in hoc caſu:⁊ in
eo noīe etiā familie iudiciū dandū vt.ff.
eo.l.iij.§.q̄ ait pretor. Poſſet tamen dici
q̄ labeonis ſententia fuit vera:vbi iuſt⁹
non fuit metus.qr adhuc non ꝑuenerat
ignis vſqꝫ ad domū vicini quam deſtru
xit:tūc eni teneor in ſimplū act.l.aql̃. Sꝫ
ſi ꝑuenerat vel iuſte dubitabā an ꝑueni-
ret qr forte tp̄s vētoſū erat hꝫ locū qd vl
pianus dixit. Neqꝫ eni dānū dare video-
eq̄ perituris edib⁹ vt.ff.q̄ vi aut clā.Si
alius.§.Eſt ⁊ alia exceptio. Quāuis autē
nō peruenerit tn̄ putabam ignem ventu
rū adhuc ceſſet actō ſic itelligit̃.ff.ad.l.aq
lis. Si qs fumo.§.aut dr̃. Si ēt ꝓicit̃ ei.qui
cauſa mertiū ſuaꝝ ſeruādarū alienas ꝓij
cit in mare : vt.ff.de ꝓſcrip.verbis q ſer-
uandarū. Reſpō.i. Multo ergo magi dꝫ
hō ſpūalit̃ plus curare de aīa q̄ de carne.
Eſt.n.aīa.quaſi dom⁹ dei ꝓpria: caro āt q̄
ſi aliena. Vnde domin⁹ ait Mathi.x. No
lite timere eos q occidunt corpus:ſuper
animā aūt nō hn̄t iam amplius qd faciāt:
ergo dom⁹ carnis ſeu ꝯcupiſcētia mortifi
cādo ꝑ penitētiam deſtruatur ne.ſ.libidi
nis incendio domus mētis abſorbeatur
Ro.viij. Si ſpiritu facta carnis morti
caueritis viuetis. Et h̄ precipue eſt neceſ
ſarium cuꝫ qs ꝓſlare ſenſerit tentationis
ventum ⁊ vbi ſe fragilem ſentiens metu
it ruine ꝑiculū. ¶ Sūt ēt carnis delectatō
nes velut aliene merces in mare ꝓijciēde
ideſt i amaritudinē pnie ꝯuertēde vt mē
tis interne ꝟtutes q̄ſi ꝓprie merces ſaluē
tur Math.v. Si pes tu⁹ ſcādalizat te ab
ſcide eū ⁊ ꝓice abſ te. Et idē et ſi ocul⁹ tu
us ſcādalizat te erue eū ⁊ ꝓijce abs te ⁊c.
Exo.xv. Equū ⁊ aſcenſorem ei⁹ proiecit
in mare. Equus.n.eſt corpus. Aſcēſor ei⁹
delectationis appetitus q ei dn̄atur qui
proijciendus eſt in mare penitentie. Oſtē
dunt etiaꝫ nobis prefataꝝ legum exēpla.
q̄ magis hō de propria ſalute q̄ aliena dꝫ
curare. ¶ Item cum a carne permittit ſpi
ritus ſuperare eſt velut quedam colluſio
damnabilis ⁊ iniqua. Tunc eniꝫ ſpiritus
aſſimilatur ei qui colludit in cauſa ſtatus
puta cum dominus accepta pecunia vel
alia malitioſe ꝑmittit ſe a ſeruo in ſtat⁹
iudicio ſuperari: que colluſio detegēda
eſt ⁊ dantur premia detegenti ⁊ adiudica-
tur ei ſeruus. Vn̄ ille qui colludit in cā ſta
tus perdit ius in perſonā illi⁹ ꝯ cuius ſta
tu agebat̃ ⁊ applicat̃ illi qui colluſionē de
texit.ff.de colluſionib⁹.l.j.C.eo.l.ſi. Simi
liter cū caro ⁊ ſpūs ſibi inuicē quaſi litiga
tes aduerſent̃:⁊ cum ſpūs habeat ius do-

minus ſup corpus:ſi pp delectationē acceptam a carne pmittat ſe in tentationis cā ſeu lite ſuperari per ꝯſenſuꝫ eſt quaſi colluſiōis pcti. Quod tamē ſi p penitentiam vel cōfeſſionē detegat caro in ſeruitutem redigit ipſius penitētis. Et tūc tollit dominium carnis a ſpiritu puaricante ꝛ ſubditur eidē ſpiritui penitēti:ex cuius pſona dicebat Apo. Corin.ix. caſtigo. corpus meum ꝛ in ſeruitutem redigo.

¶ Capitulum.viij.

Caſus malus non imputatur alicui:niſi vbi culpa interuenit ſicut medico non imputat ſi potionē dat.ꝛ infirmus aliquo caſu fortuito moriat:ita q medicus nō deprehēdat in culpa ante factū velꝰ in facto vel poſt factum extra de cleri. egro. ad aures ante factū deprehenditur in culpa qn nō eſt peritus in arte vel qn intromittit ſe de miniſterio alieno puta eſt religioſus q intromittit ſe de cyrugia qd officiū nō ptinet ad ipm extra de homici.tua nos. In facto aūt deprehēdit in culpa qn nō dedit potionem iuxta traditionē artis imo innitebat prudētie ſue cōtra iura de ꝯſtit.ca.ec.c.ne innitaris. Ex poſt facto dephēdit qn circa cuſtodiā infirmi apponit diligētiā quā dꝫ.nec excuſat ſi cuſtodē minus diligētē dimiſit vbi videbat periculū iminere.ar.extra de officio archi.ea q.Caueat ergo quo plures curas ſimꝰ ꝛ ſemel ſuſcipiat:qꝛ ſi infirmus continuam diligētiam exigit pluribus intentus minor ſenſus tali ad aures.ff.ad.l.aquil.qua actione.§.fi.ꝛ.l.ſeq.

¶ Capitulum.ix.

Circuitus ꝛ diſpēdia vitanda ſunt:eius exēplū habet a cōſuetudīe curie Romane. Nā lꝫ p poſtulationem hoc acquirat poſtulato q redditꝰ habilis ad hoc vt eligat poſtulatōe admiſſa vt extra.de ele. Innotuit in fi.hūc tū ordinē ꝛ ſi a iure pcedat nō ſeruat Ro.curia. Nā ſi ab ea aliqs poſtuletur poſtulatiōe admiſſa nō ſequtur electio ſꝫ approbatio poſtulationis ꝛ poſtulati p electione ꝛ cōfirmatiōe habet ꝛ ſimile extra de elec. Cū inter canonicos ꝛ hoc ideo facit vt euitetur circuitꝰ. Qui certe vitandi ſunt vt.ff.de condi.indebi. l.dñs ꝛ vt vitentur diſpendia eccleſiarū vt extra.de elec.c.vlti.

¶ Capitulum.x.

Cogitatio interior peccati ſine conſenſu opis nō tollit gratiā nec euacuat merita precedētia niſi ſit cū delectatione moroſa qꝛ tunc interdū ē mortalis culpa. Exēplū huius eſt qꝛ volūtas teſtatoris imperfecta nō tollit ſolēne teſtm̄ pcedēs ſed cū decēnio tollit:vt.C.de teſtamētis.l.ſcimus. Sicut ergo moroſitas tpis auctētiꝰcat imperfectā voluntatem teſtatoris:ſic ēt moroſitas peccatoris augmētat culpā interioris cogitatiōis:vñ pūerſe cogitatōes ſicut dr Sapiē.i.ſeparāt a deo.ſ.qn ſunt moroſe.ꝛ iō ſicut dicit Iñd. Cū te titillat cogitatio cū tibi aliqd ſuggerit illicitū nō ibi teneas animū calca ſerpētis caput: calca praue cogitationis iniciū. Eſt enim periculū in mora. Aduertēduꝫ tū hic eſt q pprie loquēdo delectatio cogitatiōis dicitur moroſa nō ex mora tpis ſꝫ ex eo q ratio deliberās circa eaꝫ immorat nec tū eam expellit tenēs ꝛ voluens libenter ea ſtatim vt attingerunt aīum reſpui debuerunt. vt Auguſtinus dicit.xij. De tri. Iteꝫ nota. q cogitatio ipſa ſm ſe non eſt pcti mortale. immo qñqꝫ eſt veniale tm̄: puta cū aliquis cogitat vtiliter de fornicatiōe .ſ. vt de ea pdicet:vel diſputet. Sed ſi aliquis circa cogitationē fornicatōis immorat vt delectet de ipſo actu cogitato tunc eſt pcti graue immo etiā conſenſus in talem delectationem ꝛ abſqꝫ cōſenſu exterioris operis dicitur eſſe mortalis.

¶ Capitulum.xi.

Confeſſionē dꝫ pcedere diligens ꝯſcie pſcrutatio et exaīnatio. Nā ſꝫ iura aūꝫ q gs ꝯſecret vel ordinet. dꝫ pcedere p triduū ſeruitiū.ſ. vt incipiat in feria.

quarta ꝓcedēte ſabbatū ordinū. ⁊ dȝ ꝑ triduū diligēter inquiri de genere de pr̄ia ꝺ inſtitutiōe. i. titulo ad quē ordinaꝛ ꝺ etate. de loco in quo ꝯuerſatus ē. de ſciētia. de fide. ⁊ de alijs hmōi ⁊ ſic exaiari per triduū ꝯtinuū. Sabbato ꝗ ꝓbati ſūt eṗo ꝓſentanꝛ. xxiiij. di. qn̄. Similiter añꝗ penitens ſe ſacerdoti in ꝯfeſſione repn̄tet: vt bn̄ficiū abſolutionis ⁊ ſacramentalis gr̄e ꝯſecrationē recipiat dȝ ſemetipȝ ꝓmo diligēter ꝑſcrutari ⁊ ꝯſciaȝ ſuā ꝑ triduuȝ .i. diutius examinare. vel per triduuȝ ideſt de triplici tp̄e. ſ. de iuuētute virili etate ⁊ ſenectute. vel ꝑ triduū. i. tripl'r. ſ. de ꝯmiſſis in deū in ꝓximū ⁊ in ſeipſuȝ. vel ꝑ triduū. qꝛ dȝ eē ꝯſideratio penitētiuȝ ſeu cōfitētium circa ꝑſonas circa peccata ⁊ circa circūſtantias peccatoꝝ. Dȝ quoqȝ fieri examinatio penitētis de tota vita ſua quādo vult generaliter confiteri ⁊ debet fieri examinatio non ſolum de actibus peccatorum ſed etiam de circumſtantijs ſcȝ de cōditione perſone de loco de facto de cā. de modo de tempore de auxilijs quibus operatus eſt. Sicut in hoc verſu cōtineꝛ. Quis quid vbi qbꝰ auxilijs cur quomodo qn̄. Sicut clericus vt dictū ē examinatur non ſoluȝ de perſona ⁊ vita ſed etiaȝ de alijs circumſtantijs.

℄ Capitulum. xij.

Conſcientie grauamen nō eſt ſuſtinenduȝ. Sed ē per pniam protinus remouēdum. Nā ſm iura nō tolerādū eſt grauamē eccl̄ie. vn̄ ꝯſuetudines inducte i grauamē eccleſiaꝝ nō debēt obſeruari ſed reuocari extra de ꝯſuetudine. c. i. Sicut ergo eſt reuocandū qd infert grauamē eccleſie. Jta etiaȝ eſt remouendū ⁊ purgādum quod infert grauamē conſcientie. ſ. peccatuȝ ex eo quod quādiu retinetur ſemper peccator ipſe ruit de malo in peius Gre. peccatū qd per penitētiā non diluiꝛ mox ſuo pōdere ad aliud trahit. ⁊ ad idem de pē. di. iiij c. i. ⁊ xxxvij. q. ij. ⁊ ſe. pp qd hortaꝛ apoſtolꝰ hebreos. xij. di. dponētes oē onus ⁊ circumſtans peccatum ⁊c. maxime autem peccandi conſuetudo eſt que cōſcientiam grauat ps. Filij hoīum vſqȝ quo graui corde. ſ. per peccandi conſuetudinē ꝗ cor idurat ⁊ aggrauat.

℄ Capitulum. xiij.

Corripiēdi ſunt ſpirituales viri nō ꝑ carnales ſȝ ꝑ ſpirituales ſicut clerici nō ſūt corrigēdi vel verberādi ꝑ laicos: ſȝ tm̄ ꝑ clericos. vn̄ ſi ꝓlatꝰ pcuteret ſubditos ſiue monachos ſiue alios nō ꝑ clericos ſȝ ꝑ laicos vterqȝ eēt excōicatus ⁊ qui preciperet ⁊ qui verberaret. vt extra de ſen. ex com. vniuerſitatis niſi forte ſint incorrigibiles qui non poſſunt comode per clericos comprehendi. Tunc. n. per laicos poſſunt dum tamē non plus ſe extendat violentia laicorum ꝗ requirat rebellio clericoruȝ. vt ex̄. de ſenten. excom. vt fame. §. laici. Jteȝ correptio prelati debet eſſe moderata. Naȝ ſi eſſet nimis atrox ⁊ violenta in clericū ita vt mors ſequereꝛ nō tranſeunda eſſet ſine punitione. Vnde ſi ſubditum ſuum non habito reſpectu ad ordinē ſibi datum eṗs cedi crudeliter iuſſerit. ⁊ in continēti mortuus fuerit homicida iudicaꝛ. ar. li. vi. ſi ꝗ femina. Si aūt per viij. menſes vel ampliꝰ vel minꝰ ad arbitriū iudiciȝ redigēdū vixerit ⁊ poſtea moriaꝛ ꝗuis ꝑſumaꝛ ex alia infirmitate. tn̄ ſuſpēdendus eſt dn̄s ad tempus vel vſqȝ ad duos menſes vel ſecūdū ꝙ videbiꝛ inſpecta ꝑſona vt extra de clerico pcuſſore ꝓterea ⁊ ſi ſe nō emēdauerit poſtea deponatur. vt. e. t. i.

℄ Capitulum. xiiij.

Corpora ſanctoruȝ poſt reſurrectionē erūt ⁊ ꝓmiabūtur in celo ſicut ⁊ ſp̄us eoruȝ ⁊ ſil'r corpora dānatorū in inferno. Tenet. n. in hoīe ſp̄us quaſi vicē viri. Caro āt q̄ſi viceȝ vxoris. ⁊ ſm iura vxor ſeqꝛ foꝝ mariti vt. ff. de iur l. o. iu. l. penul. C. de incol l. l. vltia. ff. ad municip. ea ꝗ ⁊. l. de iure. §. vltimo. ⁊ l. filijs. §. j. Sil'r etiam caro ſeqꝛ foꝝ ſp̄us. qꝛ vbi ꝓmiaꝛ vel punitur ſp̄us ēt caro Luce. xx. Timete eū qui

bz ptãtez aĩaʒ ⁊ corpus mittere in gehennã. Congruū.n.ē vt ſicut li corpus ſimul cū aĩa peccat vel meretur ita tandē ſimul cū aĩa puniat vel premiet ⁊ ideo põt dicere aĩa beata õ corpore. Volo pater vt vbi ego ſum illic ſit ⁊ miniſter meus. Nam ſicut corpus li ꝯiungit aĩe ad miniſteriū laborisita in celo et copulabitur ad côſortium mercedis.

¶ Capitulum. xv.

Damnati q ſunt in inferno nec ſuffragia valēt recipere in quo differūt ab his q ſunt in purgatorio nec ipſi alijs ꝯferre pñt in quo differunt ab his q ſunt i celo ⁊ in mundo. Unde in hoc damnati aſſimilantur clericis ſuſpenſis quibus ſecūdū iura bñficia côferri nõ poſſūt extra de etate ⁊ qualitate ord. ꝑ.cū bone memorie. nec ipſi alijs poſſūt ꝯferre. vt extra de cõceſſi.ꝑ. vel eccleſie non vacan. q̃ñ diuerſitatē. Silr dãnatis ſuffragia ꝯferri ñ poſſunt. q: in inferno nulla ē redēptio ſicut patuit in diuite epulone Luce. xvi. Similiter ēt ipſi bona alijs côferre nõ poſſūt q bonis oĩbus ſūt priuati ps. Nihil iuenerūt oẽs viri diuitiaꝝ in manibus ſuis.

¶ Capitulum. xvi.

Damni dati culpa aliqñ ē excuſabilis. nam aliqñ excuſat eaʒ modus vt cū qs ſe defendendo dãnū dedit. tunc.n. non tenetur dū tñ modū ſeruauit. Talis.n. culpa caret q: ẜm legem fecit. ff. de iuſtitia ⁊ iur. vt vim. aliquãdo võ excuſat eū met⁹. Nã quencūq; ferro me petentē q̄uis nõ ꝑcutientē interficere licet. ſufficit eniʒ terror armoꝝ. Hac ēt rõne excuſor ſi furem nocturno tpe interfecero. vt dr in tabernario repoſcēti lucernam vt tñ cū clamore li teſtificet ſed de die nõ lʒ niſi ſe telo õfendat. ſed ſi potui ipſuʒ capere non occidēdo ⁊ tñ occidi tunc teneor. ff. ad. l. aquil. l. iiij. §. ſi. ⁊. l. v. ⁊. l. ſi ex plagis. §. tabernari⁹ extra de homicidio. c. ij. ⁊. iij. Aliquando võ excuſat eum impulſus q: ſine culpa ēt eſt qui alterius impulſu vel ventorū violentia damnum dedit. ff. ad. l. aquil. queʒadmodum. §. ſi nauis. ⁊. l. ſi ex plagis. §. i diuino capitolio. ¶ Item culpa damnū inferentis aliqñ eſt ante factū. aliqñ in facto. aliqñ poſt factuʒ. Ante factū eſt ſicut cū aliquis male cõpoſuit lapides in plauſtro ⁊ ꝓpterea lapides ceciderunt ⁊ damnum dederunt. vel in ſtipulam ſuã ignem appoſuit in die vẽtoſo. vel quia non adhibuit diligentiã quã debuit de damno qđ ſequitur tenetur. q: qui occaſionē damni dat dãnū dediſſe videtur. Porro ſi oẽm diligentiã adhibuit quam debuit ita q̧ nihil dimiſit de ꝯtingētibus nõ tenet. ff. ad. l. aquiliã qui occidit. §. in hac. ⁊. l. qui foueas. ⁊. l. idem iur. §. milionem. ⁊. l. ſi ſeru⁹ §. ſi explantato. extra de iniurijs ⁊ damno dato. ſi egreſſus. Quandoq; vero culpa ſequitur factum. vt in medico qui bene ſecuit ⁊ poſtea circa curam negligēs fuit. Quandoq; autem eſt in facto. vt ſi medicus imperite ſecuit. ff. ad. l. aquil. qua actione. §. ſi. ⁊. l. idem iure. Et probãtur hec tria extra de etate ⁊ quali. ad aures ⁊ de homicid. tua nos.

¶ Capitulum. xvij.

Diabolo renunciare dʒ hõ ⁊ oĩbus põpis eius pluribus de cauſis ſilibus his quib⁹ epĩ renūciatio admittit. Sũt eni he iuſte cauſe qb⁹ tal' eſt renunciatio admittenda. Conſcientia criminis non cuiuſlibet ſed illius dūtaxat propter qđ ipſius officij executio poſt peractã pñiam ēt ipedit. puta ſi ſit enorme delictū. ẜʒ bernar. gof. ⁊ hoſti. Et dicit enorme delictuʒ ẜm hoſti. hõicid. l. di. mino. ⁊. i. q. vij. ſi quis oẽm de ꝯſ. di. i. c. i. Item hereſ i qua poſt vuln⁹ ſanatū cicatrix remanet. i. q. vij. ſi q Itē ſimonia in ordine. extra de accuſa. inquiſitis. ¶ Secunda cauſa ē debilitas corporis nec oĩs debilitas q̄ ex infirmitate ⁊ ſenectute ꝓcedit ſufficit ſed illa dūtaxat ꝑ quã impotens redditur ad exequēduʒ officiū paſtorale. ¶ Tertia eſt defect⁹ ſciētie ſed q̄uis deſideranda ſit emiñẽs ſcientia in paſtore in eo tñ eſt côpetens tolerã

ſa extra de elec.qualiter. ¶ Quarta cā eſt malicia plebis: qn̄.ſ.adeo dure ceruicis exiſtit.ꝛ in rebellione ſua ita ꝑtinax inuenitur ꝙ prelatus nequit ꝓficere apud ipaꝫ ꝙ ſi mortis piculū imineat iuſta eſt cā renunciatiōis.extra de renū.ad ſupplicationem:ꝛ extra de elec.bone memorie. Hoc piculū intelligit̃ ſm̄ ꝙ parochiani ipſum capitaliter pſequūtur. In quo caſu ſuperior ad quē ſpectat ēt ex officio ꝛ ſi nihil petat̃ eū trāſferre dꝫ arg.extra de rerū pmuta.q̄ſitū:ſiue qꝛ aer eidē eſt peſtilens ꝛ mortifer.lxxxiiij.di.quorūdam. ¶ Sexta cā eſt graue ſcādalū.ſ.qn̄ de ipo ꝓlato grauiter ſcādalizātur ſubditi. ¶ Septima cā eſt irregularitas pſone:vt ſi bigamꝰ ꝛ tūc non remanet:vel illegitime natꝰ ꝛ tunc ex diſpēſatiōe remanere pōt:vt pꝫ extra de renū.nunc pridē:vbi iſta plenius exponūtur.Dia aūt ꝓdicta quodāmodo diabolo cōpetunt:qꝛ ipſe crimina enormia ſuggerit vt hereſim ꝛ ſimoniā ꝛ homicidiū Joan.viij.Ille homicida erat ab initio ꝛc̄. Ipſe quoqꝫ vires noſtras tam ſpūales ꝙ̄ corporales infirmat ꝛ cōfringit.ipē obſcuritatē nobis dubietatis ꝛ ignorātie ingerit.Ipſe ſua malicia ꝑtinax ꝛ imutabilis exiſtit.ꝛ iſuper nos ad piculū eterne mortis ꝑtrahit. Capitalit̃.n.nos pſequit̃.ꝛ peſtifero nos flatu venenoſe ſuggeſtionis ificere conatur. Grauia ēt nobis ſcandala ſuſcitat ꝛ inducit ꝛ duꝫ affectū ſpiritus a ratiōe recta ſubtrahit ꝛ voluptati carnis ꝑ cōſenſum cōiungit.quaſi bigamū irregularem efficit ex quo ēt adulterina proles carnalis opis ꝓcedit. Ex qbus oībus patenter appet ꝙ diabolo renūciandū eſt ꝛ oībus eius pōpis Apoſtolus.j. Corin.x. nolo vos ſocios eē demoniorꝫ. Et Ephē. iiij. Nolite locum dare diabolo.

¶ Capitulum.xviij.

DIſcordie vel odij ignē incēdētes excludent̃ a cōſortio ſanctorꝫ ſicut incēdiarij eccleſiarū excludunt̃ per excōmunicationē a cōſortio fidelium. Nam incēdiarij eccleſiarum qui ſcilicet eccleſiā vel locum religioſum vel cimiteriū:vel ea que ſunt infra ſpaciū priuilegiatū: vt legit̃.xvij.q.iiij.ſicut antiqtus incenderunt vel effregerunt ſunt excōmunicati ipſo iure. Ita ꝙ ex quo denunciati ſunt in eccleſia non poſſunt abſolui niſi per papā:vt extra de ſenten.excōmuni.tua nos.c.cōqueſti.Excipitur tn̄ mortis periculū iminens vt extra.e.vt ſuper eo.ꝛ.c.in litteris. Alij autē incēdiarij ſcilicet aliorꝫ locorꝫ non ſūt excōicati ſed excōicandi. Et excommunicati non abſoluūtur niſi dāno reſtituto ꝛ iuramento ꝓſtito.ꝙ ignem vlterius nō apponant vt.xxiij.q.vltima peſſima.Et heredes cogunt̃ ſatiſfacere damnum paſſis. Cōſuetudo tn̄ approbata vt dicit Hoſti. reddit tales incēdiarios excōicatos ipſo iure quāuis denunciati nō ſint ſiue in eccleſijs ſiue in illis incendiū cōmiſerint dolo malo. Cōſuetudo aūt cōſeruanda eſt cū ſit optima legum interpres:vbi aūt cōſuetudo nō apparet ſentiendū eſt cū alano.ſ.ꝙ incēdiarij aliorū locorꝫ ꝙ̄ eccleſiarum nō ſunt excōmunicati ſed excōmunicandi. Si ergo per excōicātionē excludūtur a cōſortio fideliū qui incēdunt eccleſiam vel templū materiale.mlto magis excludunt̃ a beatorꝫ cōſortio qui incēdunt igne diſcordie vel odij tēplū ſpūale.ſ.aīe ꝓs.Incenderūt igni ſanctuarium tuum.

¶ Capitulum.xix.

DUbia in qbus vertitur periculuꝫ aīe dn̄t trahi ad ꝑtem ꝛ ꝓſumptionē tutiorem extra de ſpōſalibꝰ iuuenis. Ideo in dubio ſm iura ꝓſumit̃ quis excōmunicatus extra de ſen.excō.cuꝫ deſideres. ¶ Item in dubio ꝓſumit̃ qs fornicator .xxx.q.v.aliter.ꝛ.c.noſtrates. ¶ Itē in dubio ꝓſumit̃ qs paganus ſiue nō baptizatꝰ de cōſe.di.iiij.paruulos.c.ſi nulla:ꝛ extra de bap.c.j. Itē in dubio ꝓſumitur qs nō ordinatus.lxxviij.di.preſbyteri. Iteꝫ in dubio preſumit̃ eccl'ia nō cōſecrata de conſecra.di.j.ſolēnitates:ꝛ.c.eccleſia. Notandū eſt hic ꝙ iuriſte diſtinguunt multiplicem preſumptionem. Eſt enim quedam ꝓſum

ptio iudicis ꝛ cōtumacie hoīs: vt quādo
eps citauit clericū ſuū ꝛ nō rēddit ad ecclē
ſiam preſumit iudex ꝙ habeat eccleſiam
ꝓ derelicta ar. a ꝯrio ſenſu. vij. q. j. pſenti-
um. Sed hec pſumptio bñ admittit ꝓba
tionē ꝯriam. Et de hac ēt legit. ij. q. v. oī-
bus nobis circa finem. Alia preſumptio
eſt fame: vt qñ qs infamatus eſt: nec appa
rent alia indicia: ꝛ hec admittit ꝓbatiōez
in ꝯriam aliqñ ꝑ inqſitionē aliquando ꝑ
purgationē. alia vō eſt nature: vt ſi pater
exheredauit filium pſumit ꝙ iniuſte: qꝛ
non ꝑmittit natura pſumere ꝙ filius pa-
trem offendat. C. de ioffi. teſtō oī modo.
ꝛ auten. non liceat patri. ꝙ nullus affect⁹
vincit paternū vel maternū. C. de cura.
furi. l. vlti. Ex hac ēt pſumptiōe ꝯtingit
ꝙ nō pſumit frater ꝯ fratrē falſum teſti-
moniū dicere maxime in crimine hereſis
vel ꝛ alio graui. Nāle eni fedus nō ꝑmit
tit qcꝙ̄ falſi criis ſuſpicari: extra de coha.
cle. in muli. c. i. ꝛ. c. vlti. Alia vō preſūptō
eſt iuris tm̄. vt cū ius pſumit aliqd: ſed ñ
ſtatuit ius ſuꝑ pſumpto. vt ſi vir diu fuit
cū vxore ſua in lecto preſumit ius ꝙ eaꝫ
cognouit ſi ipſe ꝟ dicat ꝙuis vxor neget
extra de ſponſa. impu. ꝯtinebat: ꝛ. c. duo
pueri. xxrij. q. j. ſi qs accepit. Tañ bñ ad
mittit ꝓbationez in ꝯrium. xxvij. q. j. nec
aliq̄. Sed notandū ꝙ aliqñ lex fingit bo-
nū ꝙ canō malū preſumit. Naꝫ in libere
mulieris ꝯiunctiōe ꝛ cohabitatiōe lex fin
git matrimoniū. ff. de ritu nup. in libere
Canō vō preſumit ſtuprū ſeu ꝯtuberniū
ꝑꝑ ꝑiculū: niſi ꝓbet matrimoniuꝫ. xxx. q.
v. c. i. ꝛ. ij. Et hoc ꝑꝑ ꝑiculum qđ accidere
pōt ex clādeſtina deſpōſatiōe. Nam ꝙuis
de matrimoniū ꝯctum ſit inter aliquos
ſi tñ alter diuertat nō diſtrigetur ꝑ eccleſiaꝫ
niſi matrimoniū ꝓbet. xxx. q. v. §. his ita
¶ Item ſm preſumptionē iuris ſi chyro
graphū cancellatū ſit pſumit debitor li-
beratus: niſi ꝓbet ꝯriū. ff. de ꝓbationib⁹
ſi chirographis. ¶ Item inſtro ꝛ litteris
ſtat pria facie niſi ꝯriū ꝓbet ex̄ de ꝓba. p⁹
teſtimoniū. C. de ꝓba. iubem⁹. ¶ Itē pre
ſumit a iure ꝙ qcqd hꝫ vxor ꝟ bonis ma
riti acqſierit niſi ꝯriū ꝓbet. ff. de dona. in

ter virū ꝛ vxorē qntus muci⁹. C. de dōa.
inter virū ꝛ vxorē. Etiā ſic in clerico ad-
miſtrationē hñte. Vñ ſi relinquat clerico
ab extraneo preſumit relictū ītuitu eccle
niſi ꝯriū ꝓbet extra ꝟ teſtamētis regſiſti.
Item preſumit ius ꝙ qlibet ſit idoneus:
niſi ꝓbet ꝯriū. extra de ſcruti. in or. fac. c.
j. ꝛ ꝙ ſit ſoluēdo. ff. de priui. cre. ſi credito
res in ſi. ꝛ preſumit ꝙ qlibet ſit bone fidei
niſi ꝓbet male. C. de euic. l. penul. ꝛ ideo ꝗ
dolū dicit dolum dꝫ ꝓbare. ff. de ꝓbatio
nibus quoties. §. q dolo. Dñs tñ Guliel
mus alumeñ pariſieñ eps dicebat ꝙ poti
us debemus preſumere malū ꝙ̄ bonū: qꝛ
pro vno bono inueniunt decem mali. Et
multi ſūt vocati pauci vō electi. Sed illđ
qđ dictū eſt in ꝯrium ſit de eqtate ꝛ beni-
gnitate iuris. Et qꝛ de oībus dubijs beni
gna interpretatio fieri dꝫ extra de regulis
iuris. eſtote. Et ſimiliter qđam gloſa ſuꝑ
epiſtolā ad Ro. dicit ꝙ dubia in meliorē
ꝑtem ſūt interpretāda. Vñ theologi dicūt
ꝙ ex leui de aliquo malā opinionez hēre
abſqꝫ ſufficiēti cā eſt ei iniuriā facere. Et
ꝙuis cōtingat ſic interpretātem ſepi⁹ falli
circa malos de qbus bonā hꝫ opinionez.
tñ melius eſt bonā opinionē hēre ꝟ ma-
lis ꝑ talem deceptionē ꝙ̄ rarius falli ꝛ ha
bere malā opinionē de bono hoīe. Dicūt
ēt theologi: ꝙ hēre malam ſuſpitionem
de aliquo ex leuib⁹ indicijs pōt prouenire
ex tribus. Vno mō ex hoc ꝙ aliqs malus
eſt. ꝛ ideo ex leuibus ꝟ alio indicat malū.
¶ Secūdo ex odio ꝛ inuidia ad alterum
ex qua faciliter ꝟ eo ſuſpicat malū. ¶ Ter
tio ex longa experiētia. Unde Phs in. ij.
Rhetori. dicit ꝙ ſenes ſūt maxime ſuſpi-
cioſi: qꝛ multotiēs experti ſunt alioꝝ de-
fectus. ¶ Prime due cāe manifeſte ipor-
tant ꝑuerſitatē affectus. Tertia diminuit
de rōne ſuſpitiōis: qꝛ experientia ad certi
tudinē proficit. Et nota ēt ꝙ ex leuibus
indicijs de bonitate alterius dubitare eſt
veniale: ſed prō certo ꝛ quaſi diffinitiue
ex leuibus indicijs malitiā extimare ſi ſit
de grauibus nō eſt ſine peccato mortali.
qꝛ non eſt ſine cōtemptu proximi. Iudex
autem ſi ex ſola ſuſpitione procedat ad

aliquem cōdēnandum cū maniſeſte ſit cō tra iuſticiaꝫ ſemꝑ mortaliter peccat. Alia preſumptio eſt iuris ⁊ de iure: vt cuꝫ ius fingit aliqđ ⁊ ſtatuit ſuꝑ ficto: ⁊ hec nō admittit ꝓbationē in cōtrariū: vt ſi quis ſemel deierauerit nūq̄ admittitᷣ in teſtimoniuꝫ q꞉ preſumitᷣ ꝙ ſemꝑ deieraret. extra de teſtibus. teſtimoniū. Item ſi aliq̄ mulier inuita tradatᷣ marito ⁊ habitat ſecuꝫ ꝑ annū ⁊ dimidiū. ḋ cettero nō poteſt reclamare. Idem ſi ꝑmittit ſe cognoſci q̄uis nō habeat annos legitimos. Nam ⁊ carnalis copula facit de ſponſalibus matrimoniū iure preſumēte ꝙ cōſenſerit. ⁊ de hac preſumptiōe ius facit. vnde dᷣ ꝓſumptio iuris ⁊ de iure. extra de ſpōſalibus. Ad idem extra de deſponſatiōibus. ipub. de illis a nobis. Qn̄qꝫ tn̄ ius fingit aliud eſſe q̄ ſit. Nam fingit mulierē ſtipulatam dotem que nō eſt ſtipulata. C. de rei vxo. ac. l. i. in prin. Fingit ēt natum qđ non eſt. ff. de ſta. ho. q in vtero. Item fingit viuere qđ non viuit. Inſti. de excu. tut. §. filij aūt. Sed ⁊ fingit nō eſſe natum qđ natuꝫ eſt. ff. de libe. ⁊ poſthumis cuius teſtimonio. §. lucius. preterea fingit nō cōceptum qđ naſcitᷣ mortuū. ff. de verboꝝ ſignificatione qui mortui. Alia eſt preſumptio q̄litatis ⁊ facti. que ēt eſt de iure. q꞉. ſ. ius ꝓpter qualitatē facti preſumit quid bene vel male actum. Inde dicitᷣ per exteriora Nam ſi qs ſimpliciter humiliter ⁊ cōtinēter vixerit: ⁊ cū honeſtis ⁊ diſcretis libenter ꝯuerſetur preſumuntᷣ eius opera bona ⁊ recta ⁊ munda. Et ecōtra ſi libenter non orauerit non ieiunauerit nō humiliter ſe habuerit: ſed cū luxurioſis luſoribus ⁊ potatoribus ſe expoſuerit huius opa preſumi ꝓn̄t inhoneſta ⁊ mala. Et ex malo quoqꝫ opere preſumitᷣ malus animus. extra de elec. Oſius. ⁊ extra de clericis nō reſiđ. c. j. Et impudicus oculus impudici eſt cordis nuncius ſm̄ Aug. xxxij. q. v. nec ſolo. ⁊. c. qui viderit. ⁊ q̄cquid iniurioſum ſit aut dicitᷣ preſumitᷣ animo iniuriandi factum aut dictū: niſi contra ꝓbetᷣ: vt. C. ad. l. cor. de ſic. l. j. ⁊ de iniurijs ſine cōuicijs. licꝫ delinquens dicat ꝙ ludēs fecerit. Nam ludus noxius in culpa eſt. ff. ad. l. aql. nam ludus. Et iđ non dꝫ remanere īpunit⁹. ff. de furtis in furti actiōne. §. vlti. quis enim ludos appellabit ex qbus crimina oriuntᷣ: vt in ꝯſti. ff. veteriſ. §. illud notatᷣ. Ideo preſumitᷣ de facili cōtra vſurarios q conſueuerunt exercere vſuras.

## Capitulum. xx.

ELemoſynaꝝ diſpenſator ſi hꝫ in domo vel familia vł collegio ſuo indigentē non dꝫ eum negligere: q꞉ propinquus eſt vł collega cuius exemplū eſt in eccleſiaſticis electionibus. Non enī prohibetur aliquis eligere cōſanguineū dūmodo ſit idoneus. Et ſimiliter ſi idoneus in eccleſia in qua facienda eſt electio inueniᷣ de ea eſt eligēdus: vt. xxiij. di. in nomine dñi. lxi. di. nullus inuitus. Sed in hoc eſt differentia: q꞉ in electiōibus eſt in fauorē cuiuſlibet cōgregationis indultū vt de ſe eligat ſi ibi idoneus inuenitᷣ. lxx. diſt. nec emeritis: ⁊. c. nullus. Pōt ꝯgregatio huic iuri fauorabili renūciare ⁊ alium eligere vel poſtulare tota vel maior ꝑs cōgregationis ipſius q̄uis in ea aliqs dignus exiſtatᷣ. vt extra de elec. cum vintonēſis: ⁊. c. cum inter canonicos: ſed in elemoſynis dandis dicit apoſtolus. j. Thimo. v. ꝙ ſi qs ſuoꝝ ⁊ maxime domeſticoꝝ curā non hꝫ fidem negauit ⁊ eſt īfideli deterior. Vn̄ magis cōiunctus eſt alij neceſſario preferēdus ceteris parib⁹. Puta ſi alius nō occurrat magis indigēs vel eque indigens ⁊ melior vel reipublice vtilior. in quibus caſibus preferendus eſt coniuncto.

## Capitulum. xxi.

ERror vtilis toleratur. Cuius exemplū eſt: q꞉ cū ſeruus nō poſſit eſſe iudex: q꞉ nec arbiter qđ minus eſt. ff. de arbi. pedius. §. ſi. Tn̄ ſi errore datur liber ⁊ ſententiā ferat tenet ſentētia ꝓpter vtilitatē eoꝝ q apud eum egerunt. ff. de offi. prefec. barbarius. tamē in veritate iudex nō eſt ar.

ff. de cur. habemus medeſan⁹. Ad idē in: ſti. de. teſt. §. ſed neqꝫ. C. de teſti. l. i. C. de la ti. lib. toll. l. i. §. ſed ⁊ qui domini. ⁊. §. ſꝫ ⁊ ſi quis hōi libero. Sic dicimus de excōica to. ar. extra. de ꝓcu. c. ſi. Et eẍ de exce. exce ptionē eꝛ̄ō ſen. ⁊ re iudi. ad ꝓbādū. ¶ Itē ſi quis gerat ſe pro legato cuꝫ non ſit cer te valebunt eis ſentētie ſi homines ad ip ſum tanq̄ ad legatum bona fide recurſuꝫ habuerint. ar. ff. ad macedonianum. l. iij. Itē error intentionis qui eſt ſine dolo ali quando excuſat licꝫ non ex toto quod pa tet per exēplum in rapina. Nam raptor non dicitur qui violenter rē alicui rapit niſi dolus malus iteruenīat. quia ſi quis rē propriam alicui violenter auferat cre dēs ſibi intereſſe tūc ceſſat actio raptoris ꝫ talis mulctetur ꝑ conſtitutionē. ſi qs in tantā. Inſti. de vi bonoꝝ rapt̄. §. ꝫ nec dū talia ⁊ ꝑcedenti. ¶ Itē ſi publican⁹ pecus meū adduxerit dū putat me aduerſus le gē vectigalis aliquid cōmiſiſſe ⁊ ſic moria tur non tenet̄ q̄uis errauerit. Secus ſi iō incluſit ne paſcat̄ ⁊ fame pierit. qꝛ tūc te netur. ff. de inſ. ⁊. iu. l. iij. §. ſi publicanus.
¶ Itē error peccātiū aſſimilat̄ errori emē tium ⁊ vendētiuꝫ inter quos ꝯtingūt ple rūqꝫ ſex errores impediētes contractum emptionis ⁊ vēditionis. Primus ē in pre cio vt ſi puto vēdere decē tu putas eme re qnqꝫ ſecus econtra. ff. locati. l. ſi locem. Iſte error ē in hypocritis qui opa penitē tie vel iuſticie q̄ ſunt magni valoris ven dūt vili ꝑcio humane laudis. Hoc. n. ē qꝛ hypocrita premiū humane laudis maio ris valoris extimat q̄ ſit. ¶ Scd̄us error ē in ꝯctu. vt qꝛ puto vēdere tu putas ti bi donari. ff. de rebus cre. ſi ego. Similis error ē in malis ꝑlatis eccleſie. q bona ec cleſiaſtica ꝑ libito ſuo tractāt tanq̄ libere ſibi donata. i. tanq̄ eēnt vīi domini cuꝫ ta mē ſint non dn̄i ſꝫ diſpēſatores ⁊ miniſtri Et iō in fine inueniēt ea caro ꝑcio ſibi vē dita grauē. ſ. penā ꝑ eis exoluētes. ¶ Ter tius error in corpore. i. in ipſa re. vt quia puto vēdere ſempronianū. tu putas eme re cornelianū. vt. ff. e. in vēditiōibus. ſꝫ qd ſi vēdo tibi petrū cocū cū ſit pelliparius ⁊ ſi is qui cocus eſt martinus vocatur. ſi habui nota nomina ſeruorum tunc is de betur qui nominatus eſt. ſed ſi nō habui nota is videtur venditus cuius artificiū eſt adiectum. ff. d e rebus du. qui ꝑ̄ebat. Talis error eſt inter diaboluꝫ ⁊ luxurio ſum. Cui diabolus offert op⁹ carnis ⁊ il le accipit credēs emere ideſt percipere ſo lum delectationeꝫ ⁊ diabolus intendit eī tradere magis amaritudinem. quia volu ptas triſtes habet exitus vt dicit Boeti⁹. Prouerbiorum quinto. Nouiſſima illi⁹ amara quaſi abſinthium. ¶ Quartus ⁊ ⁊ quintus ſi in ſubſtantiali qualitate ſiue materia erret̄ vt ſi es pro auro. vl̄ plū bum pro argento deſtruatur. ⁊ ſi etiam acetum veneat pro vino quod ab initio acetū fuit emptio nō valet. ſecus ſi poſtea acetū ſit qꝛ eadē ꝓprie ſubſtātia ē. Eſt. n. idē corp⁹: probat̄ hoc. ff. eodē i venditio nibus. §. vltio. ⁊. l. alioquin. ⁊. l. aliter. Sꝫ ſi i parte erretur i ſubſtātiali qualitate te net pro parte in qua non erratur. vt. ff. eodem titu. ꝙ tamē. ⁊. l. cum ab eo. §. vlti. Iſte error eſt in auaris. qui quaſi plūbum recipiūt pro auro ⁊ acetū pro vino ideſt corporalia pro ſpiritualibus ⁊ tempora lia ꝑ eternis. Appreciantur eni magꝭ plū bū q̄ auruꝫ ideſt magis tēporalia q̄ eter na. ¶ Sextus eſt ſi erretur in ſexu. vt pu to vēdere puellā. tu putas emere puerū. ſec⁹ ſi putas emere virginē cū iā ſit corru pta. vt. ff. eo. aliquoꝝ. §. ꝙ ⁊ ſi ego. Sed vē ditor ſciens corruptam tenetur actiōe ex empto ad reſoluenduꝫ contractum. ff. d act. emptio. ⁊ vēd. ex empto. §. ſi quis vir ginem. ¶ Item ſi erretur in eſſe nulla eſt emptio. vt ſi tibi vendo domum que iam combuſta ē ⁊ vterqꝫ ignorat. Talis error etiam inuenitur i hypocritis q dare deo videntur feminam ideſt carneꝫ inquantū macerant eam per penitentiam. ſed deus vult puerum ideſt ſpirituꝫ puruꝫ. ¶ Itē vendunt domuꝫ iam combuſtam. ille ſci licet perſone que cum luxuriate fuerint i chriſto volūt nubere ſicut dicit Apoſto lus prime Thimo. v.

¶ Capitulum. xxij.

